Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/dphilippisolerju01sole

D. PHILIPPI SOLER

JURISCONS. ET ILL.MI ADVOCATORUM
MATRITENSIS COLLEGII,
IN ORCELITANA UNIVERSITATE OLIM JUR. UTRIUSQ. PROFESSORIS
POSTMODUM JURIS DICENDI OFFICIO DEDITI.

CONCORDIA JURISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ, ET SÆCULARIS.

PRACTICÆ QUÆSTIONES ENUCLEATÆ SÆPIUS AB UTRISQUE in juriſdictionum prælio Judicibus controverſæ, & nunc accuratè diſcuſſæ ad explanationem *text. in cap. Pernicioſam, 1. de Offic. Jud. Ord.*

OPUS NOVUM, IN DUO VOLUMINA SECTUM,

CORRECTORIBUS, CAUSARUM QUÈ PATRONIS VALDÈ JUCUNDUM, non minus utile, nè dicam neceſſarium, juris utriuſque arcana complectens, in duo Membra ſuaptè diviſum, & quindecim notis quæſtionibus compactum, quamplurimis aliis diſperſis, jam paſsim attactis, jam conſultò exagitatis, authoritate DD. fulcitum, àc noſtro Juri Regio accommodatum.

(Et hæc eſt primi voluminis ſarcina.)

BULLAS DUAS CLEMENTIS PAP. XII. INFERIUS CONTINENS permultis adjunctis Notis, àc inſuper de Cenſuris tractatu nexo.

(Et hæc eſt ſecundi voluminis aggeſtio, atquè agglomeratio.)

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS UTRINQUE SEORSIM ILLUSTRATUM, & ſuis ſumptibus in lucem editum:

D. D. ILDEPHONSO MUÑIZ

MARCHIONI A CAMPO-VILLAR DICATUM.

VOLUMEN PRIMUM.

CUM PRIVILEGIO.

MATRITI: Ex Typographia Franciſci Xaverii Garcia, in Via Salutis.
Anno M.DCC.LIII.

SUPPLICES AD D. O. M. PRECES.

DOminus vias meas dirigat, & omnia conſilia mea in ipſo permaneant. *Tob.* 4. *v.* 20.

Domine deduc me in juſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam. *Pſalm.* 5. *v.* 9.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut non moveantur veſtigia mea. *Pſalm.* 16. *v.* 5.

Deus meus illumina tenebras meas. *Pſalm.* 17. *v.* 29.

Vias tuas Domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me. *Pſalm.* 24. *v.* 4.

Dirige me in veritate tua, & doce me. *Dict. Pſalm. v.* 5.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam. *Pſalm.* 26. *v.* 11. † 118. *v.* 33.

Prohibe linguam meam à malo: & labia mea nè loquantur dolum. *Pſalm.* 33. *v.* 14.

Dixi: cuſtodiam vias meas: ut nòn derelinquam in lingua mea. *Pſalm.* 38. *v.* 2.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam. *Pſalm.* 50. *v.* 17.

Deus illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri. *Pſalm.* 66. *v.* 2.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. *Pſalm.* 85. *v.* 11.

Reſpice in ſervos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: & opus manuum noſtrarum dirige. *Pſalm.* 89. *v.* 16. & 17.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum. *Pſalm.* 93. *v.* 12.

Utinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. *Pſalm.* 118. *v.* 5.

Benedictus es Domine, doce me juſtificationes tuas. *Ibid. v.* 12.

Revela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua. *Ibid. v.* 18.

Viam juſtificationum tuarum inſtrue me. *Ibid. v.* 27.

Viam veritatis elegi: judicia tua non ſum oblitus. *Ibid. v.* 30.

Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. *Ibid. v.* 66.

Aſpice in me, & miſerere mei ſecundùm judicium diligentium nomen tuum. *Ibid. v.* 132.

Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis injuſtitia. *Ibid. v. ſeq.*

Eructabunt labia mea hymnum cùm docueris me juſtificationes tuas. *Ibid. v.* 171.

Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labiis meis. *Pſalm.* 140. *v.* 3.

Non declines cor meum in verba malitiæ. *Ibid. v.* 4.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam. *Pſalm.* 142. *v.* 8.

Hominis eſt animam præparare: & Domini gubernare linguam. *Prov.* 16. *v.* 1. & 9.

A Domino diriguntur greſſus viri: quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam? *Prov.* 20. *v.* 24. † 21. *v.* 2.

Cir-

Circuibam quærens, ubi ſapientiam aſſumerem. *Sap.* 8. *v.* 18. in *fin.*

Adii Dominum, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordiis meis: da mihi ſedium tuarum aſsiſtricem ſapientiam. *Sap.* 8. *v. ult.* †. 9. *v.* 4.

Mitte ſapientiam de cœlis ſanctis tuis, & de ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret, ut ſciam quid acceptum ſit apud te. *Sap.* 9. *v.* 10. 17. & 18.

Qui excogitat vias Dei in corde ſuo :::: protegetur ſub tegmine illius à fervore, & in gloria ejus requieſcet. *Eccli.* 14. *v.* 23. & 25.

Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, ut non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? *Eccli.* 22. *v. ult.*

Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum illius, & vinculis ejus non eſt ligatus. *Eccli.* 28. *v.* 23.

Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis, & juſtitiæ. *Eccli.* 34. *v.* 22.

Dirige nos in viam juſtitiæ. *Eccli.* 36. *v.* 19.

Scio Domine, quia non eſt hominis via ejus: nec viri eſt, ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos. *Jer.* 10. *v.* 23.

Caſtigaſti me, & eruditus ſum quaſi juvenculus indomitus ::: Confuſus ſum, & erubui, quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. *Jer.* 31. *v.* 18. & 19.

Dominus lux mea eſt. *Mich.* 7. *v.* 8.

Notas mihi feciſti vias vitæ: & replebis me jucunditate cum facie tua. *Act.* 2. *v.* 28.

Quis enim cognovit ſenſum Domini? Aut quis conſiliarius ejus fuit? Ad *Rom.* 11. *v.* 34.

Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula. Amen. *Ibid. v. ult.*

Deprecor te Domine, ut mihi detur ſenſus intelligendi. 4. *Eſdr.* 4. *v.* 22.

Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus ejus in ore meo. *Pſalm.* 33. *v.* 2.

Benedic anima mea Domino. *Pſalm.* 102. *v. ult.* † 103. *v.* 1. & *ult.*

CLA-

CLARISSIMO VIRO
D. D.
ILDEPHONSO MUÑIZ
A CAMPO-VILLAR MARCHIONI,
COLLEGE IN MAJORI DIVI ILDEPHONSI
COMPLUTENSI COLLEGIO,

IN GRANATENSI PRÆTORIO OLIM præſtantiſsimo Senatori, poſtmodum in Regali Senatu Brigantini Portus, vulgò de la Coruña, meritiſsimo Regenti; nunc demùm Status Gratiæ, & Juſtitiæ Miniſtro ab intimis Secretis noſtri Catholici Regis FERDINANDI VI.

P. I. D.

STudiorum literis majorum ab annis cùm ætatis terdecim incumberem, à vigeſſimo, aliquantò què ſurſùm ad Cathedras, atquè Prebendas oppoſitionum viam præ me tuli; quapropter utriuſque fori materias accuratè nonnullas ſcripſi, ſed cùm poſt modum non tàm meæ electionis arbitrio peragraſſem, quàm ſucceſſorum vi, fortunæ què caſibus, fati què potentia eò quòd in omnibus caſus prævalet (*a*) quin culpæ, ſed potiùs fortunæ accidentia quædam tribuenda eſſe videantur; (*b*) conſilii mutationem ſuboriri neceſſe fuit, juris què dicendi curſum petivi totum què me dedidi: neſcio ſi libentèr, àn ab Aſtris ductus, non

(*a*) Eccleſ. 9. v. 11. *Verti me ad aliud, & vidi ſub Sole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam: ſed tempus, caſumque in omnibus*, cum v. 12.

(*b*) Cicer. *prò Leg. Manil. pag.* mihi in *Select.* 5. circ. *fin.*

(c)
Jer. 10. v. 23. *Scio Domine quia non eſt hominis via ejus: nec viri eſt ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos.* Dan. 5. v. 23. & in *Lament. Jer.* 3. v. 9.
(d)
Tob. 3. v. 20.
(e)
Sap. 9. v. 13. *Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?*
(f)
Prov. 20. v. 24. *A Domino diriguntur greſſus viri: quiſquam autem hominum intelligere poteſt viam ſuam?*
(g)
Prov. 21. v. 30. *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* Eccl. 46. v. 8. *Ut cognoſcant gentes potentiam ejus, quia contra Deum pugnare non eſt facile.* Iſai. 14. v. 27. † 45. v. 25. *& confundentur omnes qui repugnant ei.* † 47. v. 3. *& non reſiſtet mihi homo.* Dan. 4. v. 32. *& non eſt qui reſiſtat manui ejus, & dicat ei: Quare feciſti?* Nah. 1. v. 0. 2. Mach. 7. v. 19. Act. Apoſt. 5. v. 39. † 11. v. 17. *Ego quis eram, qui poſſem prohibere Deum?* Paul. ad Rom. 9. v. 19. & 20. 1. ad Corinth. 10. v. 22. *Numquid fortiores illo ſumus?* 4. Eſdr. 16. v. 8. *Dominus fortis immittit mala, & quis eſt qui repellat ea?* cum v. ſeq.

eſt enim in hominis poteſtate via ejus, (c) nèc Dei conſilium, (d) nèc quiſquam, aut ullus hominum ſcire illud poteſt, (e) nequè ſuam ipſius viam quiſquam hominum intelligere (f) àt contrà Deum pugnare non eſt facilè. (g) Quamplurimi in hoc curſu, extrinſecùs à multis aorgaſia immerito cenſito (h) me circumdederunt angores, & affurcilatus magnoperè extiti, experimento què doctus cognovi intèr Eccleſiaſticos, & Laicos Judices juriſdictionis contemplatione intricatas frequentèr exæſtuare lites, ſimultates què eiſdem utroqueverſum ejuſdem cauſa concutientibus: Sèd quod magis eſt, aſsiduè contingere Judices inferiores facilè à quibuſque, ſuperioribus coràm deferri, àc in illos tetrè ſcintillare, vicinorum querimonias rimari, & conquiſitè ſciſcitari (i) ſceleſtè conſtimulari, ſaniores què vicinos à lauratis inimicis leniri, & in Judices imaginibus imbui, (j) diſſentientes mina-

(h) Juxta dicta in *Præfat. n.* 12. 26. & 27. àc *Memb.* 1. *quæſt.* 6. à *num.* 86. uſque ad *fin. quæſt.* ſignantèr *num.* 97. 101. & 113. àc *duob. ſeqq.*

(i) Dan. 6. v. 4. *Undè Principes, & Satrapæ quærebant occaſionem.* Cum v. 11. *Viri ergo illi curioſius inquirentes invenerunt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuum.* Juncto v. 16. & quaſi per *tot.* C. Paul. 2. ad Theſſal. 3. v. 11. *Audivimus enim inter vos quoſdam ambulare inquietè nihil operantes, ſed curioſè agentes*: & juxtà dicta in *Bull.* 1. not. ad §. 5. in verbis illis: *Pues por lo miſmo obſervaràn ſus movimientos, y palabras, como à Chriſto nueſtro Bien los Phariſeos, à fin de hallar por donde acuſarle*, Luc. 6. v. 7. † 1. v. ult. † 19. v. 47. & 48. † 20. v. 20. Joann. 8. v. 6. Pſalm. 37. v. 13.

(j) Uti fecerunt Principes Juda cum Rege Joas, 2. Paralip. 24. v. 17. *Qui delinitus obſequiis eorum, acquievit eis.* Ad Rom. 16. v. 17. & 18. *Rogo autem vos fratres, ut obſervetis eos, qui diſſentiones, & offendicula faciunt: & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium.*

nari, (k) conſponſores mutuò fieri, quàm multa fœda adversùs illorum innocentiam aſtu diſſeminari, àc undique laterum viciſsim credi, jam propter magnam calumniantis calliditatem, qui meditantèr, & tragicè libellum, ex corde ad iniquitatem reverſo, ornatè forſam compoſuit cùm calumniatores variis ſoleant coloribus rem ità pingere, ut de albo faciant nigrum, & è contra, (*l*) jam, propter delatorii dignitatem fortè eminentem, quæ quidem quaſi injuriari videtur ſi non repentè citoquè credatur, cùm penè impoſsibile exiſtimetur hominem magnoperè fulgentem hujuſcemodi ſimùl falſitate inquinari, & vix propterea credibile ſit verum non dicere, calumniamquè mendacem fabricare valuiſſe (*m*) potiſsimè in negotio tanti momenti, (*n*) quibus ex cauſis ſeorſim, aut ad invicem conjunctis omnibus, maximè ſi alia adminicula adversùs eum qui dicitur reus con-

(*k*) Cicer. in *Orat. prò Leg. Manil: in Select. pag: mihi 12. Plures etiam gentes contra Imperatorem noſtrum concitatæ ſunt. Erat enim metus injectus iis nationibus, quas numquam Populus Romanus, nequè laceſſendas bello, nequè tentandas putavit.*

(*l*) Eſth. 16. v. 6. *Dùm aures Principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt.* Et v. 7. *Quæres, & ex veteribus probatur hiſtoriis, & ex his quæ geruntur quotidiè, quomodo malis quorumdam ſuggeſtionibus regum ſtudia depraventur.* Cum v. 13. *Nam Mardochæum, cujus fide, & beneficiis vivimus, & conſortem regni noſtri Eſther cum omni gente ſua nobis quibuſdam atquè inauditis machinis expetivit in mortem.* Job. 15. v. ult. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & uterus ejus præparat dolos.* Pſalm. 10. ſecundùm Hebræos, v. 9. & in alio Pſalm. 10. v. 3. † 35. v. 5. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ.* † 49. v. 19. † 63. v. 6. † 70. v. 10. & *ſeq.* † 93. v. 21. Sap. 1. v. *ult.* † 2. v. 12. cum *ſeqq.* Iſaiæ 59. v. 13. *Concepimus, & locuti ſumus de corde verba mendacii.* Jer. 9. v. 8. Dan. 6. v. 4. & 7. Matth 12. v. 14. † 13. à v. 25. ad 28. Marc. 3. v. 6. ad Rom. 3. à v. 13. ad 18. & juxtà dicta in *Memb.* 1. *q.* 2. *n.* 63. & *q.* 6. *n.* 87. & 114 ad *med.* àc *Memb.* 2. *q.* 2. *n.* 15. ad *med.* quod cum nominum in verſione vitia ſolent ab inimicis vocari virtutes; & è contra.

(*m*) Juxtà dicta ex Pegas in *Memb.* 1. *q.* 6. *n.* 87. circ. *fin.* & de magna vi calumniæ mendacis, maximè potentum, facit Eccl. 26. v. 6. & 7. *Delaturam Civitatis: & collectionem populi: calumniam mendacem, ſuper mortem omnia gravia.*

(*n*) Quale eſt delatio ad Judicis depoſitionem tendens, ut probatur in *Membr.* 1. *q.* 6. *n.* 88. circ. *fin.* cujuſmodi evenit in capitali judicio calumnioſè contrà Suſanam fulminato. Dan. 13. v. 5. *Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus Judicibus, de quibus v.* 19. *ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam* (id eſt Suſanam) *& dixerunt:* v. 20. *aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.* Verſ. 21. *Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium.* Cum ṼṼ. *ſeqq.* & v. 40. *Hujus rei teſtes ſumus;* àc v. 41. *Credidit eis multitudo quaſi ſenibus, & Judicibus populi, & condemnaverunt eam ad mortem.*

concurrant quantumvis præſumptionum lineam non tranſeuntia; prò vero reo extunc haberi, jam magis quàm aliquandò contingere vidimus, verè què innocentem fatigari, àc certo delaturæ opinato contextu, ſic in delatum procedi ut ſi jam eſſet legitimè convictus, (o) quod eſt in omni jure non tantummodo periculoſum, verùm & abſonum, potius utiquè abhorribile, plurimorum què damnorum fortè irreparandorum productivum; (*p*) tali què odio habui hos veritatis inimicos, atquè juriſdictionum, earum vè Præſulum concertationes, rixandi què libidinem, ut tàm fatalia vitandi cupiditate permotus, Regis ſervitio, & Vaſſallorum communi utilitate affectus, intellectum exhaurire vellem. Quamobrem de prædictis omnibus ſcribere, aut in teneri profeſſoris ætate ſcriptam illuſtrare materiam, atquè in lucem edere, in mente propoſui, meo videri ſelectam, quindecim expreſsis quæſtionibus compactam, àc permultis involutam aliis explanando *text. in cap. Pernicioſam* 1. *de Offic. Judic. Ordin.* Bullarum què duarum *Clementis Papa XII.* incipientium, *Alias Nos*, una, & *Venerabiles Fratres*, alia, genuinum exprimendo ſenſum, jàm exornando, & defendendo, jàm voluntarias ambiguitates, quas in foro ſum expertus, tùm declarando, tùm re-

(o) Juxtà proximè dicta de iniqua damnationis ſententia adversùs Suſanam verè innocentem prolata, *Dan.* 13. *v.* 41. cùm revera calumniatores fuiſſent ſenes illi, falſum què dixiſſent teſtimonium, *v.* 55. & 59.

(*p*) Juxtà dicta in *Membr.* 1. q. 3. à *n.* 54. & *q.* 6. à *n.* 60. ad 68. ſignantèr *n.* 62. cum *n.* 86. & 92. & melius à *n.* 105. ad 113. ſignantèr *n.* 106. circ. *fin.*

refutando, jàm deniquè impugnando; cenſurarum poſtremò tùm juſtitiam, tùm injuſtitiam, tùm nullitatem, alia què perplura detegendo, ut nihil amplius, quantum ad judiciorum formam appeti poſsit ut rectè fulminentur, & alias infirmentur, aut juxtà caſus contingentiam non ſerventur, ut etiam Judices ipſas malè inferentes, pœnas timeant, & paveant, eaſdem què indebitè patientes, rectè defendantur, ut non ſic laconicè hucuſquè repererim.

Non alio fateor reſpectu prædicta elaboraſſe, niſi ut cum vera concordia, & concentu Eccleſiaſticam, & Sæcularem Juriſdictionem proficiſci, àc coruſcare cernamus, & inferiorum Judicum ſtabiliri quietem, nè què in contentiones amplius declinent.

Si, ut moris, aut neceſsitatis eſt, Patronum quæro, (*) ſi cuinam opuſculum iſtud dicare intendo, cui niſi tibi Domine Literarum, optimarum què Artium Magno Magiſtro, àc Magiſtrorum Præceptori meritiſsimo mihi ſempèr, & univerſis ſani conſilii venerando? Uti Viro per omnia magno. Primò, ſplendore generis, quia nobilis perilluſtris. Secundò, vitæ claritate, quia virtutis palàm tui mores perhibent teſtimonium. Tertiò, mirabili Officii compoſitione, quia ſapientia, temperantia, juſtitia, & optimo guber-

(*) Magro *Indic. de la Recop. Epiſt. Dedic. in princ.*

nandi dono flores, (q) & deniquè, quia Procer à latere Regis, ità ut de te meritò Domine cani poſsit encomion illud, quo Regina Saba ad Salomonem affata eſt: *Viciſti famam virtutibus tuis*, (r) & concinnè, àc jugitèr concini valeat, quod de Mardochæo Aſſueri Principe recitatur: *Fama nominis tui creſcit quotidiè, & pèr cunctorum ora volitabat.* (ſ) Quæ enim tanta poteſt exiſtere ubertas ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod tàm divinum, atquè incredibile genus orationis, quò quiſquam poſsit Majorum tuorum, tui què promerita, non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando? (t) Nàm multis erunt præclaris què monumentis ad omnem memoriam commendata, ſempèr tui gravitatem, conſtantiam, fidem præſtantem, in juſtitia tuenda curam, atquè prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit.

(q) *Quibus utilius nihil eſt in vita hominibus.* Sap. 8. v. 7.

(r) Verba ſunt 2. *Paralip.* 9. *v.* 6.

(ſ) Scriptum eſt apùd *Eſth.* 9. *v.* 4.

(t) Ut ajebat Cicer. in *Orat.* poſt *reddit* in *Senat.* in *princ.*

Nèc ſileri dignum videtur admirabilis quædam, & incredibilis, & penè divina tui in legibus interpretandis, & æquitate explicanda ſcientia, qui non modò eorum hominum, qui nùnc ſunt gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam virtute ſuperaveris. Si enim Cicero cùm Pompeii virtutes prædicaret (u) illius in negotiis laborem perſpectavit, in periculis fortitudinem pepigit, in agendo induſtriam, in

(u) In *Orat.* prò *Leg. Manil.* in *ſelectis epiſt. pag.* mihi 16.

in conficiendo celeritatem, in providendo conſilium; quid erit quod de te, Domine, non dignum, aut gentibus novum, aut cuiquam inauditum præconis vox poſsit afferre? Famam magis tui liniare ſilendo arbitror, ſed perorando tetrare.

Te igitur quæſo, ampliſsime Domine, ſi tuam in eo gratiam, nullis meis meritis, ſed ſola tuæ dignationis oſcitatione, ut benignè hoc minimum opus reſpicias, tuum què in auſpicium coniicere velis, mei què eximiam non minùs humilem dilectionem, quam cum illo ad aras hilaritèr offero tuas; deprecor autem, ut effectus tenuitatem indulgeas, ſi enim voluntas prompta eſt ſecundùm id, quod habet, accepta eſt, non ſecundùm id, quod non habet. (x)

(x) Deſumpta ſunt verba à B. *Paul.* 2. ad *Corinth.* 8. v. 12.

Dominus te cuſtodiat, fœlicitèr exaltet, àc dirigat ad majorem noſtri Ferdinandi VI. voluptatem, horum què Regnorum utilitatem, acceptus enim eſt Regi Miniſter intelligens. (y)

(y) Sic ſcriptum eſt *Proverb.* 14. *v. ult.*

Matriti die 23. Aprilis, anni 1748.

P. I. D.

Tuis mandatis ſempèr ſubmiſſus,
& jucundè ſubnixus,

D. Philippus Soler de Paredes,
& Aledo Coutiño.

IN

IN EJUSDEM DOMINI LAUDEM, Authoris

EPIGRAMMA.

Quòd ſervas, & munis rectum, hinc dicere Muñiz,
& rectum rectum eſt, nomine ſi hocce vocet.
Hinc ſecreta tibi jus, hinc & gratia credit,
& munita ſatis creditur eſſe fides.
Hinc mea ſcripta tuas ſupèr Aras utraque ſiſtunt,
efficit, & tua jus, gratia noſtra facit.
Hæc muni & tecum juſta, & gratiſsima fient
juſtitiam tua det, gratia det què ſalem.

JU-

JUDICIUM D.D. ANDREÆ DE SANTOS ET SAMANIEGO, Equitis Sanctæ Mariæ de Calatrava, pro obtinendis in Jur. Can. Cathedris Salmanticæ Decertatoris, & Almæ Eccleſiæ Caurienſis Canonici Doctoralis, &c. &c.

DE mandato D. Licent. D. Thomæ de Naxera, Ordinis Sanctæ Jacobi, Vicarii Matritenſis, &c. Vidi opus nuncupatum: *Concordia Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Sæcularis*, à D. Philippo Soler elaboratum. Negotium alea plenum eſt; aut enim Juriſdictioni Eccleſiaſticæ favendo Regiam minuimus, vèl ex adversò hanc ſtudiosè propugnando, illam lædimus. Scio tamen à viris graviſsimis, doctiſsimis què mediam viam teneri, qua tutò ire poſsint; imò fermè omnes, ut credo, hanc incedere volunt, vèl aliis perſuadere. Suſpicor etiam, haùd defuturum, qui hujuſce Operis Scriptorem uni præ altera adhæſiſſe exiſtimet. Mens verùm ipſi bona eſſe apparet; claris enim natalibus ortus, & indole donatus optima, quam multo ſudore, ſummis què vigiliis excoluit, id tantùm ſibi amplectendum ſtatuit, quod verum, aut vero proximum judicaret. Sit necne hæc aſſequutus, partes erunt Lectoris. Quem interim monitum vellim, omnia, quæ hic concluduntur, ratione confirmari, & vix unquàm argumento, quod ab authoritate dicunt deſtitui; nonnulla theoricè in controverſiam deduci, ſed ſinè damno conſuetudinis juſtè præſcriptæ. Legat ergo, qui in his rebus difficillimis verſatur Doctor à noſtro laudatos, praxim conſulat, & plurima utilia ſe in hoc opere inveniſſe non negabit. Ego enim, ſi quæ mea eſt ſententia præcipuè cum Salmaticenſium DD.quorum Doctrinam, judicium què magnifico, ſuffragia præiverint, nihil hic offendi, quominus typis mandari poſsit. Ita ſentio &c. &c. Dat. Matr. Kal. Decembr. Anno 1750.

D. Andreas Santos.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Lic. D. Thomàs de Naxera Salvador, del Orden de Santiago, Capellàn de Honor de ſu Mageſtad, Inquiſidor Ordinario, y Vicario de eſta Villa de Madrid, y ſu Partido, &c. Por la preſente, y por lo que à Nos toca, damos licencia para que ſe pueda imprimir, è imprima el Libro intitulado: *Concordia Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Sæcularis*, ſu Autor el Lic. D. Phelipe Soler, y Aledo Coutiño, Abogado de los Reales Conſejos, atento que de nueſtra orden ſe halla reconocido, y no parece tiene, ni contiene coſa, que ſe oponga à nueſtra Santa Fè Catholica, y buenas coſtumbres. Dada en Madrid en tres de Diciembre de mil ſetecientos y cinquenta.

Lic. Naxera.

Por ſu mandado,
Iſidro Martinez y Alameda.

OPERIS APPROBATIO, DE MANDATO SUPREMI Caſtellæ Conſilii.

QUæcumque artefacta ex eo æſtimantur, quòd mira quadam pulcritudine, & rara in omnibus cohærentia hominum oculos, animumquè ad ſe trahant. Præſens ergo Juriſprudentia Theorica-Practica mihi oblata, & perlecta, oculos, animum què meum ad ſe traxit: Opus enim jucundum eſt, dignum què judico, ut in publicam lucem prodeat, cùm omnium ad quos devenerit utilitati deſerviturum ſit. Salmanticæ 17. Junii 1748. anno.

D. Joſephus à Santayana Buſtillo,
SS. Canonum Doctor, & Decretorum Cathedræ
Profeſſor Ordinarius.

CENSURA D. DOCT. D. JOSEPHI JUGO ET DURANA, Inclyta in Salmanticenſi Schola Juris Pontificii PP. & ejuſdem antiquioris Veſpertinæ Cathedræ Moderatoris proprietarii.

SUpremi Caſtellæ Regii Senatus juſſu legi, àc diligentèr evolvi Librum, cui titulus eſt: *Concordia Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Sæcularis,* quam Sacræ-Prudentiæ Juris Studioſorum emolumento in lucem edere intendit publicam D. Philippus Soler Orcelitana in Academia, quondam J. V. Profeſſor, & ut ingenuè judicium meum proferam, Doctrinam in eo ſolidam, minime què vulgarem reperi, exactam methodi legem, accuratam partium ex quibus conſtat diſtributionem, nihil deniquè non juribus conſonum, ut ſi dictionem non uſque adeo per omnia Romanam exceperis, opus planè abſolutum jure meritò dicere poſsis. Summis ob eam cauſam laudibus extollendus venit, àc prædicandus Author noſter, quòd in id operis genus animum intenderit quo res, ut vulgus hominum, neſcio quo deceptus præjudicio putat, toto penitus Cœlo diviſas Eccleſiaſticam, ſcilicet, & Sæcularem poteſtatem, necdùm connectit, àc triplici, quod ajunt, nodo conjungit, ſed ſorores verè germanas eſſe demonſtrat, utpotè ab æterna, acquè incorrupta juſtitia, velùt à communi parente derivatæ: & verò res ità ſe habet, quamquàm paſsim Eccleſiaſticos, & Sæculares Judices dùm ſuæ quiſque juriſdictioni plus quàm æquum foret inſervire ſtudet, diſſentientes videamus: Verùm hoc humanæ potius conditionis, quàm ejus quam profitemur artis proprium eſt, cùm notum ſit in ea quam varia ſint hominum placita, necnon Horatianum illud

Tres mihi convivæ multum diſtare videntur
Poſcentes vario nimium diverſa Palato.

Quæ cùm ità ſint, & aliàs nihil Libellus iſte contineat Juribus Pontificio, Cæſareo, Regio què Hiſpanico repugnans, dignum eum ſentio qui Typis mandetur. Salvo ſemper &c. Salmanticæ 6. Julii, anno reparatæ Salutis 1748.

D. Joſephus Jugo & Durana.

JU-

JUDICIUM D.D.D. HIERONYMI RUEDAS MORALES, Juris Civilis in Salmantina Academia Veſpertini Anteceſſoris.

D. Philippum Soler J. C. tum, & in doctiſsimo Advocatorum Collegio cooptatum, olim què in Orcelitana Academia Profeſſorem cognovi ex quindecim quæſtionibus ea cura pertractatis, ut abundè probent quàm amice praxis Juriſprudentiæ, & theoria conjuraverint. Neque id cuiquam mirum videri debet, ſi animadvertat D. Philippum Soler operam impendiſſe, non ſolùm Juris Civilis, atquè Canonici veræ, germanæ què ſcientiæ, ſed etiàm aſsidua diſceptationum forenſium exercitatione multis ab hinc annis fuiſſe verſatum. Illud certè mihi valdè mirum, atquè æquè perjucundum exiſtit, cum quoties in re dubia judicium ſuum interponit, numquàm à recto juris tramite diſcedere. Ex quò fit, ut non immeritò Juris Conſulti nomen ei applicetur. Nequè me fugit, quoſdam ejus eſſe conditionis, ut exiſtiment nullum tempus utilius teri, quàm illud in quo operam, & oleum conſumant in Juris Civilis apicibus, & ſubtilitatibus apiſcendis, atquè antinomiis conciliandis, parvi pendentes defenſores cauſarum, eorum què allegationes, & judicia, perindè àc ſi lingua venali loquerentur. Alii contra ſibi ſapere præ omnibus videntur dùm ſibi blandiuntur juris accuratiorem notitiam parùm, aut nihil ad praxim conferre. Digni profectò qui diris, atquè execrationibus deboveantur. De his certè intelligendus venit Cicero *lib.* 1. *de Orat. cap.* 48. cum Legulejum deſcribit: *Qui legum, & conſuetudinis ejus, qua privati in Civitate utuntur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus ſit.*

Ego verò lubens concedam nullum poſſe Juris Conſultum appellari, qui divinarum, atquè humanarum rerum notitia, juſti, atquè injuſti ſcientia non ſit imbutus. Nec hoc quidem ſatis fuerit, niſi ſcientiæ uſus, atquè iis, quæ in Gymnaſiis audita fuerunt acceſſerit exercitatio quædam conformatio què doctrinæ, quia Theoria ſinè Praxi, manca, hæc ſinè illa, monſtri ſimilis. Utramque in noſtro Soler ſollerte eminere percipimus. Theoriam quidem in explanatione tantum non paraphraſtica ad caput *Pernitioſam* 1. *de Officio Judicis Ordinarii*, videre eſt argumenta cum ex Juri Civili, tùm ex Canonico, Divino, Regio què; tùm etiam ea, quæ ratione vocant elicita, atquè ità arrificiosè propoſita, ut Nodi Gordiani videantur. Quid verò ſi eorum ſolutiones penſiculatè conſideres? Quare de noſtro Soler poſsimus dicere cum Enodio in *Paneg.* ad Theodorum: *Nec replicationibus tuis reperiuntur contraria, nec objectionibus tuis facilis occurrit ſolutio.* Praxis autèm ſatis colligitur ex quamplurimis quæſtionibus fœlicitèr admodùm propugnatis.

Dixi noſtrum Soler operam Juriſprudentiæ navaſſe in Academia Orcelitana: nequè abs re fuerit pauca de ejus conditore delibare. Is fuit Iluſtriſsimus D.D. Ferdinandus de Loaces, natus Oriolæ Nobilibus Parentibus, Ticinenſis Doctor in Jure Civili, & Canonico, Author quamplurimorum librorum, Inquiſitor Barcinonenſis, qui poſtquàm Eccleſias Ennæ, Illerdæ, Dertoſæ ſanctiſsimè gubernavit, ad Archiepiſcopatus Tarraconenſem, & Valentinum evectus fuit. Tandèm *Pius V.* Pontifex Max. atquè Sanctiſsimus, cum in Hierarcham Antiochenum elegit: abiit ad plures, menſe Februario, anno Domini MDLXVIII. Pridiè quàm è vita diſcederet, pronuntiaſſe fertur: *Que no ſe acordaba haver dado jamàs Sentencia contra juſticia, ni por amor, ni por temor.* O quàm pulchra verba! Ut juſtitiæ normam præ ſe ferunt!

Quid

Quid venuſtius, quid ſanctius dici potuit à viro, qui litibus judicandis majorem vitæ partem exegerat? Quàm rectè probant præ oculis sempèr habuiſſe doctrinam, quàm Author noſter in 2. *Memb. q. 9. ex n.* 44 prò recta juſtitiæ diſtributione tradit! Noſter verò Soler, qui ità concinnè hanc explicat quanta judicii veſtigiis Illuſtriſsimi D.D. Ferdinandi inſiſtens, eam litibus dirimendis exercuerit neceſſe eſt. Si plures tales Academia Orcelitana nobis obtrudat, meritò de immunitatibus ſibi conceſsis jactare ſe poterit, nequè ulla erit, quæ ei non invideat. Meritò dicent omnes illi fuiſſe tributam à *Julio III.* Pontifice Maximo, anno à Chriſto nato CIↃIↃLII. facultatem ad Collegas nobiliſsimi Patriarchalis Collegii in ipſa Academia Scientiarum Laurea coronandos. Meritò clamabunt SS. *Pium V.* Pont. Max. eam facultatem amplificaſſe ad quaslibet perſonas non minùs Sæculares, quàm Regulares, nequè tantùm in Sancta Theologia, Sacris Canonibus, Liberalibus Artibus, ſed etiam in qualibet ſcientia licita. Meritò referunt eundem DD. Orcelitanis tribuiſſe privilegia eadem, quibus DD. Salmanticenſes fruimur. Nequè alitèr fieri poterat, cùm præclara illa Academia conſtructa, ſit in Cœnobio Sanctiſsimi Dominici, Nobiliſsima Guzmanorum Familia orti, cujus nativitate benigniſsimum, juxta què fulgentiſsimum, non ſolùm Hiſpaniæ noſtræ, ſed etiam Orbi Chriſtiano, & Litterario ſidus affulxit; atquè hinc eſt, ut Profeſſores Orcelitani quodammodò Salmanticenſis Academiæ filii cenſeri debeant, ut ſit illud certè conſtat SS. Pontifices, qui Academiæ Salmanticenſi adeò ſecundi fuere eoſdem Orcelitanæ favitores extitiſſe.

Verùm quò me capit admiratio? Vela contraham, totum què operis criſime accingam. Perpendi igitur hunc Libellum, eum què non degenerem, immò Juri Divino, Canonico, Civili, Regio què noſtro valdè conſonum eſſe reperi. Eſt opus quidèm parvæ molis, cæterùm fructu maximum. Quindecim enim quæſtiones, aliæ què benè multæ, quas obitèr attingit immane, quantum profuturæ ſunt, non tantundem Tironibus, ſed etiam cauſarum Patronis, Judicibus, Magiſtris. Noverint (pèr me licet) ex quibus Auctoribus hujuſmodi quæſtiones petendæ ſint. At in illis evolvendis non parum temporis inſument. Adde non omnes habere Auctores illos à quibus hæ quæſtiones agitantur. Quòd ſi habeant; non ità tamèn dilucidè, & brevitèr ab illis fit, àc à noſtro Soler factitatum videamus. Nec magni negotii eſt quæſtiones haſce communes eſſe, atquè in foro quotidiè agitari ſolitas; quaſi idcircò majori, alacriori què ſtudio non eſſent perdiſcendæ. Certè Auctorem hujus noſtræ ſententiæ habemus Imperatorem Juſtinianum, qui in *Leg. Deo*, 1. §. *Sed & ſi quæ*, 10. C. de *Veter. jur. enucl.* ſcribit: *Cum hæc tantummodò obtinere velimus, quæ vèl judiciorum frequentiſsimus ordo exercuit.* Pomponium quoque videmus dicentem *lib.* XXV. ad Sabinum in *Leg. 3. ff. de Legg. Jura conſtitui oportere in his quæ ut plurimum accidunt, non quæ ex opinato.* Celſus etiam Auctor eſt *lib.* XVII. ffium. in *leg. 5. ff. eod. Ad ea potiùs debere aptari jus, quæ, & frequentèr, & facilè, quàm quæ per raró eveniunt.* Stet igitur majorem utilitatem eorum, quæ frequentèr accidunt, quàm antiquarum Legum, nullius què in foro uſus ſtudiis Juriſprudentiæ tractationem adferre. Ac proindè ſua laude dignandus eſt D. Philippus Soler, qui hoc opus in publicum emittere conatur, cujus conamini favendum, cùm liber iſte nihil (mea quidèm ſententia) contineat, quod à fide Orthodoxa, Regiis què Sanctionibus ſit alienum, nihil quod Juri Canonico, aut Civili non congruat. Nihil deniquè undè maximam publicæ litterarum cauſæ utilitatem nobis promittere nequeamus. Da-

tum

tum Salmanticæ VII. Kalend. Auguſti , anno Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſsimo ſeptingenteſsimo quadrageſsimo què octavo.

Doct. D. Hieronymus Ruedas Morales.

AVE MARIA.

APPROBATIO, ET JUDICIUM R.P. FR. FERDINANDI à Sancto Eugenio, Sacræ Theologiæ Lectoris in Salmantino Collegio Sanctiſsimæ Trinitatis Diſcalceatorum, Redemptionis Captivorum.

PErlegi reflexione plurima, prolixitate , nèc utriuſque minore voluptate, opus quod ad lucem prodit ſub titulo : *Concordia Juriſdictionis Eccleſiaſticæ , & Sæcularis* , ejus Author Lic. D. Philippus Soler, à Regiis Conſiliis Juriſconſultus, qui opus ſuum ad me detulit judicii anxius, cujus mea tenuitas cauſa eſt. Ad hoc officium, ètſi non aliàs ex noſtra neceſsitudine, ex què ſingulari mea in ejus ſcriptis voluptate(cujus ſibi benè conſcius)crederetur obſtrictus, ipſi prò reliquis ſufficeret ſumma,quam novi diffidentia ejuſdemmet in rebus propriis:hæc profectò Authorem compulit,ut ſcriptum ad me deferret, ſimul què ea, quam expertus in eo ſum fiducia, ex quò ipſi à Confeſsionibus eſſem. Aſtiti ſiquidem ei ad Confeſsionis munia in temporibus miſerrimis; cùm undiquè, præterquàm è Collegio noſtro ſui amantiſsimo, in illum concitarentur perſecutiones ſummam integritatem, rectitudinem, zelum què Juris Regii, rerum què periclitantium Præfecturæ ſuæ multorum non benè ferentium defenſionem, quam nè, ut alibi jura alia perirent, paucioribus quàm viginti & quatuor horis Philippus noſter edidit, atquè detexit firmiorem adeò, ut Propriacuncta Civitatis ſuæ Præfecturæ bona ad aſſem vindicaverit : ſic vicit, atquè ejus victoria intèr reclamantes Adverſarios audita eſt.Sèd quid mirum tàm inſignem reportaret victoriam, qui Deum, cui maximè, & unicè fidebat, & viribus ſuis, & armis præferebat, ut ſui operis jam prædicti teſtatur coronis : *Niſi Dominus cuſtodierit Civitatem*, *fruſtrà vigilat*, *Pſalm.*126.
qui cuſtodit eam. Quis viciſſe miretur tàm acritèr armatum, ut juſ- *v.* 1.
titiam prò torace induerit, & ſcutum inexpugnabile æquitatis omnem què armaturam fortium? Quis animum vinceret invictiſsimum, & neſcium cedere, quantumvis diuturna, & moleſtiſsima, qualem, me ſciente, periclitatus eſt contradictio oppugnaret, quæ poſſet vel animum conſtantiſsimum obruere? Quis contrà pietatem victor? Aut quis contrà charitatem, & miſericordiam potens extitiſſet; cùm prò illis miles noſter floreret Soler, cùm illarum quoquè armis decertaret? Vicit ergo poſt diuturnam pugnam, diem poſt lucis terminum cum vigilia de nocte faciens, & gratum otium, gratiore librorum ſocietate commutans *Manifeſtum Legale* ſuperioribus his annis edidit, quo Regiam Juriſdictionem viribus haud re-

reſiſtibilibus propugnans adeò ſublimem mentem, applicationem, & zelum æquitatis oſtendit, ut lineam aut conculcaſſe videatur, aut tranſiſſe à Clemente Alexandrino ductam, ſequentibus verbis: *Nullam enim exiſtimo ſcripturam adeò fortunatam procedere, cui nullus omninò contradicat: ſed illam exiſtimandum eſt, eſſe rationi conſentaneam, cui nemo jure contradicat.* Hæc præcipua ſcripti doctiſsimi excellentia fuit, ut ſcilicèt nemo ſe ſe contrarium prodere auſus ſit, ètſi in ſuis Adverſariis numerentur potentiſsimi. Sèd hæc aſſequi, conſtantiſsimæ fuit applicationis, honoris, & intelligentiæ, quibus operi incumbebat, non magni nominis ambitu, ut Quintilianus voluit, ſed òb inordinatum, ut ſic loquar, amorem rectitudinis, & juſtitiæ, in queis juſtiſsimè Aſſueri morem effinxit, dè quo Sacris Litteris proditum: *Cùm plurimis gentibus imperarem:: volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine.* Fore equidem turpiſsimum exiſtimavit, ſi ſuis manibus, aut quaquam flecteretur rectiſsima juſtitiæ virga, cùm præter jus jurandum, quod de eo præſtitit, & ipſa, cruce inſignita ex more eſſet, & à Superis benedictionibus cummulata, ſiquidem: *Benedictum eſt lignum pèr quod fit juſtitia.*

Lib. I. *Stromat. p.*277. *col.* 2. *lit.*D.

Eſth. 13. *v.* 2.

*Sap.*14.*v.*7.

Hæc ètſi efferre doctiſsimum Scriptorem poſſent, illi ſolùm prò conſtantia profuere, qua patientiſsimè ſe non ſemèl geſsit, cùm vèl in conſtantiſsimo non eſſet tolerare. Sic nunquàm non liberrimè ſententiam protulit, nunquàm non prudentèr proceſsit, & prout verba Proverbiorum edocebant: *Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia*, & prout Nobilitas ejus ſanguinis ſuggerebat, tamquàm, ut uno verbo dicam à radice de Soler, nobiliſsima ſimul, & antiquiſsima, ut eſt omnibus notum procedentis, Regum ſervitio à quingentis propè annis fideliſsimè dicata, adeoquè Prædeceſſorum in Regia Majeſtate dilectionem, ſpecialiſsimam utiquè meruere Majores quidam Philippi noſtri. Sèd quid iſtis immoror, ut prò meo potiùs in Authorem amore, quem ſummum fateor, quàm prò tanti operis cognitione videatur loqui? Ad ejus operis judicium pergo. Si Authoris opera ipſo metiri Authore fas eſt, non niſi gigantea prodire à Gigante potuerunt, nèc quidem niſi altiſsima concipi. Hæc cauſa fuit, ut tale operis argumentum quæſiverit, quod cuncta præter Authoris animum, & ſapientiam ſuperet. Argumentum ſanè arduum, difficile, & ſpinoſum, utpotè quod totum eſt in eradicandis multiplicis, & liberæ doctrinæ ſpinis, & voluptatibus à recto juris tramite diſcedentibus, quò liberius naſci, & creſcere florentiſsima doctrina queat. Hanc totam duobus membris, & quindecim quæſtionibus cinxit, quibus tàm leve, tàm acceſsibile effecit iter alias difficilè, & inacceſſum, ut periculis expeditum quiſque poſsit contendere. Eminent Ingenium in hoc opere, Soliditas, Subtilitas, & ingens Perſpicatia. Ingenium obſervabis, quævis tractet; Soliditas, dùm probat, & ſolvit reſplendit; Subtilitas, dùm Authores ſibi contrarios inſequitur, & tandèm Perſpicatia, dùm ut nihil ſub dubio maneat duas Bullas *Clementis* P. XII. interpretatur, ità ut de præſenti opere quamjuſtè dici valeat quod Salvianus protulit: *Opus arte nobile, rebus grande, ſtyllo inſigne, veritate clarum*, nam operis ſtyllum uſquè ſi ſpectes, nihil in ip-

Cap. 14. *v.* 29.

Epiſt. 8.

ſo

ſo præſſum, aut demiſſum, nihil prorsùs vitii notabis, adeò ut florido loquitur ſtyllo permixto auro, quod benè expreſsit Hotomanus in hæc verba: *In eo nihil à propoſito alienum, nihil non ordine, àc loco, nihil non magnopere neceſſarium admiſcet.* Totum deniquè opus, ſi verum Poeta cecinit: *Habent quoquè ſua ſidera lites*, ſidus credas ad cujus lucem detectæ lites, vèl in concordem vertuntur Charitatem, vèl in cariſsimam utriuſque Juriſdictionis Concordiam; ſed ipſum opus, quando illud Ambroſii verum eſt: *Operum proprium eſt, ut externo commendatore non egeant, sèd gratiam ſuam, cùm videntur, teſtentur*, certius aſpectu ſuo profert præconium. Prorsùs commendatore non eget; gratiam ſuam publico non abnuat, & videntis nullius non gratiam occupabit. In lucem prodeat, qua dignum habeo, & cuiquam erit ſine teſte probatiſsimum. Quod autem ex meo debeo, opus utiliſsimum habeo, honeſtiſsimum juxta, & æquiſsimum, nèc ulli juri, aut Divinæ, aut Humanæ legi contrarium. Sic judico, ſalvo ſemper &c. Salmanticæ die octava Novembris, anni Domini 1749.

In Viridar. lib. 5. Probl. 19. in princ.

Referente Scac. *de Sent. & re jud. gloſſ.* 14. *q.* 24. *n.* 16. *in fin.*

Fr. Ferdinandus à Sancto Eugenio.

EPIGRAMMA.

Qui modo ſubſtuleras diſcrimina dira tumultuè,
& fueras populis fœderis, ipſe, caput.
Cum pro jure ſuo certarent jura forenſi,
& ſtetit æquata lance, manu què fides,
Tranſmittis chartæ, valuit Concordia quantum
Juris; & exemplo geſta peractá patent.
Cuncta tibi feciſſe ſatis, narraſſe, quid ultra?
Eſt liber mi Concors Juris imago tui.
Jura debinc ſtabunt, deerit Concordia nunquam,
nam liber æterni fœderis arbor adeſt.
Et cui Juſtitiæ, & Juris liber addit honores
Judicis ambobus juſtior ipſe manet.

Idem qui ſuprà.

JU-

JUDICIUM, ET APPROBATIO D.D. NICOLAI Romero & Amaya, Regiorum Conſiliorum, Matritenſis què Collegii Advocati, & in Militari S. Joannis Ordine Aſſeſſoris Generalis, atque Sereniſsimi Eminentiſsimi D. Magni Equitum Jeroſolymæ Magiſtri Conſultoris.

PRæſens opus: *Concordia Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Secularis* nuncupatum, meæ tenuitatis examini committendum duxit L. D. Philippus Soler ejus Author noſtri Collegii comes; & revera non largius unquàm voluptati indulſi, quàm cùm illud qua potui cura pervidi, ſic prolixè, ut nèc ulla ex quindecim practicis quæſtionibus, quibus duo Membra complevit, nèc Bullarum commentitiæ Notæ, nèc Cenſurarum Tractatus, noſtræ valdè jucundæ ſcrutationis officium evaderet eodem poſcente Authore, nimium de ſe ipſo diffido. Cùm igitur nèc me falli, nèc quemquam fallere deceat, & Authori, mihi què interſit veritati meum inniti judicium, quia hæc omnibus antefert, ut Author ipſe probavit in Præfatione ex *n. 6.* aliis què in locis, & docet S. Clemens Alex. *Stromat. lib. 7. pag. 750. n. 40.* in *fin. nihil autem eſt majus veritate*, neutrum adimpleturum puto niſi dixero, quòd ex fronte ſatis cognoſcitur opus, & ſublime Authoris acumen, immò ſatius dignoſcendum veniet ſi iſtius faciem, & oculos obtuemur cùm vera eſt Hieronymi ſententia, *Epiſt. 9. Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi, cordis fatentur arcana*; ſapientiam, & prudentiam ipſa præconio declarat, & ſua ſcivit conciliare juventus, quaſi reluctante natura, ſi eidem Hieronymo credimus, dùm in *Epiſt.* ad Nepotianum teſtatur, quòd *corona Senum multa peritia eſt*, quare Tulius in Catone, *temeritas*, inquit, *eſt floreſcentis ætatis prudentia ſenectutis*, & non modò Humanis, ſed & Divinis Litteris imbutus coruſcat, ut benè concinunt tot Sacræ Paginæ, Sanctorum Patrum, & Conciliorum loca, quæ tàm copioſè, àc oppiparè rimatur, ſignantèr in *Membr. 2. q. 2.* ex *n. 6.* ad 14. & *q. 9.* in *Monit. Salut.* alia què pèr loca: propterea non miror, quòd diffuſſam Juriſdictionum amplitudinem, quæ ſtringi ſpatiis non eſt contenta finalibus deambulandam ſelegerit, & ità unamquamque infrà debitum juris terminum cincxerit, ut de ipſo, meritò cani poſſit quod Sidon. Ad Probum ſuum *lib. 4. Epiſt. 1.* dixit: *Et non ſolum te facere quod poſſes, ſed & velle quod faceres, ideoquè te bonum, non minus quàm peritum pronuntiari*; quamobrem Electrum dici præſens valet opus, cùm etiàm materiæ electio Gemma pretioſſum ſit, indequè dictum, quòd Sol elector dicebatur Authore Sipontino ex Plinio *lib.* 37. C. 2. 17. quem Stoici definierunt: *Vinculum intelligens* juxtà Clem. Alex. in *Epiſt.* ad *Lector*, in *Stromat.* ideò rem plus nimio difficiliorem noſter Soler elegit, & lautè, nam quantò obſcurior nox, tantò magis ſidera fulgent, quantò gravior eſt difficultas, tantò pluris optatur ſolutio, quæ veritatis theſaurum develet; propterea juriſdictionum inquiſivit arcana, ut quæ in diſcrimen hucuſquè venerant ex variis DD. ſententiis, certa nùnc ità ſint, ut illùc tranſiri poſsit quò ſua fuerit ſententia benè intellecta, ut plauſit Doctor D. Hieronymus Ruedas in ſuo

hu-

hujus operis judicio in *princ.* verſ. *Illud certè*, ut amotis dubiis, & controverſiis, veritatis uſus facilis habeatur ex *eod.* Clement. Alex. *lib.* 5. *Stromat. pag.* 566. *n.* 60. *Sed, ut dùm obſcura inquiruntur enigmata, ex eorum inquiſitione perveniatur ad cognitionem veritatis*: Vereor tamen, àc doleo, quia abs ratione rem novam æmuli putent, ut erroris antiqui mos eſt prout Herodotus teſtatur: *Eſt autem vetus error; res verò nova apparet veritas*; quam òb cauſam idem Alexand. hæc *lib.* 7. *pag.* 547. *litt.* D. ſcripſit: *Si quis eſt autem medicabilis, qui tamquam ignem, vèl ferrum ferre poſsit libertatem veritatis ſeccantem, & urentem falſas opiniones, præbeat aures animæ*, qua profectò cognitione obtuſus, fateor, multum gratiæ Philippo noſtro deberi, cùm poſt tot claros in litteris viros, qui in ea re nervos omnes doctrinæ, & ingenii ſui intenderunt ad culmen ipſe pervenerit nefandæ abuſionis ſemitas excindens, venuſtum pandens iter, & intèr menſuræ inconſtantiam, quam opinionum varietas hucùſque conſtituit, certam determinans paraſangam in quantùm comminiſci valet hominis ingenium, quia Juriſdictionem Eccleſiaſticam, & Sæcularem paradiaſtolè diſtinguit, ità ut quantùm diſtent doceat, ſuam unicuique ſententiam ſubjungendo, pacem intèr utramque pangens, aliorum diffusè ſcripta, jam brevians, jam latius interpretans, jam deniquè impugnans, quod difficilimum opus eſt,qua de cauſa Paraphraſtes Philippus noſter vocari dignus eſt interpres, prout innuit idem *Doct.* Ruedas in verſ. *Ego verò*, nàm ex doctiorum mentibus conſilium, & arcana elicuit, operam què dedit, ut ſua nihil aliud Concordia ageret, quàm DD. diſsidentibus id exprimere, quod aut verum ſit, aut ad illud proximè accedat fortioribus munitum rationibus, ut dira nube adverſantium eliſa, ſuæ micarent ſententiæ; ex quibus ſatis apparet rem arduam fuiſſe nactum Philippum noſtrum, de qua dixit Plin. II. *Hiſtor. Natur.* in *Præfat. Res ardua, vetuſtis novitatem dare, novis authoritatem, abſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtidiis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturam, naturæ ſuæ omnia.* Cognovit ſiquidem in Præfecturis noſter Soler, Juriſdictionum diſcordiam pèr totum affluere orbem cum maximo utriuſque Status nocumento, & conſultè medendas ſtuduit Concordiam concinnans Salviani exemplo in *Append. Actor. veter. Epiſt. 6.* ad Volluſianum Præfectum Urbi, *pag.* 450. *Et quoniam diſcordia animos commovet populorum*: : : *eos facias ſtatim è muris Urbis expelli*: : : *Conſtat enim iiſdem ex medio ſublatis, gratiam, & Concordiam tenere veterem firmitatem*, cum quibus conſonat Reſcriptum ſecundum Impp. Honorii, & Theodoſii ab *eod.* Salviano *ibid.* ubi proximè relatum in verſ. *Decet enim originem vitii*, &c. Concordiam igitur, & de Cenſuris Tractatum tàm maximum bonum univerſo afferentes orbi, ſimili coruſcare decet decreto, illius ad exemplum quod *Clemens VI.* protulit referente Edmundo Marten de *Antiq. Eccleſ. Rit. tom.* 4. *pag.* 994. *col.* 2. in *princ. litt.* A. *ut Tractatum, & Concordiam ſupradictos per ipſum Cardinalem approbatos, àc ratos, & gratos habitos* :: *fulcire Apoſtolico munimine dignaremur* : : : *eoſdem Tractatum, & Concordiam* : : : *ex certa ſcientia confirmamus.* Hanc Concordiam totus

quâ patet Orbis jure gratulabitur, *liber* enim *eſt ab erudita manu ſcriptus, quæ diligentiam, & induſtriam ſuam hoc inter alia argumento probavit, quòd interpunctiones, ferè ubiquè prorsùs collocatæ ſunt, ut ajebat* Stephanus Balucius in *Præfat.* ad Opera Salviani. *O liber multifariam polens! O eloquium non exilis, ſed ſubtilis ingenii! quod nèc per ſcaturigines hiperbolicas intumeſcit, nèc per tapinomàta depreſſa tenuatur*, ut cum verbis Sidonii loquar *lib.* 4. *Epiſt.* 3. ò liber ex omni parte ſeptus, acutus, enucleatus, in unaquaque re non plus æquo commorans, ità, ut nihil ſubtilitèr dici, nihil præſsè, nihil enucleatè fieri aliquid limatius poſsit! ò liber concordiæ templum! de quo Plin. lib. 5. *Epiſt.* in *Notis Comment. pag.* 78. ubi in foro diſceptantes ad pacem firmandam, litem què tranſigendam conveniebant. Dictionis denique nitorem, in hoc opere vigere novi, quatenus ad doctrinæ librum ſpectat, ità ut non difficultèr ab omnibus percipiatur, non tàm ad corticem, quàm ad ſubſtantiam obtuendo. *Verùm quoniam non qui incipit, ſed qui perſeverat in finem, virtutis præmium obtinebit, & quia bonum principium optimus ſemper debet exitus comitari*, ut locutus eſt *Adrianus IV.* Pontifex in *Epiſt.* ad Stephanum, aliud conſimile non abnuas, ò Philippe nobis offerre opus, nam, *quò te ipſum ſtudioſius imbuis, eò doctrinam cæteris copioſius infundis. Cùm tuas opes in uſus inopum prodigis, tibi quidem maximè, ſed aliis quoque conſultem facis*, teſtante Sidon. Apolin. *lib.* 4. *Epiſt.* 2. cùm capere à te omnes qui velint, poſsint interpretandi acumen, dividendi artem, arguendi, àc philoſophandi efficaciam, diſſolvendi virtutem, & gratiam, paraſiopeſis faciendæ ſollertiam in objectionibus prævidendis, àc præoccupandis, prout in Præfatione feciſti, & in *Membr.* 1. *q.* 1. *à n.* 6. & *q.* 2. *n.* 13. *n.* 31. & *n.* 95. aliis què in locis, & poſtremò regendi officium, eſto difficilimum ſit, ea etenim omnia priòres de te teſtantur Cenſores, quæ cùm ità ſint, ut fateor, nequè à fide Cathòlica, nèc à ſanis moribus, Regiis què Pragmaticis opus iſtud abhòrrere judicò, immò cunctis legentibus pietatis, & eruditionis exemplum aderit, quapropter dignum illud cenſeo, quòd æternitati mandetur. Matriti die 7. Februarii, anno 1750.

Lic. D. Nicolaus Romero de Amaya.

SUMA DEL PRIVILEGIO.

Tiene privilegio el Lic. Don Phelipe Soler de Paredes y Aledo Coutiño, Abogado de los Reales Conſejos, para poder imprimir eſte libro por tiempo de diez años, con prohibicion, que otra ninguna perſona le pueda imprimir, ni vender ſin ſu licencia, ſo las penas contenidas en el dicho Privilegio, firmado del Rey nueſtro Señor, y refrendado de Don Joſeph Antonio de Yarza ſu Secretario, y Eſcrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del ſu Conſejo. Fecho en Buen Retiro à veinte y ſeis de Febrero de mil ſetecientos cinquenta y uno.

FEE

FEE DE ERRATAS.

Veritati nullomodo contradicendum eſt, ibid.

Proditor eſt veritatis, qui non liberè veritatem pronuntiat, quam liberè veritatem pronuntiare oportet, aut non liberè veritatem defendit quam liberè defendere convenit, ibid.

Non decet in abſcondito loqui, ibid.

Palàm operari oportet, non in occulto, ibid.

Nemo ad privatam utilitatem proclivior, quàm ad communem eſſe debet, ibid.

Temerè facit, qui ſuum ſenſum legum ſanctionibus præfert, ibid.

Viri perfecti non citò credunt, quæ eis narrantur, ibid.

Humana natura eò quia infirma, prona eſt ad malum, & facilè in locutione labitur, ibid.

68 *Sic diſtat Eccleſiaſtica juriſdictio à Laica, ſicut triticum à paleis*, num. 68.

Quod fuerit ſtudium noſtrum in hoc opere? ibid.

Judex Laicus ſi injuſtè auxilium impartitus fuerit Eccleſiaſtico ad iſtius rogitum, immunis à reatu non erit ob iſtius authoritatem, & Dignitatem, ibid.

69 *Inquiſitio fieri non debet ad preces eorum, qui ſchædulam, ſeu libellum famoſum clàm porrigunt*, num. 69.

Qui libellos famoſos clàm ſpargunt, excommunicantur, ibid.

Conſpiratores illi ſunt qui conventicula clanculum faciunt, ibid.

Denuntiatores inimici, & qui cum hoſtibus Denuntiati converſantur, audiri non debent, ibid.

Confœderationes, & ligæ præſumitur illicitæ, ibid.

Rei confœderationis nullo foro gaudent, ibid.

Rationi uti magiſtræ obediendum, non apprehenſioni velùt ſponſæ complacendum, ibid.

Homo animi affectu poſſeſſus, bonum in malum convertit, & de facili malum credit, ibid.

Fatuitas magna, & credulitas nimia ex ſeditione oritur, ibid.

Ex malo principio, malus finis, & pejor conſequentia ſequi poteſt, ibid.

Æquitas, quæ non eſt ſcripta, ſed ex motu, & affectione animi apparet contra jus ſcriptum, non eſt ſequenda, ibid.

70 *Homo qui ſuis cupiditatibus in judicando moderari ſciverit, ſingularis eſt*, num. 70.

Raro invenitur homo, qui veram libertatem poſsideat, ibid.

Conſumatus homo non poſsidetur animi affectibus, ibid.

Difficilè eſt ad complementum, & conſumationem intelligentiæ ſcientiarum pervenire, ibid.

71 *Vera doctrina nullo debet reſpectu abſcondita retineri, ſed in lucem prodi*, num. 71.

Libellus omnibus commendationibus deſtitutus malignitati interpretantium exponitur, ibid.

Fæ-

Fœlices Artes forent, ſi ſoli Artifices de eis judicarent, ibid.

In manu Artificum opera laudantur, ibid.

Unuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt, ibid.

Tantummodò tractant fabrilia fabri, ibid.

Quidam multum præſumunt non intelligentes, nequè quæ loquuntur, nequè de quibus affirmant, ibid.

72 *Judicii libertas, magna fœlicitas eſt*, num. 72.

Quid jucundius, quàm vera libertas? ibid.

Charitas ſectanda, & ſpiritualia emulanda, ibid.

Fortis debet eſſe homo adversùs fortuita non contremiſcens injurias, nec vulnera, nec ægeſtatem, ibid.

73 *Animus noſter quis in hoc opere fuerit?* num. 73.

Hominis ſufficientia ex Deo eſt, ibid.

Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, ibid.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſursùm eſt, & victoria, & ſapientia, & claritas, ibid.

Juriſdictionum concordia eximiam univerſæ Monarchiæ utilitatem afferret, ibid.

Honor, vita, & fortunæ bona in competentiis juriſdictionum periclitantur, ibid.

74 *Præfationis uſus, tàm Advocatis in foro, quàm Scriptoribus conveniens eſt*, num. 74.

Præfationes libentius quemquam producunt ad propoſitæ materiæ lectionem, ibid.

Uſus Præfationum ex more receptus eſt, ibid.

Qui noluerit ab aliis judicari, ſeipſum judicet, ibid.

Foricula quædam calumniæ malignitati ſatis eſt, ibid.

75 *Infinitum, & ſupervacuum eſt ſententiolis omnibus reſpondere*, numer. 75.

Paulus Apoſtolus, & Div. Jacobus objectiones quaſdam ſuis in Epiſtolis præoccuparunt, ibidem.

Intelligenti, pauca ſufficiunt, inſipienti adhuc multa non proſunt, ibid.

Providi hominis eſt in contingentibus ſuſpicari, & cavere, ibid.

Diligentia neceſſitate impellente in ſuo caſu omitti non debet, ſed gravoſa cæteris eſt, ibid.

76 *Aſſultus quidam quarè in opere fuerint facti?* num. 76.

AD LECTOREM BENEVOLUM

PRÆFATIO.

JUcundiſsimum eſt non tantùm ea, quibus ſibi quiſque indiget benè ſcire, verùm, & cuncta omnia, quæ ſcripta ſunt, ſi poſsibile foret, ad majorem Dei gloriam, ſui, ac multorum utilitatem, benevole Lector; talis enim homo eſſet profectò perfectus, & quamplurimos poſſet ſibi ſimiles facere ſua virtute, conſilio, & doctrina: vellem utiquè non prò me tantùm, quàm pro te peritiſsimus eſſe, & quamquàm omni ſtudio, ac diligentia fui conatus tibi, & mi-
1 hi prodeſſe, eò quòd aliis quoquè nati ſumus, ut ajebat Ant. Rambaud, apud Guid. Papæ in *Deciſs. Epiſt. ad Lect. in princ.* ex Leonard. Aret. & Marc. Tull. atque Anton. Gom. 1. *tom. Var. cap. 9. n.* 23. *in ultim. verb.* hoc ipſum de ſe fuit teſtatus, & ità fieri deberi docet Medin. *Goviern. mor. à Lelio*, *diſc.* 11. *pag.* 180. *Tampoco han de ſervir para ſi ſolo las utilidades de ocupado, trabaja en hacerles ocupacion à los demàs.* Cicer. *in Orat. pro A. Licino in Select. pag.* 81. *Cateros verò pudeat, ſi qui ità ſe litteris abdiderunt, ut nihil poſsint ex his nequè ad communem afferre fructum, nequè in aſpectum, lucem què proferre.* Fr. Hieronym. Gom. *in Epiſt. ad Lect. in Select. Epiſt.* Div. Hieron. *in princ.* nihil amplius potui facere, quàm ex voluminibus multis hoc quibuſdam involutum materiis efficere opus, rejectis què quamplurimis dubiis, tutiorem, & ſaniorem detegere viam, & ad brevia folia redactum in lucem edere, nàm teſtante Herod. *Epiſt.* 12. *lib.* 7. *Nullus remaneret imperitis locus veniæ, ſi plura loquerentur: ſola brevitas commendat indoctos*, quamquàm Tacit. *lib.* 1. *Hiſtor.* dixerit: *Quòd multum brevi ſermoni ineſt prudentiæ*; ſed quidquid ſit, optima ſelegiſſe, grato què animo tibi offerre voluiſſe non adhæſites brevitate nequè prælata, nequè poſtpoſita, quia juxtà Platonem hæc eſt ſcribentibus lex, & magiſtra regula, *Dialog. 4. de prolixitate quidem, vel brevitate ſcribendi curare nimis ineptum eſt: non breviſsima, aut longiſsima, ſed optima ſunt eligenda:* hoc ipſum peracutè obteſtatur Laurentius Gratianus vulgò nuncupatus *el diſcreto*, in ſuo Opere *Agudeza, y Arte de Ingenio, tom.* 2. *fol.* 349. his verbis: *Todo el ſaber humano ſe reduce oy al acierto de una buena eleccion: : poco, ò nada ſe inventa: : yà todo es repetir: : : venſe tan adelantadas todas las coſas, que yà no queda que hacer, ſino elegir.* Certo tamen certius eſt, quòd

Omnia longa ſolent cunctis faſtidia ferre;
Quæ comprehenſa brevi benè cuncta placent.

Ut-

Ut hoc Diſtico Elegantia docuit; idcircò adſtringar, quamvis materiæ latiſsima amplitudo occaſionem prolixitati exibet, qua proptèr ab extremis utriſque cavens Martialis mediam viam adinvenit, *l.* 2. *epigr.* 54.

Non ſunt longa quibus nihil eſt, quod demere poſsis.

Conſultius autèm Syd. Apolinar, ad Opera Salviani, *l.* 8. *Epiſt.* 16. ad Conſtantium: *Ut ſi placemus, pauca lecturis incitent voluptatem, ſi refutamur, non excitent multa faſtidium,* quam quidem brevem collectionem multùm publicæ utilitati contulliſſe, de ſeipſo faſus eſt, D. Covarr. *in Epiſt. ad Lect. ad med. in* 4. *lib. Decretal. ſeqq.* verbis: *Ex cujus interpretum varia lectione cognovi, operæ pretium me facturum, ſi quæ: : ſparſim circa eundem tractatum legiſſem, ad brevem quandam reſolutionem prævia rationum cognitione reducerem.* Facit 2. Mach. 2. *verſ.* 25. *cum duob. ſeqq.*

2 Nè autem in exilium mittas legendi cupiditatem, immò ut illam blandiaris, ac magis amicam habeas, in duo Membra, & quindecim Quæſtiones congruentèr dividam præſens opus, ut ſimùl notam, qua Tuchidides fuit affectus effugiam, prout advertit Alicarnaſius *de Præcept. hiſtor.* cùm contrà Socrates fuiſſet laudibus inſignitus, quia in optima dividendi arte meruit Magiſter appellari à Sydon. Apolin. *lib.* 4. *Epiſt.* 13. & à Juſto Lipſio, *Centur.* 3. *Miſcel. Epiſt.* 61. quamobrem Antiquitas vulgò dixit: *dividit ut Socrates*, & præcepit Eloquentiæ Princeps, *lib.* 1. *de Invent. rer.* atquè jus noſtrum ſequitur ex Acurſ. in §. *Igitur*, in *Proem. Inſtit.* & in §. 1. ejuſdem *Inſtit. de Obligat.* Silere item non oportet, quòd quamquàm fortaſis in aliquo puncto nimis diffundar, non mireris; vix enim dubitatio, quæ ex uno verbo ſuboriri ſolet, ſolvi ſinè plurimis poteſt, ut Quintil. docuit, *lib.* 5. *Inſtit. Orat. c.* 13: *Proponitur uno modo, diſſolvitur variè.*

Conſcium quoquè te volumus, quòd inſolentèr DD. machinam cummulabimus Antonii Fabri ſententiam inſequendo de *Error. Pragmat. decad.* 48. *error.* 6. *Nec enim ſum ego cummulator Interpretum, qui, meo judicio, omnium ignobiliſsimus labor eſt, ſed Interpres, & jam ipſe, quantum pro ingenioli mei tenuitate licet, parumquè obſtet, ut malim eſſe malus interpres, quàm malorum congeſtor, & appobator:* ejuſdem ſententiæ fuit Paul. Commitol. *Reſponſ. mor. lib.* 5. *quæſt.* 15. *num.* 6. D. Larr. *deciſ.* 66. *num.* 10. & D. Salg. *de R. P. part.* 2. *cap.* 1. §. 3. *à num.* 23. *uſq. ad* 27. & meritò, quia ſæpè ſæpiùs non tàm ex DD. authoritate docti moventur, quàm ex rationis virtute, & invicta potentia verè Sapientes ſuavitèr vehuntur, ut præcepit Juſtin. Imp. in *l.* 1. §. *Sed neque*, *C. de Veter. jur. enucl. Non ex multitudine Authorum, quod melius, & æquius eſt judicate, cùm poſsit unius forſan, & deterioris ſententia, & multos, & majores aliqua in parte ſuperare.* Morla *in Empor. tit. de Juriſd. q.* 5. D. Salg. & D. Larr. ubi proximè, *h. n.* Ant. Gom. *in l.* 1. *Taur. num.* 9. *circ. fin.* & in Sacris Litteris expreſſum hoc habemus, *Exod.* 23. *verſ.* 2. *Nec in judicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à vero devies.* 3

Ruiſum verò neceſſarium, aut quaſi, & item utile contrarium forè animadverſimus, quâ de cauſa à prædicto propoſito cogitatè receſsimus: neceſſarium inquam, caventes, nè fortè ob eam cauſam noſtræ abiiciantur ſententiæ, quibuſque ex hinc non benè exiſtimantibus, à paucis, aut non à claſsicis AA. eaſdem eſſe receptas, laborem vè nos effugiſ- 4

gif-

giſſe. Utilitatem in eo ponimus, quòd difficiliùs ſit pluribus DD. productis potiùs quàm paucis quominus unus ad minus liber apud te adſit, in eum finem, ut abundantius inſtrui, ſi cupiveris, poſsis, aut ſi dura ex noſtris quædam tibi fuerit ſententia, judicium deponas originali conſulto, quibus omnibus penſiculatè meditatis propoſitum in antecedenti *num.* dictum effugavimus, & aliquantò moleſti erimus in cummulandis, his de cauſis, DD. tametſi temporis anguſtia nos perſtrinxit, cùm breviſsimum nobiſmetipſis præſcripſerimus; quapropter excuſatum me habe ſi non ita maturè ſcripſerim, ut negotii gravitas expoſcit argumento 2. *Mach.* 15. *verſ.* 39. cùm citò, feſtinanterquè nemo maturus ſit, & ſe mutuò contradicant repentè, & maturè quidquam fieri ex Apulejo *in Florid. nulla res poteſt eſſe feſtina ſimul, & examinata.* Conſonant Synod. *lib.* 1. *epiſt.* 16. *Duas res diſcrepantiſsimas petis, celeritatem, & maturitatem nam quoties liber quidam ſcribi citò jubetur, non tantùm honorem ſpectat Author à merito, quàm ab obſequio*: neutrum autem ſpectare valeo, quia juſſus non ſum, ſed libitu meo me ipſum edocere ſtudendo, ac ſcribendo optavi, præter retinendi capacitatem quæ eorum adipiſcitur, quæ ſcribentur, in promptu què habentur; & paritèr univerſis notum facere libui, magnoperè nobis profecturos ſi ſedentes meditaremur Pſalm. 84. *verſ.* 11. *Juſtitia, & pax oſculatæ ſunt*, & B. Jacob. 3. *verſ. ult. Fructus autem Juſtitiæ, in pace ſeminatur, facientibus pacem*, in quibus myſticè noſcere poſſumus in juriſdictione adminiſtranda pacem coli, & foveri deberi, quibus conſonat *l.* 1. *in fin.* & *l.* 7. *tit.* 1. *part.* 2. & cum multis docet Currell. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 66. *memineritquè ſeipſos* (loquitur de Judice Eccleſiaſtico, & Sæculari, ac de ipſorum utiliſsima Concordia) ejuſdem corporis partem eſſe, àc ſuaſsimus in quodam Manifeſto legali prò defenſione Regiæ juriſdictionis, atquè jurium Civitatis *Alpharenſis* contrà ejuſdem Decuriones, ac Procuratorem Syndicum Generalem anno 1745. edito, *in* 3. *part.* §. 7. *num* 42. *à fol.* 105. uſquè ad 107.

Nolem autem veritatem hoc 5
opere patefactam, immeritò contemni, certamquè doctrinam à quibuſdam non amplecti propter eorundem ſcleròcardiam, & aprehenſionis vehementiam ſimilem illi, de qua dixit Virgil. *lib.* 6. *Æneid.*

Nèc magis incæpto vultum ſermone movetur,
Quàm ſi dura Sylex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Cujus peſsimæ conditionis homines utinam à nobis longè abſint, nàm Eccleſia Sancta ſic Dominum deprecatur in Hymno, Placare Christe: *Auferte gentem perfidam*, tantaquè eſt horum improbitas, quòd
nullibi ſecura eſt veritas, † & quam- 6
quàm *S. Leo P.* ad Leonem Auguſtum ſcripſerit, *Epiſt.* 71. *cap.* 1. *Quis eſt niſi Antichriſtus, aut Diabolus qui pulſare audeat inexpugnabilem veritatem, qui in malitia ſua inconvertibilis perſeverans per vaſa iræ, & ſua apta fallacia, falſo diligentiæ nomine, dùm veritatem ſe mentitur inquirere, mendacia deſiderat ſeminare*, & licèt item veritati ſemper locum ſuperfore dixerit J.C. *in l.* 29. *ff. de Probat.* & in omnibus ſuis partibus nullo patrocinante luceſcere, Senec. *Epiſt.* 72. & contra litigantium calumnioſas probationes prævalere debere, Cevall. *Comm. contra comm. quæſt.* 839. *num.* 8. & fortem præ rebus omnibus ipſam aſſer-

aſſertat Gracian. *tom.* 2. *Agud. y Arte de Ingen. fol.* 382. *col.* 2. *cum fol.* 388. *col.* 1. verſ. *Eminentiſsimos*, & melius adhùc probaverit ex Lactant. Marc. Tull. Anorb. & aliis, D. Abreu, Marquio *de la Regalia*, in Supremis Indiarum, & Cameræ Conſiliis Senator, *Victim. Real Legal, pag.* 294. *num.* 625. his verbis: *Es de tanta fuerza la verdad, que no ſe puede deſtruir por qualeſquier màquinas, ingenios de hombres, ù artes, y ſe defiende por sì: es mas fuerte, que las demàs coſas, no la desfigura el tiempo*: junctis, quæ ex S. Hylar. diximus *in Manifeſt. Leg. part.* 3. §. 7. *num.* 56. *pag.* 114. & dicendis *infr. num.* 66. cum in-
7 numeris, quæ congeri poſſent † tamèn nulla res ità clara in mundo eſt, cujus veritas inſtigante Diabolo obſcurari non poſsit, ut exclamavit *Clemens V. P. in Proem.* Clementinarum, & exponit *Gloſ.* àc his temporibus notavit Marcialis Joan. Oben, *lib.* 1. *epigram.* 115.

Dixit Anaxagoras atram eſſe nivem.
Gravis error.
Hæc ætas multos vidit Anaxagoras
Laudavit niveas Corvi Vulpecula pennas.
Hæi mi quot Vulpes ſæcula noſtra ferunt.

8 Quidam etenim homines, contradictionis ſpiritu poſsidentur, quod ſtultiſsimum eſſe dixit Gracian. in proximè *citat. tom.* 2. *fol.* 362. *col.* 2. *Es grande necedad oponerſe à todo, y tener à cada razon ſu contra*; ſed quid mirum ſi ſunt homines, qui ſibimetipſis contradicunt, ex eod. Gracian. *ibid. col.* 1. O perverſum hominum genus! O iniqua conditio!

9 Mirabilem in eandem rem prodiit ſententiam P. Joan. Marian. *lib.* 5. *cap.* 4. *de Reb. Hiſpan. Aut allucinantur potiùs, & videre ſe fingunt; aut ſomniant quod non vident, & digito conantur oſtendere, quod nuſquam eſt; quorum eſt noſtra ætate magnus numerus.* Quoniam tamen veritas de terra orta eſt, juxtà *Pſalm.* 84. *verſ.* 12. fieri non poteſt quominus aliquibus nota ſit, quæ in opere iſto expenditur. Porrò nolem in illorum dinumerari cætu de quibus meritò dolens Archiepiſcopus Petrus de Marca *in Concord. Sacerdot. & Imper. in Prolog.* diſtractos ab invicem Magiſtrorum animos quotidiè experimento vidiſſe teſtatur, & factiones potiùs inſequentes, quàm veram modeſtiæ Academiæ in exercitationibus rationem, extollere velle jam Eccleſiaſticam authoritatem, jam Regiam, illiquè ſeipſos præcipites addici, quatenùs animi impetus ipſos vehit, & modò rapit ſcribentium affectum ex quadam voluntatis dominatione, rationis ingenuitate poſtpoſita, quibus convenire reor D. Ambroſii ſententiam *de Offic. capit.* 3. *Affectus tuus operi tuo nomen imponit*, cui conſonat illa D. Iſidori, *lib.* 2. *Tale erit opus tuum, qualis intentio tua*, quia unumquodque generat tale quale ipſum eſt. Menoch. *tom.* 3. *conſ.* 211. *num.* 6. & cor eſt imperator linguæ, àc habet eam ſicut mancipium ſub ſua juriſdictione, Cevall. *Comm. contr. comm. p.* 3. *quæſt.* 828. *num.* 219.

Quamquàm autem antehàc 10
materias hoc opere contentas, ingenioſè ab aliis fuiſſe diſſertas objeceris, ità ſum procùl ab inficiando hujuſmodi veritatem, quòd firmitèr nihil ſub Sole novum eſſe credo docente *Eccleſ.* 1. *verſ.* 10. *Nihil ſub Sole novum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt: jam enim præceſsit in ſæculis, quæ fuerunt antè nos*; verumtamen ſi materia jucunda, aut ſelectior fuerit, dicendiquè modus fuerit novus, aut ſcribendi diſpoſitio, & virtus, cu-

pida abſdubio erit, *ex ſup.* citato Gracian. *tom.* 2. *fol.* 383. *col.* 1. *Aunque la coſa ſea muy ſabida, ſi el modo de decirla, y de eſcrivirla fuere nuevo, ſe hace apetecible :: quando las coſas ſon ſelectas, no canſa el repetirlas*; & multo antè ipſum Senec. *Epiſt.* 64. allegatus à Miñan. in *Baſ. Pont. juriſd. in Epiſt. circ. fin. Hoc unum æſtimari debet in opere, uſus nimirum, ſeu inventorum ab aliis diſpoſitio, quæ verè novum opus contiſtuunt*, & D. Auguſt. *lib.* 1. *de Trinitat. cap.* 3. *Utile eſt plures à pluribus fieri libros diverſo ſtylo, non diverſa fide, etiam de quæſtionibus iiſdem, ut ad plurimos res ipſa perveniat ad alios ſic, ad alios autèm ſic.*

11 Propter eà igitur meritò monſtruoſum miror, tantorum virorum deciſsiones tot vigiliis excogitatas, in dies magis, àc magis controverſas ire, tot viribus juriſdictionum Præſulus dimicare, & ità potentèr contendere ſicuti Caſtrorum Duces, ſeu veluti Bacchus, & Bichis, tanquàm ſi deficeret Canon, Lex, Juriſconſulti reſponſum, Sapientis ſententia, ab eſſent què omnia in quibus fixo pede acquieſcere valeremus, cùm undiquè fateri neceſſum ſit veritatem non latere, ut ajebat Senec. in *Troaid.* unam què, & ſimplicem veritatem eſſe, ut teſtatur Gracian. *ſup. citatus tom.* 2. *fol.* 381. *col.* 2. *El camino de la verdad es unico*, àc dicemus *infr. in Membr.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 60. *&* 72. quibus de cauſis, & maximè hoc ipſo quòd à plurimus doctiſsimè tractatæ ſunt juriſdictionum controverſiæ hora jam eſt de ſomno ſurgere, & quòd omnes ſint in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, ut hortabatur Paulus, 1. ad *Corinth.* 1. *verſ.* 10. *in fin.* niſi tempus jam advenerit illud de quo apùd Eſdr. *lib.* 4. *cap.* 5. *verſ.* 1. ſcriptum legimus: *Ecce dies venient, in quibus aprehendentur qui inhabitant terram in cenſu multo : & abſcondetur veritatis via*; & Dan. 8. *verſ.* 12. *Et proſternetur veritas in terra.* Aut niſi præſens tempus ſit in quo veritas ſine fructu, ut 4. *Eſdr.* 6. *verſ.* 28.

Quibus perpenſis, & ſimùl ultimis 12
Graciani verbis ubi proximè: *El camino de la verdad es unico, y DIFICULTOSO*, atquè Dioclecianum aſſeruiſſe, præ cæteris cunctis difficillimum eſſe benè regere, ut ſcripſit Plato, Dionis propinquis *Epiſt.* 7. & Jetro Moyſi dixit, ſciens quòd in Iſraël Judex eſſet, & ſententiam Populo diceret, cui ſic ille ſocer ſuus locutus eſt: *Stulto labore conſumeris :: ultrà vires tuas eſt negotium.* Exod. 18. *verſ.* 18. àc docet idem Gracian. *fol.* 397. *col.* 2. apicem què Regium in gubernatione conſiſtere, juxtà ipſum *fol.* 405. *col.* 2. Quamobrem hujuſmodi præfecturæ cupiditatem improperat; Virgil. diram vocando, *Georg.* 1. & Eccli 7. *verſ.* 4. dicitur : *Noli quærere à domino ducatum, neque à Rege Cathedram honoris*, Luc. 12. verſ. 29. junctis quæ diximus in *Manifeſt. Leg. in Introd.* §. 2. *num. margin.* 23. *pag.* 7. nàm munus onus eſt juxtà D. Bernard. *in Epiſt. Multi non tanta fiducia, & alacritate currerent ad honores, ſi & ſe ſentirent onere gravari*, vide Villad. *c.* 5. §. 1. *n.* 45. *per tot.* & onera plurima ſubeunt qui Populo præſunt, Nicol. Boer. in *tract. de Sedit. tom.* 11. Tractatuum DD. *num.* 32. *fol.* 91. ad dorſ. & Medin. à Lel. *Goviern. mor. diſc.* 5. *per tot. ex pag.* 67. jam non miramur, quòd tot controverſiæ, & rixæ intèr Judices oriantur, maximè ſi penſitemus, quòd Juriſperitorum reſponſa, majora jurgia generare ſolent, D. Molin. de *Hiſpan. Primog. in Præfat. n.* 62. & hoc ipſum fuit etiam teſtatus Author. Præfationis de *Edit. Roman. Sacror. Biblior. in princ. ipſa certè*

tanta

tanta verſionum varietas, *atque diverſitas,magnam inEccleſiaDei confuſionem parire potuiſſet.* Quandoque autem, minus matura Officialium reflectio (nè alitèr, àc pejus dicam) prædictas producit contentiones, ut idem Gratian. benè ſenſit, *dict.* 2. *tom. fol.* 379. *col.* 1. *in princ. Muchos Miniſtros*, *de las motas levantan polvaredas.*

13 Excuſari tamen minimè poſſunt, cùm tot DD. publicis rationibus, vera rario, & ſecura doctrina cuiquè nota eſſe poſsit, ita ut vix ambages eſſe valeamus niſi gratis, quod ni fallor exprimere voluit Supremum Conſilium *in Aut.* 1. *tom.* 1. *lib.* 2. *Recop. ſeqq. verb. Valiendoſe para ello de doctrinas de libros*, *y Autores eſtrangeros*, *ſiendo mucho el daño*, *que ſe experimenta de vèr deſpreciada la doctrina de nueſtros proprios Autores*, *que con larga experiencia explicaron*, *interpretaron*, *y gloſſaron las referidas Leyes.* Sin verò in cauſa ſit ignorantia affectata, hæc minimè excuſat, nèc minuit peccatum, ſed illud auget, eò quòd eam habens tollere ipſam nolit ut liberius peccet, nolit què intelligere, ut benè agat, *Pſalm.* 35. *verſ.* 4. quod pati non poteſt, ut ex D. Thom. 1.2.*quæſt.* 76. *art.* 4. docet D. Covarr. *in cap. Alma mater*, *part.* 1. §. 10. *n.* 17. nèc item excuſat quæcumque alia ignorantia culpabilis, multò què minùs dolus, Paz in *Prax tom.* 1. *temp.* 1. *n.* 60. *cum trib. ſeqq.* nàm ſapiens debet eſſet Judex, *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recop.* Sap. 6. *verſ.* 23. & etiam Advocatus, idem Paz, *tom.* 1. *annot.* 5. *num.* 9. *&* 10. & congruit *l.* 3. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop. y eſtudiando el derecho*, *que cumpla para defender ſu cauſa.* Vide Proverb. 24. *verſ.* 2. *cum trib. ſeqq.*

14 Benè verum eſt, quòd *in Rebus humanis nihil tam indubitatum eſt*, ut Imp. Juſtin. ajebat in *Novell.* 44. *cap.* 3. *de Tabellion. Quantumvis etiam juſtum*, *quòd non anxiam quandam admittat dubitationem*, & quòd penè infinitæ ſunt in re quacumque opiniones ſibi invicem pugnantes, quæ opinionum diverſitas reddit jus dubium, & obſcurum, *l.* 1. *in fin.* §. *Noſtram autem*, C. de *Veter. jur. enucl.* Bart. *in l. Qui Romæ*, §. *Duo Fratres*, *ſub num.* 9. Corat. de *Comm. op in. tom.* 18. tract. DD. *fol.* 222. *num.* 18. & quòd obſcuritas pervertit jus, Joann. Fab. in *princ. Comment. Inſtit. col.* 2. *ſub num.*2. *verſ. Cæterum cùm per contrarias*, Dec. *in l.* 1. *ſub num.* 4. *ff. de Reg. jur.* & uſquè Clauſtra, amicos, & vicinos conturbat, P. Kemp. *lib.* 1. de *Imit. Chriſt. cap.* 14. *n.* 2. *Por la diverſidad de los pareceres muchas veces ſe levantan diſcordias entre los amigos*, *y vecinos*, *entre los Religioſos*, *y devotos*; & hæc deerunt nunquàm, mundum enim tradidit Deus hominum diſputationi, *Eccleſ.* 3. *verſ.* 11.

His benè perpenſis, experimento què docti, opere pretium duximus, atquè enixè curavimus veritatem ſtudiosè inquirere, & ſcrutari, antè oculos habitis Superiorum reſolutionibus, quarum obtinendi gratia multum inſudavimus amore juſtitiæ percuſsi, nàm ut docet Joann. Dartiſius, *Oper. Canon. part.* 2. *in tract.* de *Pænit. in Præfat. pag.* 45. *col.* 2. ex D. Auguſt. *Interdùm plus loquitur inquiſitio*, *quàm inventio*; *vel quia infiniti propè eſt operis indagatio*, *difficiles electio*, *&* *ardua judicandi ratio*, *vel etiam quia Authores innumerabiles pervolvendi*, *&* *in his legendis nunc currendum*, *ut omnes legantur*, *nunc ſiſtendum*, *ut intelligantur*, quàm difficultatem etiam agnoviſſe reperimus J[illegible]em 15

Fi-

Fichardum in *Epiſt. Dedic.* in *princ. Prax. Crimin.* Julii Clari: Verùm hæc omnia juſtitiam, & veritatem adamanti dulcia erunt, quia nihil eſt tàm durùm, atquè ferreum, quòd non amoris igne vincatur, D. Auguſt. *lib.* 1. de *Morib. Eccleſ. cap.* 22. *&* 23.

16 Cùm igitur adhibuerimus prædictam diligentiam, credimus, opere perlecto, neminem fore diffiſſurum veritatis punctum non liquere; ſin verò quiſquam fuerit inficiatus, aut diffiderit ſententiarum in eo contentarum pacem, ratio expoſcit, ut in pace illas requieſcere non ſinat, nèc publicam utilitatem derelinquat, ſed quòd huic attentè proſpiciat, quod ſummè gratum nobis erit, quia ut nobis intereſt, edoceri cupimus, quoniam Juliano Authore in *l.* 20. *ff. de Fideicom. libert. diſcendi cupiditas eſt optima vitæ ratio*, & juxtà Ariſt. 1. *Polit. cap.* 3. *&* 4. relatum à D. Covarr. in *Regul. Peccatum*, *part.* 2. §. 11. *num.* 5. *Minus ſapientes, minus què profecti, natura ipſa ſervi ſunt, & ſapientioribus ſubditi, ut ab eis regantur*; ſapientia etenim, melior eſt cunctis pretioſiſsimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari, *Proverb.* 8. *verſ.* 11. cum *verſ. anteced.* Job 28. *verſ.* 15. Sap. 7. *verſ.* 8. *cum duob. ſeqq.* & melior eſt quàm arma bellica, *Eccleſ.* 9. *verſ. ult.* ſpecioſior Sole, Sap. 7. *verſ.* 29. & illam non vincit malitia, *verſ. ult.* modum tamen habet, *ad Rom.* 12. *verſ.* 3. *Non plus ſapere, quàm oportet ſapere.* Deindè, quia decor vitæ eſt in illa, Eccli. 6. *verſ.* 31. & vitam tribuit, *ibid.* 7. *verſ.* 13. *in fin.* Prætereà, quia me fortaſis erraſſe poſsibile eſſe, & utiquè facillimum non diffiteor, nàm metipſum cognoſco, tametſi hoc difficillimum omnium ſit juxtà Gracian. *tom.* 2. *fol.* 423. *col.* 1. *No hay coſa mas facil, que el conocimiento ageno, ni mas dificil, que el conocimiento proprio: : el primer paſſo del ſaber es ſaberſe*, cum quo conſonat P. Kemp. *lib.* 2. *de Imit. Chriſt. cap.* 3. *num.* 1. *in fin. & cap.* 5. *num.* 1. idem Gracian. *fol.* 331. *col.* 1. † & non me 17
latet, quòd nemo debet ſui ſenſus plus ſatis eſſe tenax, P. Kemp. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. *Gran ſaber es no ſer el hombre porfiado en ſu proprio ſentir*, & emendatione fieri incapacem, qui ſui ipſius cognitione fuerit deſtitutus, Prov. 12. *verſ.* 15. Gracian. *fol.* 363. *col.* 1. *Quien no tiene capacidad para conocerſe, menos tendrà valor para enmendarſe*: Contrà verò faciens, tumidus, & ignarus eſt *ex eod. fol.* 378. *col.* 2. *in princip. Todo deſvanecimiento fue ſiempre necio, y la jactancia intolerable; & fol.* 423: *El ſimple, ſiendo ſencillo para ſus faltas, es doblado para las agenas, cum fol.* 346. & fidem facit Matth. 7. *verſ.* 3. & Luc. 6. *verſ.* 41. & Can. *Nos*, & Can. *Infames* 2. *quæſt.* 7. latiuſquè probavimus *in Manifeſt. Leg. part.* 2. §. 2. *num.* 6. nimia ſiquidem fiducia præjudicialis eſſe ſolet, D. Auguſtin. *Epiſt.* 50. *Prov.* 28. *verſ.* 26. quamobrem loquendo cum verbis D. Hyeronimi *in Prolog. Galeat. ad Paulinum*, *col. ult. verſ. pen. Non ſum tàm petulans, & hebes, ut hæc me noſſe pollicear, & eorum fructus capere: : ſed velle fateor: : : obviis te manibus excipiam: : quidquid quæſieris, tecum ſcire conabor.* Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certè loquar, & tu reſponde mihi, ut ajebat Job 13. *verſ.* 22. quin per hoc extolli præſumas, non enim me latet illud Eccli. 10. *verſ.* 29. *Nolli extollere te in faciendo opere tuo*; & ad Rom. 11. *verſ.* 20. *Noli altum ſapere, ſed time*, cum *cap.* 12. *verſ.* 16. tamen Eccleſiaſticus 13. *verſ.* 11. ſic monet: *Noli eſſe humilis in ſapientia tua*, quæ contrariari videntur; ſed facilis eſt ſo-

ſolutio, aut conciliatio, ſi valet dicere, quòd Apoſtolus in citatis locis de illorum, quæ ſurſum ſunt ſapientia loquitur, cùm prudenter, & timidè inveſtigari debeant, ſed nec omnia, cùm de quibuſdam vix liceat, & non omnibus, ad Epheſ. 3. *verſ.* 8. nam 4. Eſdr. 4. *verſ.* 21. dicitur: *Qui ſuper terram inhabitant, quæ ſunt ſuper terram intelligere ſolummodo poſſunt: & qui ſuper cælos, quæ ſuper altitudinem cælorum*, cum *verſ.* 10. *&* 11. *Tu quæ tua ſunt tecum coadoleſcentia, non potes cognoſcere: & quomodo poterit vas tuum capere Altiſsimi viam?* juncto *cap.* 5. *verſ.* 34. *&* 35. àt Eccleſiaſticus de his quæ ſunt deorſum affatur. Verumtamen quomodocumque hæc ſe habeant, noli eſſe ſapiens niſi ſecundùm Deum, niſi terribilem quam temerè ſpernas, ſivè contemnas Apoſtoli ſententiam 1. ad Corinth. 1. *verſ.* 19. *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo*; & 3. *verſ.* 19. & bonis abundabis fructibus, àc prædicabilis eris, Jacob 3. *verſ.* 17.

18 Licèt autem frequentiori uſu Scriptores ſoleant ex Romanorum legibus ſuas probare ſententias; tamen cùm poſsim, quæcumque ſcripſero defendere ſatagam cum Regia authoritate Legum noſtri Regni, obſequendo mandato Regio omnibus noto *in Aut.* 1. *&* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop.* quoniam Jus Civile legi, & ſciri permittitur, ut homines honoratiores fiant, non autem, ut ſecundum illud judicent, *l.* 3. *gloſ. i. tit.* 1. *lib.* 2. *Recop.* Hinc ergo evincitur praxim ad judicandum valdè neceſſariam eſſe, & ad cognoſcendum juriſdictionum fines, cùm finitimarum litium de illarum competentiis optatum terminum non modò non videamus, ſed potiùs quotidie frequentius agitari dolentes experiamur, ut quàm benè cenſit Miñan. *Baſsis Pontif. Juriſd. in Epiſt. circ. fin. Quotidiè enim in his verſamur negotiis, quæ in confinio juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Regiæ poſita ſunt: nihil frequentius apud ſumma Curiarum Tribunalia his litibus: : ob confuſos juriſdictionum fines, & origines.*

Propterea tametſi D.D. Philippus Magnus ſtatuit *in l.* 37. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recop.* Prælo mandari non deberi libros non neceſſarios, aut non utiles propter magnam illorum copiam, ſequenti ductus ratione: *Pues ya hay demaſiada abundancia de ellos*, quod pariter cognovit Anton. Gom. *in Proem.* 1. *tom. Var. in princ.* cenſeri nefas hoc eſſe arbitror de admodum utili Juriſdictionum Concordia, quidquid ſententiant alii nemini indulgentes, de quorum acriori judicio immunes non judicamur, quoniam in ſimili *Epiſt. ad Lect.* ajebat Joann. Garc. *de Nobilit.* in Opere edito Pintiæ anno 1588. *Nemini non licet de cæteris judicare, prodeſſe reliquis pauci norunt: : ſi noſtrum non placeat, novis incrementis auge opus*, & poſtquàm *in Epiſt. Dedic. in princ.* immenſa ſcribendi onera valdè notabilia expreſſit, ſic in ſurrexit: *Quantum poſt hæc omnia, quæ in ſumma ſunt in judicio vulgi periculum ſit poſitum, quod & delicatè faſtidire lepida, & lepidè irridere proba conſuevit*, cum quibus conſonant D. Hieron. verba *in Præfat. ad Dominion. & Rogatian.* in Eſdram, & Nehem. *Itaquè obſecro vos: : ut libros non efferatis in publicum, nèc faſtidioſis cibos ingeratis, vitetis què eorum ſupercilium qui judicare tantùm de aliis, & ipſi facere nihil noverunt*, aut ſi in lucem edantur publicam, non niſi prognariter fiat, & hoc eſt quod dicitur Proverb. 24. *verſ.* 27. *Præpara foris opus tuum.* 19

Verùm cum tantorum DD. venia, potius errorem Vulgi irriderem, quàm malum ejus timerem judicium, 20

cium, nec bonum amarem, aſſentiens Graciano, qui de illo ſequentia ſcripſit verba, *dict.tom.2.fol.375. col. 2. in princ. El Vulgo, aunque ſue ſiempre malicioſo, pero no juicioſo, raras veces diſcierne entre lo aparente, y lo verdadero: es muy comun la ignorancia, y el error muy plebeyo*; & fol. ſeq. *La vulgar eſtimacion no es ſegura, tiene à veces mas de ruido, que de aplauſo*; cum *fol. 342. col. 2. Toda vulgaridad es deſigualdad*; & item dicèmus *infr. Membr. 1. q. 6. num. 89. cum duob ſeqq.* & ab effectu cognoſcitur, nàm vulgus communiter opera prout ſunt non æſtimat, ſed prout apparent, ut putavit idem Grac. *fol. 357. col. 2.* quod ſtultorum proprium eſſe optimè judicavit *ibid.* & ſanè jam evenit, quòd Vulgum non timui: inimicos quàmplurimos habui, ſed pejus adhùc eſt illis carere, *ex eod. Auth. fol. 414. No hay mayores enemigos, que no tenerles*; & P.Kemp. *lib. 1. de Imit. Chriſt. cap. 12. num. 1. Bueno es, que algunas veces nos ſucedan coſas adverſas, y vengan contrariedades*; & *lib. 2. cap. 1. num. 5.*

21 Quid autem dicemus ſi non Vulgus, ſed vir in Dignitate conſtitutus Author modernus in iſtud vitium inciderit? non enim defuit recens Scriptor, qui de Doct. Bobadilla vulgò, (& meritò) *el Politico* nuncupato, fœdè dixerit, methodum non ſervaſſe, & multis erroribus ſuum ſcatere opus, cùm aliàs ſuis locis opportunè hanc præoccupaverit objectionem, & ſolverit, ut legiſſe reminiſcor; *& in Proem.* aliis reſpondet: Si talem inſultationem Vir tam doctus, & eruditus, fortè quia defunctus patitur, cùm aliàs à graviſsimis, clariſsimiſquè DD. doctiſsimus decantetur, ut videre eſt in D. Olea *de Ceſſ. Jur. tit. 3. quæſt. 9. num. 36. ad med.* in D. Salgad. *de R. P. p. 2. cap. 4. num. 36. & p. 4. cap. 14. num. 106.* in Doct. Vela, & aliis in quibus illius elogia legiſſe ſcimus; quid parvuli ſperare poſſumus? Quid mali fecit noſter Bobad. Scriptori prædicto, ut tàm temerè eum flagelaret, & à pietate alienus dedecoraret? Non ita fuiſſe loquutum credimus, ſi conſuluiſſet Gracianum, qui ſapiens, pius, & eruditus non minus quàm politicus ſequentia *in tom. 2. fol. 336.* ſcripſit verba: *Es gran generoſidad de animo, y credito de un magnanimo corazon hablar bien del enemigo, y aun obrar mejor*; & 1. Joann. 3. *verſ. 18. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate*; et verò jam legimus rationem perſecutionis hujuſmodi in eod. Graciano, *fol. 353. col. 1. ad med. No eſcapan los que mucho lucen de ſer embidiados, ò de odiados, que à mas lucimiento, mas emulacion*; & *fol. 356. col. 2. fol. 357. col. 1. in princ. & col. 2. ac fol. ſeq. circ. fin.* Medin. à Lel. *Goviern. mor. diſc. 3. pag. 38. circ. fin. O, los teſtimonios que le levantan à uno en viendo que luce!* & pag. ſeq. *Eſtraña curioſidad de la malicia, que lo: : lucido alumbre à la calumnia*; & diſc. 5. pag. 89. *De las quexas de la embidia, ſon los meritos las culpas*; cum pag. 91. in fin. *Son los meritos los que mejor diſponen una deſgracia.*

O fera hominum invidia!

Magis ergo pii nobiſcum eſſemus, ſi non oblivi ſceremur ſententiam Imp. Juſtin. prolatam in ſua Conſtit. *de confirmat. Digeſtor. l. 3. §. Si quid 13. In nullo enim aberrare (ſeu in omnibus irreprehenſibilem eſſe) Divinæ utiquè ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ, ſeu roboris*; *& in l. Tanta 2. §. 14. C. de Veter. Jur. enucl.* Facit Burg. de Paz, *in l. 1. Taur. num. 22. & 23.* & firmat Lorin. *ſuper Pſalm. 84. v. 12. fol. 757. col. 1.* verſ. *Septimum*: 22

Aug-

Auguſtinus ſic ait, qui neget peccatum habere, ſeipſum ſeducere, & veritatem in ipſo non eſſe, & verba quoquè ſunt Joann. 1. *Epiſt.* 1. *verſ.* 8. & idem Juſtin. *in l. ult. in ſuo Codice, tit. de Veter. Jur. enucl.* Philon apud Stobeum 179. *nihil prorſus erroris committere proprium eſt Dei, & fortè etiam hominis Divini.* D. Creſp. *Obſerv. Ill. in Prolog. tom.* 1. *ſub num.* 6. *& tom.* 2. *obſerv.* 111. *num.*24. Anton. Gom. *in Præfat. Var. Homo ſum, humani nihil à me alienum puto.* Pſalm. 142. *verſ.* 2. Eccli. 7. *verſ.* 5. Exod. 34. *verſ.* 7. Job 4. *verſ.* 17. † 25. *verſ.* 4. † 7. *verſ.* 17. Pſalm. 8. *verſ.* 5. 3. *Reg.* 8. *verſ.* 46. 2. Par. 6. *verſ.* 36. Eccleſ. 7. *v.* 21. Job 9. *verſ.*2.† 15. *verſ.*14. Prov.20. *verſ.* 9. 1. Joann. 1. *verſ.* 8. Eccli. 18. *verſ.* 1. Iſai. 43. *verſ.* 26. ad Rom.3. *verſ.*10. 4. Eſdr. 8. *verſ.*35.

23 Quæ igitur frequentius accidunt, ad ea adaptantur jura, *C. Diverſis* 5. *de Cler. conjug. l. Juſto errore* 44. *ff. de Uſucap. propter aſsiduam, & cotidianam comparationem, l. Nam ad ea* 2. *l. Neque leges, ff. de Legib.* Bart. *in l.* 1. *in princ. ff. de Suſpect. tutor.* Corat. *de Reb. dub. tom.* 18. tractatuum DD. *fol.* 335. *num.* 1. *in princ. Iſta quidem vera ſunt, ſed brevitèr dicta, & obſcurè, indigent longiori enarratione: quotidiana enim ſunt, & multas juris dirimunt quæſtiones*, ad quod allegat *legem Legavi* 25. *ff. de Liberat. leg.* D. Creſp. *p.* 2. *obſerv.* 118. *num.* 29. Carlev. *de Judic. in poſter. tom. t.* 3. *diſp.* 2. *num.* 6. Anton.Gom. *in l.*3. *Taur. num.* 116. *ad med. quod reputat benè ſignandum, & notandum, quia multoties poſſet contingere*, quapropter tametſi quiſquam proferat antiquam hanc eſſe materiam; ea potiſsimum ratione de ipſa ſcribere libuimus, reproducentes huc, quod Joann. Garcia noſtræ poſteritati ſcriptum reliquit, àc ipſam docuit in verb. illis: *Si noſtrum non placeat, &c.* quæ ſup. retulimus *num.* 19. *ad med.* & ex Miñan. *num.* 18. *in fin.* nam juriſdictionum contentio nocumentiſsima eſt ſtatui univerſo, & animarum ſaluti: contra autem, magnam, immò ſummam utriſque ad ferret utilitatem earundem Concordia, litiumquè exterminatio, ut benè ſenſit Gracian. *dict.*2. *tom. fol.*387. *col.*2. *El litigio es hijo del caos, y parto de la confuſion*, & præconio declarant exempla multa juris utriuſque; Bonifacius enim VIII. *in Proem. libr.* 6. *Decretal.* ſe pro ſubditorum utilitate libentiſsimè laborare inquit, & pervigili ſtudio quàmplures noctes deducere in ſomnes, ut litigantium proterviam reprimat, & fraudulentam Vafrorum ſubtilitatem vincat, àc deniquè à Sanctæ Eccleſiæ foro ſcandala propellat. Id ipſum ait Imp. Juſtin. *in Auht. Ut judices ſine quoquo ſuffrag. in princip. & Auth. Ut Divinæ juſion. in princ.* & quantùm ad novas litigiorum formas, quas homines ſingulis diebus excogitant, & Pontifex amovere contendit, accepta videntur verba *ex l.* 2. §. *Sed quia Divinæ, C. de Veter Jur. enucl. multas enim formas edere natura novas deproperat*; ad quod perſpiciens Bonifacius ait: *Et quas humana natura novas ſemper deproperans edere formas, lites quotidiè invenire conatur.*

† Undè lubet advertere providen- 24
tiam, & induſtriam Pontificum, & Imperatorum æquiparari, nos in hoc monentes juris Pontificii cum Cæſareo concordiam, àc conſequentèr juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Sæcularis, & quantò potius ſtudere debemus litium finem, quàm incrementum, nàm verecunda voluntas ejus eſt, qui lites execratur, *l.* 1. §. *Inde, ff. de Nov. Oper. nunc. Quid enim agebat Prætor, niſi ut controverſias eorum dirimeret,*

ret, boni enim Judicis eſt lites minuere, ex traditis à Minſing. *ſup. Inſtit. lib. 3. tit.* 23. §. 12. *num.* 8. hoc autem, juriſdictionum reſpectu dificillimum opus eſt teſte Mart. *de Juriſd. in Proem. ad princ. Quantis enim difficultatibus involuta ſint juriſdictionum monumenta, eſt explicatu difficillimum*; & ea omnia ſingulatim refert, ad quem te remittimus brevitatis gratia; quamobrem valdè proficuum noſtri operis inſtitutum eſſe arbitramur, aut ſi quid noſti melius, loquere, ut Eliu dixit, Job 34. *verſ.* 33. reproductis infr. dicendis *num.* 67.

25 Paritèr Clemens V. *in Proem. Clementinar.* nos quoquè monet, * quàm decorum Succeſſori ſit inchoata ſui Prædeceſſores opera, non deſpicatui habere, ſed ad perfectionis verticem deducere in verb. illis: *Succeſsiſſe debemus.* Uniformitèr Gregorius *in Can. Quia Joannes*, 12. *quæſt.* 5. *Can. Hæc hujus, ibid. Can. Adrianus, diſt.* 63. & in ſingulari *C. Litteris de Reſcript. Cum factum Prædeceſſoris noſtri, potius quàm noſtrum fuerimus proſecuti.*

26 His ergo exemplis arreptus, & non minus perpendens, quòd jura quamvis clara, ità redduntur obſcura, & ambigua, quòd non poteſt reperiri modus aliquis, ut benè declarentur propter malitiam hominum, cùm alitèr interpretentur quàm Legislator ea intellexerit, & illa divertunt, & ſubvertunt de intentione ipſius Legislatoris, ut nuntiat *Gloſſ.* exordii Clementinarum; non dedignavi hoc opuſculum conficere, prædeceſſorum DD. inſequendo veſtigia, & paritèr ut laborum, in muneribus mihi collatis ſublatorum, fructum colligas, eademquè de cauſa, tametſi labor naturam debilitat, D. Solorzan. *tom.* 2. *de Jur. Indiar. lib.* 1. *cap.* 14. *& lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *fol.* 156. *verſ. Pues, & ſeqq.* iſtum non horrui, quoniam homo naſcitur ad laborem, *Job* 5. *verſ.* 7. & militia eſt vita hominis ſuper terram, *Job* 7. *verſ.* 1. nèc abs labore ſapientia acquiritur, *Job* 28. *verſ.* 13. & qui addit ſcientiam, addit & laborem, *Eccleſ.* 1. *verſ. ult. in fin.* laborioſaquè opera odio habere non decet, *Eccli.* 7. *verſ.* 16. occupatio enim magna creata eſt hominibus, *Eccli.* 40. *verſ.* 1. & ſi quis non vult operari, nèc manducet, 2. *ad Theſſ.* 3. *verſ.* 10. † Et obitèr ſcias nihil 27
moleſtius muneribus eſſe, ſi fides ſit Graciano 2. *tom. Agudeza, y Arte de Ingen. fol.* 355. *col.* 1. *ad med. Todas las fachadas de los cargos ſon oſtentoſas, mas las eſpaldas humildes::: aplaudido comienza un cargo, y callado acaba::: todos los cargos páran en* CARGOS, *ſi no de la Juſticia, de la venganza, y de la murmuracion*, & dùm perſecutionem Officialis patitur, ſolus invenitur, Eccleſ. 6. verſ. 8. *Eſt enim amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis*, cùm verſ. 10. *Et non permanebit in die neceſsitatis.* Prov. 14. *verſ.* 20. † 19. *verſ.* 4. *& verſ.* 7. idem Gracian. *fol.* 280. *col.* 2. *in fin. A un hombre en trabajos, y caìdo, todos le deſamparan*; & ità verum eſt, ut quodam caſu ſic deſerti fuerimus, ut nullus eſſet, qui nos allevaret niſi Pœnitentiarius noſter P. à Sancto Eugenio, ut ipſe fidem facit in ſuo hujus operis judicio; & teſtante D. Ambroſ. *lib.* 3. *de Offic.* ſolatium hujus vitæ eſt ut habeas, cui pectus tuum aperias, cui arcana communices, cui ſecreta tui pectoris committas, ut colloces tibi fidelem virum, qui in proſperis gratuletur tibi; in triſtibus compatiatur, in perſecutionibus adhortetur; quamobrem deprecandi Dominum occaſio fuit Reginæ Eſtheris ad exemplum: Domine mi, qui Rex noſ-

noſter eſt ſolus, adjuva me ſolitarium, *Eſth.* 14. *verſ.* 3. melius enim foret natum non fuiſſe, quàm calumnias pati, lachrymas effundere; inſidiatorum violentiæ non poſſe reſiſtere, neminem adeſſe conſolatorem, & cunctorum auxilio eſſe deſtitutum, *Eccleſ.* 4. *à verſ.* 1. *ad* 3. prout nobis evenit; porrò circumdederunt me undiquè, & non erat qui adjuvaret, ut dicitur *Eccli.* 51. *verſ.* 10. Lament. Jer. 1. *verſ.* 9. 16. 17. & 21. *Audierunt quia ingemiſco ego, & non eſt qui conſoletur me.* Ex adversò autem dùm quiſque fuerit fœlix, multos numerabit amicos, Ludov. Meneſes, Comes *de la Ericeyra*, in Vita Georg. Caſtriot. *lib.* 1. *fol.* 3. *in fin. Tiene la felicidad muchos ſequaces*; Prov. 14. *verſ.* 20. † 19. *verſ.* 4. Idcircò P. Kemp. *lib.* 1. *de Imit. Chriſt. cap.* 9. *num.* 1. ſic conſulit: *Mucho mas ſeguro es eſtàr en ſujecion, que en mando*; & Medin. à Lel. *Goviern. mor. diſc.* 5. *per tot. ex pag.* 67. & illius *Rubr.* quæ ſic ſe habet: *Mas penoſo es mandar, que obedecer.* Sed aliundè audio illam Bernardi ſententiam ad Vellemum Abbatem, *Epiſtol.* 85. *Nec praeſſe refuge dùm prodeſſe potes, quia væ tibi quidem ſi praes, & non prodes; ſed væ gravius, ſi quia praeſſe metuis, prodeſſe refugis.* Non negamus frequentius adimpletum videri illud P. Kemp. *judicium lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. *Los que hoy ſon contigo, mañana te pueden contradecir, muchas veces ſe buelven como el viento*, nam ampliſſimè ſæpè què numero experti ſumus, ut videre eſt *in Manifeſt. Leg.* & poſt illius editionem multò pluris; verùm in Domino confiſſi, cuncta metuenda ſprevimus, ejuſdem ſumpto religioſiſſimo conſilio, *dict. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. & Medin. à Lel. *diſc.* 11. *pag.* 189. *Vive ajuſtado, para defenderte entendido*: & Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 21. *n.* 3. *Pero haciendo juſticia, no tema nada, que de todo ſaldrà muy bien*: & Prov. 13. *v.* 6.

Ferè cunctis notum eſt quanta 28 ſum paſſus in exercitatione, uſu, & adminiſtratione Regiæ juriſdictionis ob nimiam, debitam tamen ejuſdem dilectionem, quia nempè juſtitiam miniſtravi, leges ſervavi, & illarùm violatores frenavi, & verbis utendo Pſalm. 72. *verſ.* 3. *Quia zelavi ſuper iniquos*; & 1. Mach. 14. *verſ.* 14. abſquè perſonarum acceptione, ut mandavit Dominus, & fecit ad educationem, inſtructionemquè noſtram dùm in mundo fuit, & ex Sacris litteris probabimus *infr. in Membr.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 40. 43. 64. *& tribus ſeqq.* & in Humano Jure præcipit Conſtitutio Imp. Juſtin. *Novell.* 24. *cap.* 2. *Et qui ea deliquerint, ſecundùm noſtras leges puniat, neminem prætereà maleficiorum revereatur etſi de potentioribus ſit, nequè his ſe ſubmittat: inſupèr ad Deum quoquè, & noſtri timorem reſpiciat, nequè preterea quidquam in animo cogitet*; & docet Corvin. ad Imp. Juſtin. *t.* 16. *pag.* 161. & etiam eſt expreſſum *in Novell.* 17. *cap.* 5. §. 3. *Talem verò præbebis te metipſum omnibus, & publicè, & privatim, ut terribilis quidem ſis delinquentibus, & indevotis*, quoniam Deus diſſipavit oſſa eorum qui hominibus placent; Pſalm. 52. *v.* 6. ad Galat. 1. *verſ.* 10. Sed vix, expertus qui fuerit ignorabit, ſic inimicitias contrahi, teſte Salv. *de Gubern. Dei, lib.* 1. *fol.* 29. ubi poſtquam retulit illum Sacræ Paginæ locum Num. 14. *v.* 26. & 27. *Locutuſquè eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Uſquequò multitudo hæc péſſima murmurat contra me?* Sequentia ſcripſit: *Vis videre ſeverum Judicem? Ecce noxios punit. Vis videre juſtum, & pium? Ecce innocentibus parcit. Vis videre in omnibus Judicem? Ecce ubiquè judicium. Nam, & ut Judex arguit, & ut Judex re-*

regit. Judex promit ſententiam, Judex noxios perimit, Judex innoxios muneratur. Cùm autem tale quid evenerit, imprecationem eum Salv. faciat, *lib.*2. *de Gubern. Dei, fol.*40. in Pſalm. 34. *verſ.* 1. *&* 2. *Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me. Aprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi*, ut faciebat pœnitens Rex, quem locum ſic interpretatur Salvianus: *Scutum ad protectionem, arma ad ultionem.*

29 Verumtamen, quia falli potui in his quæ tunc egi, & oppugnavi ea fide, & opinione, quòd juſta eſſent, juxtà verbum Domini, Deut. 16. *verſ.* 20. *Juſtè quod juſtum eſt perſequeris*, àc quia nunc quoque falli valeo in illis quas fui ſequutus ſententiis in controverſiis eà tunc exagitatis, quas, pro eiſdem eliminandis ſuſtinere profiteor; diligentèt veritatem hoc ipſo inquirere ſtudui, ut in ſimili caſu propoſuit S. Baſil. *lib. de Spirit. ſanct. in Proem.* tametſi arduum eſſe negotium agnoviſſet: *Quoniam difficilis eſt inventu veritas, undiquè nobis eſt inveſtiganda*; & meritò, nàm veritas diſputando reperitur, Can. *Grave*, & ibi *Gloſ. in verbo Veritatis* 35.*quæſt.*9. *l. fin.* §. *Mixta*, & ibi Bart. *num.* 1. *ff. de Muncr. & honor.* Corat. *de Comm. opin.* cum aliis, *tom.* 18. tractatuum DD. *fol.* 222. *num.* 1. *in Præfat. & multa, quæ certa olim fuere, ſolent poſteà in quæſtionem venire ad melius adminiſtrandam juſtitiam, & veritatem aperiendam*, ut ſenſit D. Creſp. *p.* 2. *obſerv.*110.*n.* 25.

30 Quòd autèm prò veritate æſtimentur quæ ſcripſero, hoc opus, hic labor eſt, nam quidam ſunt adeò prolixi, aut potius antagoniſtæ Lectores, & Scriptores criticam profitentes artem, nè alitèr dicam, quòd nec ſtylo adhùc ex urbanitate indulgeant, jam vè diviſionem, aut ipſis non gratam ordinationem accuſant, meritò ſervandam, Luc. 1. *verſ.* 3. quin fortè minimam operis partem legerint, cùm ità certum ſit quòd niſi totum abſolvatur, nequeat perfectè cognoſci, quo prætermiſſo ſcrutamine temerè judicabitur, & adhùc illo facto, vix liber quidam ſine crimine, aut erroris labe, apud aliorum judicium invenitur, ut videre eſt in catalogo à D. Creſp. facto *in Prolog. ſuarum Obſerv. Illuſtr. p.* 1. & à Bobad. *tom.* 1. *in Epiſt. ad Lect. in princ.* ſicut enim non ex unius clauſulæ tenore tamquam partilis, totius Conſtitutionis diſpoſitio exquirenda, nec colligenda eſt, ſed ex totali partium complexu, nec is benè intelligi valet niſi totus legatur, *l. Incivile, ff. de Legg. l.* 1. §. *Ædenda, &* §. *Ædere, ff. de Ædend. l.* 13. §. *Utrum, ff. de Reb. dub.* ſic etiam nec opus benè comprehendi quodcumque poteſt niſi totum legatur, argumento *l. Mevia* 44. *ff. de Manumiſ. Teſtam.* & eorum, quæ tradit Cujac. *conſult.* 51. *Totum tenorem teſtamenti expectari convenit ſi quis velit perſpicuè videri*, & infrà: *Non ex uno verſu teſtamenti judicare oportere, ſed ex antecedentibus, & conſequentibus perpetuo què tenore, & perpetua continentia ejus ſcriptura omnibus ex partibus conſiderata perpenſa*; idcircò ſicut ſtultus eſſe demonſtrat, qui prius reſpondet, quàm audiat, Prov. 18. *verſ.* 13. & Eccli. 11. *verſ.* 8. ſic qui librum dijudicat antequam ex integrò legat, nec in medio lectionis cenſura adjicienda argumento *dict. verſ.* 8. *& in medio ſermonum ne adjicias loqui.*

Quamquàm tamèn timorem iſ- 31
tum evaneſcere potuiſſem reflectendo ea, quæ ſcripſit Damian. *lib.* 6. *Epiſt.* 10. *Noſtræ dictationis opuſcula ſolicitè perlegentes, ſi quid reperiatur abſurdum, vèl funditus amputate, vèl elimatiori ſtylo digerere ſuſtinetis. Non enim timendum eſt, nè*

nè ſi manus corrigentis accedat Scriptoris articulus decorem genuinæ venuſtatis amittat; ſed hoc potius admittendum, ut dùm ſtyli currentis urbanitati non parcitur, ſobrii intellectus regula inviolabilitèr conſervetur. Si quid in illis opuſculis reperitur, quòd à tramite veritatis exorbitet, per vos ad normam rectitudinis redeat, & ad plenam editionem, & legendi authoritatem liber per examinationis veſtræ diligentiam convaleſcat, junctis quæ dicta relinquimus *num.* 19. *ad med.* & 24. *in fin.* àc docuit D. Hieron. *in cap.* 5. *Iſaiæ: Omnis pompa, ſtructura què verborum redigitur ad nihilum*, & ita ſervaſſe D. Covarr. *de ſeipſo teſtatur*, 1. *tom. Epiſt. ad Lect. in* 4. *lib. Decretal. de Sponſalib. & Matrim. Phraſim eam quæ nobis fortè contigit in ipſis ordinariis lectionibus, expolire noluimus, quò faciliùs ab omnibus hi noſtri commentarii legi poſſint*. Et altiùs adhùc idem Hieron. *in Præfat. ad Dominion. & Rogatian. in Eſdr. & Nehem. ad fin. Eventilent apices, litteras calumnientur; magis veſtra charitate provocabor ad ſtudium, quàm illorum detractione, & odio deterrebor*, monetque *text. in cap. Præterea, de V. S.* ſeqq. verbis: *Si prolixam epiſtolam meam ad interpretandum accipere te fortaſsè contigerit, rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferre, quia plerumquè dùm proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur*. His docti exemplis, verborum ornatum effugere curavimus, ſolidæ què doctrinæ nervum aperire ſatagimus, quippè præter dicta, illud deceptionis perſpicuum eſt argumentum, quòd qui falſa perſuadere velit, majori quodam verborum ornatu, & varietate indiget, quibus veluti delinimentis utatur, ut deſipientes polliciat, à quibus alieni ſimplici ſtylo uſi ſumus, & tamen deprecamur, quòd ſi quid indulgentiæ dignum inveniatur in ſermocinatione noſtra, venia non abnuatur, quemadmodùm exhortatio fit in Prolog. Eccli. *ante med. & veniam habere in illis, in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ, deficere in verborum compoſitione*. Quantùm verò ad ordinem attinet, ſatis notum ex opere fit, textui pro themate ſuſcepto nos fore alligatos.

Ex aliis quoque capitibus diffidus adhùc, & anceps ſum in hoc opere edendo, cùm me non lateat quòd præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes humiliat Dominus, Jud. *6. v.* 15. nàm prætèr alias objectiones in hac *Præfat.* præoccupatas in *numer.* 9. 10. 21. 23. 30. & 31. quas non acquieſcens nunc in mentem revoco, & hùc reproductas appeto, magni ponderis mihi eſt, quòd fortè quidam tametſi impiè, non minùs quàm temere proferat me plagiarium, eò quòd multa illuſtrare ſim conatus, quæ ab aliis mirifice ſcripta legi. 32

Benè verùm eſt, quòd hæc ſuſpicio tamquam vani timoris rejici quoque valebat, & evacuari ſi metipſum, prout in ſpeculo perſpicerem in juſt. repulſ. *Illuſtr.* admodùm *Rev.* atque eruditiſsimi P. Feyjoii, qui *fol.* 63. *ſeqq.* ſcripſit verba: *Yo no pretendo, ni pretendì jamàs, que en quanto eſcrivo, no alcanzò alguno de los que me precedieron alguna parte de las verdades que yo alcanzo. Es lo mas veroſimil, y aùn dirè moralmente cierto, que ninguna verdad he eſcrito, que no haya dicho, ò alcanzado por lo menos algun otro hombre de tantos como huvo de Adàn acà. Mas què ſimilitud tiene eſto con la malicioſa impoſtura de que no hago mas que copiar los eſcritos de otros?* & fol. ſeq. in princ. *A eſte andar, quantos eſcrivieron de aſſumptos, que antes trataron otros, fueron copiantes.* 33

In-

34 Ingens tamen, aut potiùs invincibilis mi difficultas eſt dùm Dignitate nudatum me cerno, & cuncti legentes animadverſerint, nàm ut doctiſsimè ſenſit idem RR.P.Feyjous in præcitata *Juſt. repulſ. in Prolog. fol.* 1. *ad dorſ. Los mas de los hombres no ſon capaces de hacer juicio de un eſcrito por lo que èl es, ſino por unos accidentes inconexos con ſu legitimo precio, entre los quales tiene el primer lugar lo que ſuena el caractèr del Autor*; & paulò ſuperiùs: *Los mas de los hombres no eſtiman, ò deſeſtiman las coſas en atencion à ſu valor intrinſeco, ſino à varias circunſtancias muy extrinſecas*; reproductis hùc, quæ ex Graciano deduximus in *numer.* 20. in quo faciunt adversùs ſaniorem doctrinam P.Kemp. *lib.*1. *de Imit. Chriſt. cap.*5. *n.*1. *No te mueva la autoridad del que eſcrive, ſi es de pequeña, ò de grande ciencia; mas combidete à leer el amor de la pura verdad. No mires quien lo ha dicho, mas atiende què tal es lo que ſe dixo.*

35 Quid ergò mihi erit cum prædicto caractere inveſtitum me non vident? Quid utique ſperare poſſum? Maximè ſi meditor, quòd nec adhùc eminentiores homines à calumniis immunes crediti ſunt, ut videre eſt *in Membr.*1. *q.* 2. *n.* 33. *in fin.* Sed jam colligo, atque percipio dùm ſuadeor lapides uſquè, in me conjurandos; quoſdam enim audio vocem extollentes, malè què ferentes me leguleii nomine jura evolvere voluiſſe, parvi pendentes, aut non maturè conſiderantes, quòd omnes homines, & qualemcumque cum ſua mente ornatum creavit Altiſsimus, quin dignitati credatur affixam eſſe rationem, nec neceſſariò conexam, multò què minus hanc ſine illa inveniri non quei, virtutem namque intellectivam Dignitas non influit, Medin. à Lel. *Goviern. mor. diſc.* 1. *pag.* 2. *in fin.* ètvero erroris capaces univerſi quoque ſunt nemine dempto, *C. A nobis*, 28. *de Sent. excomm. Extrav.* 3. *verſ. Rurſus, de V.S.* Can. *Præterea*, 23. *diſt.* Jaſon *in l. Præſcriptione, col.* 2. *C. Si contr. jus, vel util. pub.* poſt Bald. Bart. *in l.* 1. §.1. *ff. de Requir. Reiſ.* Domin. *in C. Ut animarum, col.* 2. *verſ. Item quia, de Conſtit.* in 6. Horat. *in Art. Poët. Quandoque bonus dormitat Homerus.* P. Kemp. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 3. *Si te parece que ſabes mucho, y entiendes muy bien, tèn por cierto, que es mucho mas lo que ignoras*, & Socrat. apud D. Hieron. *in Prolog. Galeat. Sacror. Biblior. col. ult. verſ. Cernis*: *Hoc tantum ſcio, quòd neſcio.* Idem Kemp. *dict. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 4. *Todos ſomos flacos*, & *c.* 3. *n.* 1. *Nueſtro ſentido à menudo nos engaña*; & n. 4. *Toda nueſtra eſpeculacion no carece de alguna obſcuridad.* Medin. à Lel. *Goviern. mor. diſc.* 2. *pag.* 10. *Haſta el Sol tiene atomos. El mas cabal, reſplandece con nubes.* Eccli. 1. *v.* 8. 13. 14. † 2. *v.* 11. 17. 21. 22. † 7. *verſ.* 30. *& quis cognovit ſolutionem verbi?* Reproductis quæ dicta relinquimus *num.* 17. & melius *num.* 22. idcircò etiam Romanus Pontifex errare poteſt, Miñan. *BaſsisPontif. juriſd. pag.* 171. *ſub n.* 16 *col.* 1. *ad med. & pag.* 710. *n.* 139. & falli in his, quæ ad fidem non expectant, videlicèt in judicialibus, tanquam homo, Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 1. *numer.* 61. & 70. *lib.* 2. *quæſt.* 6. *numer.* 20. Tametſi non ut Pontifex, & è Cathedra, *dict. num.* 61. & *lib.* 2. *q.* 13. *n.* 5.

Alios autem, Advocati Fiſcalis munus adverſus Eccleſiaſticos Judices me gratis ſuſcepiſſe, quàm injurioſè affaturos non ambigam, quòd ſic propudium puto, & à veritate alienum, ut nihil aliud ſatagam, quàm nitori ſuo veritatem reſtitue- 36

re, nefandum què ſit contra ſuſpicari, tamètſi non me latet periculoſum meum eſſe propoſitum, maximè ſi *Doct.* Martam *de Juriſd.* recolo, qui Eccleſiaſticæ blandiens juriſdictioni ſtatuit *in part.*4. *Cent.* 2. *caſ.* 101. *num.*12. ſignanter in Summario, quòd DD. ſcribentes contrà juriſdictionem Eccleſiæ ſunt ſuſpecti, quo potiùs radio, quàm argumento utitur ad probandum certiſsimi Juris eſſe, quòd Clerici in realibus nullomodo conveniri poſſunt coram Judice Laico (cujus contrarium verius eſſe probabimus *in Membr.* 1. *quæſt.* 2. *ex n.* 144.) certiuſquè eſſe affirmat, iiſdem privilegiis, & exemptionibus in patrimonialibus ipſos potiri, quibus in Eccleſiaſticis; (contrarium autem verius eſſe detegitur *in dict. quæſt.*2. *ex num.* 87.) àc propterea illorum bona ſequeſtrari non poſſe, inquit, à Laico Judice (veritati tamen innititur contrarium, ut pateſit *ex ead. quæſt.*2. *ex num.* 85. *cum ſeqq.* 115. 135. & 136. *ac* 175. & *Membr.* 2. *quæſt.*2. *num.* 29. *in fin. haciendo execucion en ſus bienes*; & *quæſt.* 9. *num.* 36. *haciendo execucion en ſus bienes*) quin ſuffragentur, ait, quæ in contrarium à DD. de conſuetudine afferuntur; quia hoc eſſet, inquit, contrà libertatem Eccleſiaſticam, & contrà Statum Eccleſiæ (oppoſitum verò oſtenditur *in dict. Membr.*1. *quæſt.*2. *ex num.* 143.) & *in num.* 11. ſic inſurgit: *Nec eſt bona conſuetudinis allegatio, niſi probetur, aut ſaltèm præſumptivè deducatur, quod cùm non fecerint ſupradicti ſcribentes, mirandum certè, cur ita pravè detrahant immunitati Eccleſiæ, ex quo valdè ſuſpectos ſe reddunt non eſſe de Eccleſiæ corpore.*

37 Quis hæc non mirabitur? non tàm proptèr relatas opiniones, quas nihil impedit quominus ipſe Mart. defenderet ſi benè probaſſet, quod minimè fecit, quàm ob pellecebras quibus utitur ergà Eccleſiaſticam juriſdictionem, & pavitationibus contrà Sæcularis defenſores, quos fragosè romphæa jugulare voluiſſe videtur, cùm melius feciſſet ſi ſuarum opinionum debitam, non verò pampinoſam ſtruxiſſet defenſionem. Communis igitur eſt opinio, Doctori atteſtanti de conſuetudine eſſe credendum, ut cum multis Catholicis DD. aſſerit Minſing. *Singul. obſerv. Centur.* 5. *obſerv.*96. *num.*2. & 3. allegans undecim DD. & alia jura, & ei eſſe acquieſcendum defendunt, àc in aliis legiſſe ſcio. Quoniam autem abyſſus abyſſum invocat, *Pſalm.* 41. *verſ.* 8. fuit non ſemel lapſus Doctor ille, sèd iteratò dùm *in* 4. *part. Cent.* 2. *caſ.*122. *num.* 10. aſſeruit Clericum moneri, citari vè per edictum nequi à Laico Judice in confectione inventarii, & ſic adversùs contrariam communem opinionem iraſcitur: *Et quando replicetur hanc monitionem faciendam eſſe per Judicem inventarii, detis inſtantiam: quid enim aliud eſt hoc, quàm defendere juriſdictionem Sæcularem, quod eſt omninò reprobatum, ut dixi*; quibus viſis, modeſtiſsimè repellit Marius Curtellus *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. lib.*2. *quæſt.*21. *num.* 8. ſequenti perquàm laudabili argumento: *Videant cordati viri, quid ſibi Scriptor iſte velit, cùm dicat reprobatum eſſe juriſdictioni Sæculari ſuam ſervari præeminentiam, quam nec Chriſtus tollere voluit ex probatis ſup. quæſt.* 21. *numer.* 10. & *alibi hoc libro: nec Pontifices minuere, ut fatentur in cap. Per venerabilem*, 13. *verſ. Non quòd alieno Juri præjudicare velimus, tit. Qui filii ſint legitim.* quibus addimus, *cap. Si duobus, verſ. Deniquè, de Appellat. cap. Novit*, 13. *de Judic.* Azeved. *in l.* 5. *lib.*1. *tit.* 6. *num.* 3. D. Covarr. *in lib.* 4. *Decretal. de Sponſal. part.* 2. *cap.* 8.

§.8. *num*.45. *& Pract. QQ. cap.6. num.* 1. D. Salg. *de Supplic. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 44. Prædictus enim Curtellus citari poſſe Clericum à Laico defendit *in dict. lib.* 2. *quæſt.* 21. *ex num.* 2. & Martam erraſſe, ac Clericalem Statum decepiſſe probat *in num.* 12. Vide latius dicta *in Membr.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 7. *& quæſt.*9.*num.* 22.

38 P. Diana ſimilem alium lapſum habuit *tom.* 1. *tract.*2. *de Immunit. Eccleſ. reſol.* 18. *circ. princ. in ver. Nec valet*, chymericam vocans diſtinctionem à DD. factam intèr poteſtatem contentioſam, ſivè judicialem, & extrajudicialem, politicam, æconomicam vè, & impertinens itèm vocans exemplum patriæ poteſtatis ad expellendum è domo ſua filium Clericum, & Dominicæ ad dimittendum familiarem Eccleſiaſticum, ut ſuadeant non minori potíri versùs Clericum poteſtate Regnorum Caput, Patrem, àc Dominum, qualem Regem agnoſcimus, & etiam Tutorem, atquè Sponſum Reipublicæ, Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 4. *num.* 3. *poſt med. & cap.* 5. *num.* 4. *etiam poſt med.* Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 55. *num.* 20. ob quod meritò fuit reprehenſus P. Dian. à D. Creſp. *p.*1. *obſerv.*3. *ex num.*21. in errorem, & immodeſtiam incidiſſe probans.

39 Alio itidem exemplari confirmatur prædicta detrahendi facilitas inter contrarios DD. pugnantes ſententias tenentes, à nobis obſervata, nam D. Covarr. *in Reg. Peccatum, p.* 2. §. 9. *num.* 7. verſ. *Quartò planè*, gravitèr, & meritò reprehendit Bartolum eò quòd, *in l.* 1. §. 1. *de Requir. Reiſ.* aſſeruit hæreticum eſſe defendere Romanum Pontificem, temporalem juriſdictionem à Deo habuiſſe, & habere, eamquè Imperatori tradere; & in illum magna cum ratione inſurgens prædictus D. Covarr. ait nimis audactèr loquutum fuiſſe Bartolum, & videri non intellexiſſe ipſum quid ſit hæreſis dùm ità properè viros doctiſsimos hac nota dignos eſſe cenſuit, & quòd modeſtius feciſſent DD. illius ſequellæ ſi hæreſis nomen, & notam, Eccleſiæ definitioni reliquiſſent, nàm etſi communis opinio falſa cenſeri poſsit, hæretica tamen minimè dici valet abs temeritatis merita nota donèc ab Eccleſia contrarium fuerit definitum, ſicquè diſputationi locum eſſe abſque ulla hæreſeos ſuſpicione. Ità D. Covarr. loco prædicto. Eandem repetit reprehenſionem *in dict. num.* 7. *in fin.* verſ. *Hic infertur*, conſiderans Bartolum dùm ſupèr alia quæſtione, hæreticam increpavit quandam opinionem, non animadverſiſſe quid ſit hæreſis, aut hæretica aſſertio, cùm falſitas concluſionis, hæreſim non inducat, dùm maniſeſtè contraria non eſt Catholicæ Fidei, nèc definitioni Sanctæ Matris Eccleſiæ.

Si hæc tàm docti viri, ur Diana, & Marta protulere adversùs DD. Regaliſtas tantoperè fulgentes, valdèquè celſos, & etiam Bartolus adversùs Eccleſiaſticam juriſdictionem ampliantes, quid de opere iſto non pauci cenſeant, jam mente tracto conſilio ductus Nicephori Caliſt. *lib.* 5. *Hiſtor. Terent.* in Adulph. *Iſtud eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt prænoſcere*, & conſulit P. Kemp. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. verſ. *Gran ſaber es.* Medin. à Lel. *Goviern. Mor. diſc.* 1. *pag.* 5. *Poco vè quien no mira mas de lo que tiene delante.* Eccli. 4. *verſ.* 13. † 7. *verſ.*15. 40

Sed quidquid dicant, prò nobis eſt Curtellus, *lib.* 2. *quæſt.* 78. *num.* 17. *Et ſi judicibus Eccleſiaſticis Pontificia jura exarare permittunt, idem & Regiis condonandum erit*, maximè ut ratio luceſcat, quæ magis valet ſine authoritate, quàm au- 41

authoritas ſine ratione, D. Auguſt. teſte *de Civit. Dei*: Ratio igitur, & veritas argumentis, & collationibus latens aperitur, Joann. 22. in Extrav. *Quia nonnumquam de V. S.* Can. *Grave*, cum *Gloſ. in verbo Veritatis 35. quæſt. 9.* idcircò hæc ſumus agreſsi.

42 Nec ignoramus, quòd qui Eccleſiam perſequuntur, maximis ſupplicis affecti fuere, & qui eam defendunt, plurimis præmiis honorati, Bellarm. *tom.* 1. *Controv. lib.* 4. *de Not. Eccleſ. cap.* 17. *&* 18. & quòd Laici debent Eccleſiæ juriſdictionem defendere, & efficere ut obediantur, quæ jubet Eccleſia, Ant. Auguſt. *p.* 1. *lib.* 10. *tom.* 4. Bellarm. *dict.* 1. *tom. Controv. lib.* 3. *de Laicis, cap.* 18. Segur. *p.* 2. *Direct. cap.* 13. *à num.* 30. Narbon. *in l.* 59. *gloſ.* 2. *t.* 4. *lib.* 2. *Recop.* & Eccleſiæ opem ferre contrà hæreticos, & eos declaratos perſequi, Bellarm. ubi proximè, *cap.* 20. *& ſeqq.* Verumtamen certiſsimum eſt, nihil adversùs Sanctam Eccleſiam Matrem noſtram omni reverentia dignam noſtri devotionem intendere velle, neque in illius juriſdictionem, immò tàm eandem, quàm Sæcularem uſquequò juſtum eſt fovere, & Deo favente concordare, & tueri conaminis noſtri eſt, ſicquè proteſtamur, ſicut etiam quòd hæc omnia non in aliud tendunt, quàm ad inquiſitionem veritatis, cujus tutores eſſe debemus, Nicol. Boer. *de Sedit. in Introduct. ad med. tom.* 11. tractatuum DD. *p.* 1. *fol.* 89. *ad dorſ. ubi allegat. l.* 1. *C. de Latin. libert. toll.*

43 Benè ſumus conſcii, quòd tamètſi conſuetudo tribuit, & aufert juriſdictionem, Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 10. *num.* 23. Alteſerr. *in Jus Canon. lib.* 3. *t.* 43. *pag.* 214. *in fin. & pag.* 222. Corvin. *in Digeſt. per Aforiſm. Jur. lib.* 2. *t.* 1. *pag.* 41. *ubi allegat. l.* 5. cum Gloſ. *de Juriſd.* Gregor. Lop. *l.* 13. *t.* 13. *part.* 2. *gloſ.* 4. *ad med.* & quod illam auget, & minuit, Seſſe *de Inhibit. cap.* 8. §. 4. *num.* 43. & quòd pro lege haberi debet, Guid. Pap. *in Deciſ. Epiſt. ad Lect.* paulò poſt *princ. & quæſt.* 198. *num.* 2. cum multis juribus, & latiſsimè de viribus conſuetudinis diximus *in Manifeſt. Leg. p.* 3. §. 7. *num.* 53. *& ſeq. pag.* 99. *&* 100. Eò tamèn non obſtanti, nèc præſcriptio, nèc Nationum conſuetudines quidquam facere poſſunt contrà legem Divinam, neque Naturalem, docente D. Alrcu, *Victim. Real*, *pag.* 57. *num.* 95. & quòd Judices Sæculares cognitionem eorum aſſumere nequeunt, quæ ex Jure Supernaturali, & Evangelico proveniunt, ut Hæreſis, Simonia, Matrimonialeſquè cauſæ ex D. Covarr. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 78. *num.* 17. *circ. fin.* & in ſumma, omnes cauſæ contentæ *in leg.* 56. *t.* 6. *part.* 1. quam tranſcribit Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 33. quia Laici omninò expertes ſunt juriſdictionis in Eccleſiam, & Clerum, ut latius dicemus *in Membr.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 166. nèc ullus major eſt defectus, quàm poteſtatis, *C. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, 10. *de Conſtit. C. Etſi Clerici, C. Clerici, C. Cùm non ab homine, de Judic. C. Nullus, de For. Comp. Can.* 3. *diſt.* 10. *Can.* 1. *diſt.* 20. *Can. Noverint. Can. Clericum* 11. *quæſt.* 1. Alteſerr. *lib.* 1. *Decretal. t.* 2. *pag.* 15. *&* 16. *circ. fin.* Dartiſ. *Comment. in Decret. p.* 1. *pag.* 19. *col.* 1. *lit.* D. Minſing. *Centur.* 5. *obſerv.* 93. *num.* 5. *obſerv.* 58. *n.* 6. *& Centur.* 2. *obſerv.* 67. Avil. *in C. Prætor.* 53. Gloſ. *verbi Caſtiguen*, *num.* 1. Ità igitur poteſtate caret Laicus in rebus ſpiritualibus, ut nèc arbiter in illis eſſe queat, *C. Contingit.* 8. *de Arbitr.* Idem Alteſerr. *lib.* 3. *Decretal. t.* 43. *pag.* 218. Poteſtas autem tàm Eccleſiaſtica, quàm Sæcularis intrà ſuos terminos contineri debet, Miñan. *Baſsis Pontif.*

tiſ. juriſd. pag. 253. *num.* 10. ubi multa jura, & DD. producit, & tenet cum illis, quòd læthalitèr peccat quicumque contra faciens, *in n.* 9. *ibid.* & latius probabimus *in Membr.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 37. *in fin.* & aliis locis.

44 Si tamèn Clericorum in profanis exemptio, non Juris Divini, ſed Humani eſt, ut ex SS. PP. & Theologis, aliiſquè probabimus *in Membr.* 1. *quæſt.* 2. *ex num.* 90. quapropter arbiter eſſe Laicus valet in temporalibus Eccleſiæ, *C. Dilecti* 4. *de Arbitr.* Alteſerr. *in citato lib.* 3. & *pag.* 218. & etiam in poſſeſſorio, juxtà Minſing. *dict. Centur.* 2. *obſerv.* 67. ex *num.* 7. & quàmplurimos adductos in *Membr.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 6. & 7. & de incidenti ſpirituali cognoſcere, etiam intèr Eccleſiaſticas perſonas, ut *ibid.* probabimus, *dict. nn.* 6. & 7. & etiam de cauſis verè Spiritualibus ex delegatione Summi Pontificis, ut probabimus in *Bull. Aliàs Nos*, 1. *not. ad* §. 10. ex Paz, Curtell. & Miñan. & multis aliis in caſibus reperiendis in *Indice*, in verb. *Judex Laicus*, quin pèr hoc minimè frangatur religioſiſsima voluntas *Baſilii* Imperatoris in fine Synodi VIII. generalis in verbis illis expreſſa: *Nullomodo nobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem habere*, nequè Imp. *Juſtiniani* in *Novell.* 123. erit nonnè mirari æquum, quòd P. Dianæ, Doct. Martæ, & aliorum ſententias contendere ob publicam cauſam ſimus conati poſt multos, qui præceſſerunt, & ut nos fecerunt, veritati viam aperientes? Et quòd Eccleſiaſticorum quorundam judicum abuſus quibuſdam in locis adversùs illam introductos detegamus, ut illis medeatur, àc veritas amplectatur, àc tueatur, dùm caſus occurrerit? Maximè cùm certum ſit, quòd Eccleſiam evertere intentant Scriptores, qui Eccleſiaſticis contrà Principum aſſentatur privilegia, quibus revera non gaudent, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 19. cum quibus omnibus ſatisfactum arbitramur objectioni præoccupatæ *ſuprà* num. 36.

Non minoris ponderis mihi eſt judicii diſparitas à nobis obſervata inter peritiſsimos Juriſconſultos juris utriuſque, qui præſens legere opus àc cum Theologo approbarunt, ex quibus duo Presbyteri ſunt, & Theologum quemdam, nàm præter DD. Approbantes, quorum judicia ſuprà ſunt, Dn. Andreas Rodriguez, D. Fiſci Patronus in Honorato Miſtæ Concilio, altiori DD. conceptu fruens dùm vixit, nunc, & ſemper; erat namquè vir doctus, paritèr pius, prudens, modeſtus, ingenuus, formidoloſioris, itèm conſcientiæ communitèr habitus, prolixè circitèr obitum ſuum iſtud legit opus, & conſcios nos fecit nihil in eo lintura dignum inveniri, immò feſtinantèr in lucem prodi deberi, ramètſi putabat, multos fore cenſuros duras eſſe propoſitiones quaſdam, quæ revera tales non erant, non ut dicitur Joann. 6. *verſ.* 61. *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* A multis què evaſiſſe dubiis lectione conſumata per operis concatenationem, cum aliis quæ expreſsit, me autem loqui non decet; ſed proh dolor! Nàm ab hac vita migravit antequam ſuum exararet judicium. Contrà verò prædictus Theologus verè duras cenſet quaſdam reſolutiones prout Hæros ille prædixit, & ſic ille, & quidam alius pavidi redduntur, ut tremiſcant, & ſuum judicium exprimere abnuant, neſcio qua ducti ratione, niſi enim illam invenerim, non ac quieſcam, quia ut Sempron. Aſſell. *in Fragment.* ajebat: *Nobis non modò ſatis eſſe video, quod factum eſſet id pronuntiare, ſed etiam quo Conſilio, qua què ratione geſta eſſent demonſtrare.* 45

Scru-

46 Scrutari autem obnixè debuiſſent tales iſti animo puſilli, & vani timoris ſervi, àn rationi ſententiæ noſtræ nitantur, àn non, & abs dubio comprobatas, nulla excluſa, reperiſſent, probabilis què ſaltim ſententiæ munimento nullàm exutam eſſe, quod indubitantèr ſufficit in conſulendo, & ſcribendo, & ut quantumvis recta meus prò nobis ſubſcribere non detrectaret, juxtà Sylveſtri ſententiam in *Summ.* verb. *Opinio*, *num.* 1. *circ. ſin. Nèc objtat, quòd in dubiis tutior opinio eſt eligenda, quia non eſt in dubio, quod probabilibus rationibus flectitur ad unam partem. Nèc quòd incertum dimittendum eſt, & certum tenendum*, *de Pœnit. diſt.* 7. *Si quis, quia tenet iſte certum moralitèr, cùm in moralibus ſufficiat certitudo ex probabilibus ſecundùm Philoſophum primò Ethyc. & in num.* 2. quærens cui opinioni ſit adhærendum ubi varietas eſt, reſolvit ſtandum fore communi; & in praxi vigenti, cum ſequenti limitatione: *Niſi vera, & certa ratio contraria aſsignetur, & in idem reddit limitatio*, Joann. Andr. *in cap.* 1. *de Conſtit. ſcilicèt, niſi notoriè malè dicat, vel rationabilitèr convinci poſsit, quod bonus Judex acutiſsimi ingenii æſtimabit; & facit l.* 1. *C. de Veter. jur. enucl.* ubi dicitur: *Sed neque ex multitudine Authorum, quod melius, & æquius eſt judicato: cùm poſsit unius, & fortè deterioris ſententia, multos in aliqua parte ſuperare, quod menti commendandum eſt, quia Judex poteſt interpretare legem, ſeu Canonem, quoad cauſam vertentem coràm eo*, ut notabilitèr dicit Innoc. *in cap. Cum ſpeciali de Appellat.*

47 Immò poteſt eam ſequi opinionem, quam magis juri, & rationi conſonam juxtà proprium judicium exiſtimat, ut ex P. Dian. *part.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 60. probat D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 294. & dixit Dominus per Moyſen, Deuter. 12. *verſ.* 8. *ſinguli quod ſibi rectum videtur*, & non culpam, ſed meritum eſſe proprium ſequi judicium rationibus fundatum, oſtendit in *num.* 297. Quoties enim opinionem probabilem ſequitur, nequit dici malè judicare, neque in ſindicatu tenetur, ea què dumtaxàt hunc probabilitatis gradum non conſequetur, quæ levis, & incolorata ſit; ut cum multis probat idem D. Creſp. *dict. obſerv.* 1. *ex num.* 287 èt verò, hæc, ut attentè legas rogo, nè prædicta revoces in ſenſum *propoſitionis* 2. *ab Innocentio XI.* damnatæ quam inferius referemus *num.* 54.

Cùm autem dubium eſt, quæ ſit communis opinio, quia prò utraque ſunt famoſiſsimi DD. tenet idem Sylveſt. *dicit num.* 2. *in* verb. *Opinio*, quòd poteſt Judex ſine pœna, quam maluerit ſequi in foro fori, non tamen in foro poli, ſeu animæ; & ſequentem præbet rationem: *Quia debuit eligere eam, quæ validioribus rationibus firmatur, argum. Inſtit. de Empt. & vendit. §. Item pretium, C. de Edict. Divi Adrian. toll. l. Edicto, maximè ſi talis opinio ſit ſubtilior, ut dicit text. in cap. Capellanus, de Feriis.* 48

Cùm item DD. antiqui cum modernis pugnant, illos ſequendos eſſe tradit, *niſi ex novis rationibus, & cauſis aliud ſentiatur, quia aliquando*, inquit, *intellectus junioris eſt perſpicatior, l. Galus ff. de Liber. & poſth. diſt.* 63. *§. Verum.* verba ſunt Sylveſtr. in *Summ. dict.* verb. *Opinio*, *num.* 2. *poſt med.* verſ. *Et ſi Doctores.* Sequi etiam moderni poſſunt ſi pro iſtis ſit textus expreſſus, juxtà eundem *dict. num.* 2. *in princ.* & Dian. *p.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 60. quo caſu à communi recedere debent Judices, ut tenet Altograd. *conſ.* 56. *num.* 10. Firmat hæc 49

omnia Anton. Sabel. in *Summ. diverſ. tract. tom.3.* §. *Opinio 7. ex num. 3.*

50 Et verò quibuſdam caſibus ſufficit opinio minus probabilis adhùc judicibus ex ſententia P. Larrag. in *Explicat. propoſitionum damnat. propoſ. 2. in fin. fol.* 350. quem ſequitur P. Cliquet, *Flor del Moral, tom. 2. c. 4. num.* 37. ubi uterque ex dictis refert notabiles caſus in quibus poterit Judex Laicus probabilem opinionem ſequi adhùc relicta probabiliori, quoàd extrahendum Reum ab Eccleſia. His adde Dian. qui in *part. 2. tract.* 13. *reſol.* 1. egit quomodò quis poſsit tuta conſcientia ſequi opinionem probabilem probabilori ſpreta, & latius Sperel. *deciſ.* 175. *num.* 80. *& ſeqq.* & rationem reddit Anton. Sabel. *dict.* §. *opinio* 7. *num.* 3. quia agens juxtà opinionem probabilem, præſertim ſi Judex non ſit, non poteſt dici temerarius, nèc imprudens, & ſufficit ſi operemur cum certitudine probabili, nam in rebus agendis, omnimoda certitudo haberi non poteſt niſi Deus revelet, nec id quod perfectius eſt ſequi tenemur, ut tenet etiam P. Cliquet *dict. 2. tom. c. 4. num.* 1. 2. 3. *&* 42. immò tanta eſt rerum omnium humanarum incertitudo in his, quæ vèl ſenſibus non percipiuntur, vèl ad fidem non expectant, ſed ratiocinatione, & diſcurſu indigent, ut vix ſit ulla, quæ intèr hominum judicia, & naturalem eorum ad diſſentiendum facilitatem, non ſit diſputabilis, quod exprimere voluit Juſtinian. Imp. *in Novell.* 44. de *Tabellion.* cujus verba *ſupr. num.* 14. retulimus.

51 Hinc eſt, quòd opinio probabilis ſufficit ad bonam fidem in electionibus Officialium, eadem què tribuit juriſdictionem in utroque foro, ut videre eſt apùd D. Creſp. *part. 1. obſerv.* 6. *num.* 147. ubi allegat Dian. *part. 3. tract. 3. reſol.* 153. *& part. 5. tract. 12. reſol.* 32. *cum part. 10. tract. 11. reſol.* 34. Tanta item vis eſt opinionis probabilis, quòd facit jus, etiàm quoàd forum interius ex eod. D. Creſp. *part. 2. obſerv.* 105. *num.* 17. & Regis poteſtas in probabili opinione fundata, impugnari non poteſt, ut ipſe defendit, *part. 1. obſerv.* 1. *num.* 110. & relevat ab expenſis, tamètſi non in judicando, Guid. Pap. *in Deciſſ. quæſt.* 277. *per tot.* ſignantèr *num.* 1. & *in Notis, ibid lit.* A. allegans Henr. Bohic. in *cap. Sacro*, §. *Verum, de Sent. excomm.* Zabarell. in *Clement. 2. de Magiſtr.* Bartol. *in l. Qui ſolidum*, §. *Etiam, de Leg. 2. & in l. Bonorum, ff. de Bonor. poſſ.* & Bald. *in Auth. Genera, 3. colat. in* verſ. *Ex prædictis apparet, de Epiſc. & Cler.* tamèn in judicando reſpectu negotii principalis, ubi ſunt variæ opiniones DD. communiorem tenendam eſſe docet, & ad hoc producit *l. Scire oportet*, §. *Illud cum, & §. ſeq. ff. de Excuſat. tutor. & Clement. 1. in fin. de Summ. Trinit. & fid. Cath.* Petr. Jacob. *in tit. de Compend. ſubſtit. circa fin.* & Joann. Fabr. *in Proem. Inſtit. in fin.* ibi: *Hoc hortor.* Cin. *in l. 1. C. de Act. & oblig.*

Poſt hæc ſcripta aureum legimus opus gnari D. Abreu, Supremi Indiarum Conſilii Senatoris, & vulgò *de la Regalia* Marquionis, ſicut & Marium Curtellum Comitem Villæ Roſatæ, Regium Conſiliarium, ſicut Miñanum *Baſsis Pontif. juriſd.* & alios multos DD. quorum ſententiis non ſinè magno additionum labore prò tua utilitate abundantius iſtud illuſtravimus, admiſſo Plinii *jun.* Conſilio, *lib. 2. epiſt. 6. ſciat què ſi in materia immoratur non eſſe longum ſi aliquid accreſcit, atquè attrahit.* Et ſimùl fecimus prò quiete noſtra; cùm noſtri ævi calumi- 52

nitas id, & magis ſi poſsibile fuerit exigere videatur, nè ardua quæſtio de noſtris fiat. Eadem igitur qua nos cauſa, prædictus D. Marquio PræfationemApologeticam compoſſuit in ſua *Victim. Real Legal*, nè niſi temerè doctrinæ ſuæ novitas increpanda veniret, & in *pag.* 2. *num.* 4. ſequentia ſcripſit verba: *El vèr, que fue oìda con deſagrado la idèa de eſte Diſcurſo por algunosMiniſtros de la mas acreditada literatura, con ſola la noticia ſimple, que de èl haviamos participado, tomando como oſſadia, è irreverencia el apartarnos de lo que havia ſentado, como inconcuſo dogma de Derecho, el ſeñor Don Juan de Solorzano, nos obligò à dàr, en lugar de breve Prefaccion, una difuſa Apologìa del miſmo diſcurſo, haciendo vèr la noble libertad que poſſeen nueſtros entendimientos, para producir ingenuos ſus conceptos, ſin que puedan ſer apriſionados en las Ciencias prácticas, y humanas, ni del exemplo, ni de la autoridad; por mas recomendable que ella ſea*; & in *pag.* 6. *num.* 14. ſic concludit: *Eſtarìan en fin las Ciencias, y Artes ſin la licencia de innovar, exangues, y en perpetua ſervidumbre la noble libertad de los ingenios.* Et invincibili doctrina Sacrarum, Humanarum què literarum ingenioſiſſimè probat, *& in pag.* 11. *num.* 28. probabiliorem ſententiam ſequi deberi conſulit, minus què probabilem impugnari, & Tulius ab eo productus docet his verbis: *Quid eſt ergo, quod me impediat, ea, quæ mihi probabilia videantur ſequi, quæ contraria improbare?* de *Offic. lib.* 2. *verſ.* 1. *& ex num.* 30. *uſque ad* 37. demonſtrat, quamcumque opinionem tamètſi communem, non eſſe infallibilem, nèc perpetuò ab erroribus immunem, atquè *ex* §. 2. *num.* 38. concludentèr probat non debere in exilium mitti novitatem præciſsè quà talem, ſed unicè rationi firmitèr adhærendum, ſignantèr *in num.* 41. temporis diuturnitate, & DD. multitudine poſtpoſita, *juncta pag.* 160. *num.* 323. Si ergo voluntas ità libera eſt ad ſeligendam ſententiam (dummodò damnata non ſit) aut ut valeat in lucem deducere novam, quam ſua cujuſque mens magis rationi compotem exiſtimaverit; cùr veterum ſequendarum obligationem quidam impoſitam eſſe putant? Cùm certum ſit ex ſententia prædicti D. *pag.* 185. *num.* 379. quod obligatio abeſt, ubi voluntas libera eſt, nàm libertas cum obligatione pugnat utriuſque definitione collata.

53 Ob eamdem rationem veteres leges mutari poſſunt, etiam quæ juſtiſsimè fuerunt conditæ, juxtà D. Covarr. *in cap. Alma mater, p.* 2. *in Init. num.* 2. ubi quædam jura canonica producit, & idem versùs cætera omnia fieri poſſe, *ibid.* declarat, verſ. *Nihilominus*, ex Ariſt. *lib.* 2. *Polit. cap.* 6. ea ductus ratione, inter alias, quas exprimit, quòd in diſciplinis indies creſcit hominum vigor, & quòd experientia docet maximam utilitatem Reipublicæ attuliſſe mutationem, & quòd humanæ rationi naturale eſt, quòd gradatim ab imperfecto ad perfectum deveniat, àc quædam imperfecta eos tradidiſſe, qui primò philoſophati ſunt, quæ per poſteriores fuerunt diſcuſſa, examinata, & tradita; comprobat ex Auguſtin. *lib.* 1. *de Liber. arbitr. cap.* 6. & addimus Eſth. 16. *verſ.* 9. *Sed prò qualitate, & neceſsitate temporum, ut Reipublicæ poſcit utilitas ferre ſententiam.*

54 Demùm in hoc puncto, unius egregii Doctoris ſententia in rebus ab Eccleſia judicialitèr non definitis, probabile quid adeò conſtituit, nè eam ſequutus damnari poſsit, Curtell. *lib.* 2. de *Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 10. *num.* 107.

cum

cum multis, quos cummulat, intèr quos ſunt Sylveſtr. in *Summ.* Angel. Navarr. Valent. Vazq. Torr. expreſsius adhùc D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.*1. *num.*289. his verbis: *Cùm unius ſolius docti recentioris aſſertio faciat opinionem probabilem, vèl eam reperiri in aliquo libro impreſſo.* Ejuſdem ſententiæ fuit P. Dian. *Reſol. Moral. p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 30. *& p.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 60. Latè, & ☞ doctè Lezan. *tom.* 4. *conſult.* 48. & verò versùs prædicta in hoc *n.*54. damnata eſt Propoſitio XXVII. ab *Alexandro VII. & II. àc III.* propoſitio ab *Innocentio XI.* & illa referre libui, nè cùm in citatis DD. legerentur, incautè quiſquam decipiatur. Propoſitiones autèm, hæ ſunt. Propoſitio XXVII. *Si liber ſit alicujus junioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dùm non conſtet rejectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquàm improbabilem.*

Propoſitio II. *Probabilitèr exiſtimo, Judicem poſſe judicare juxtà opinionem etiàm minus probabilem.*

Propoſitio III. *Generatim, dùm probabilitate, ſivè intrinſeca, ſivè extrinſeca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudentèr agimus.*

Conducunt etiam propoſitio I. & propoſitio IV. ab eodem *Innocentio* damnatæ; & ſunt quæ ſequuntur.

Propoſitio I. *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententia probabili tantum utendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.*

Propoſitio IV. *Ab infidelitate excuſabitur infidelis non credens ductus opinione minus probabili.*

55 Ad noſtrum propoſitum revertendo, Judex, qui probabilem opinionem in judicando ſequitur, nequit dici litem ſuam facere, Bart. *in l. fin. C. de Pœn. Jud.* noſter Valerius *de different. utriuſq. for.* verb. *Opinio, diff.* 1. *num.* 1. D. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 44. nemini namque imputari poteſt, quòd vi unius rationis magis moveatur, quàm alterius, *l. Qualem* 19. *ff. de Arbitr.* Faciunt tradita à Vazq. 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *diſp.* 62. *cap.* 4. 5. 8. *&* 9. ubi Med. *art.* 6. *quæſt. ult.* Sayrus, *de Clav. Reg. lib.* 1. *cap.* 6. dùm ajunt, poſſe amplecti opinionem doctorum virorum dimiſſa communi, immò & propria, quòd què non pèr id contra propriam conſcientiam agatur licèt ſit contrà propriam opinionem. Indè, quicumque communibus, & frequentioribus, probabilioribus què opinionibus multum tribuat, ſi tamèn oppoſita rationem prò ſe habet evidentem, vèl magnorum aliquorum virorum, præcipuè antiquorum ævorum ſententiam, eò quòd communem relinquat, nihil ſibi quoad Deum mali conſcius eſt, Auguſtin. ad Caſulanum *in cap. Sanè, diſt.* 9.

Sed ut adverſatores conterantur, 56 præmi metipſum volo, & gratis do, quòd communis opinio neceſſario ſequenda ſit: hæc circà aliquam difficultatem inducitur per ſex, aut ſeptem DD. illam definientes, Ant. Sabel. *in Summ. diverſor. tract.* §. *Opinio* 7. *num.* 3. *ad med. & num.* 5. Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 1. *num.*63. & antè ipſos Gracian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 740. *num.*15. qui allegat Coratium *de Comm. opin. lib.* 1. *t.* 3. *num.* 18. niſi enim alia obſtent fundamenta rationi nitentia, tùnc veram credimus prædictam ſententiam, quoniam opinio communis non ex numero opinantium, ſed ex pondere authoritatis fit; ideò Navar. *in Manual. cap.* 27. *n.* 289.

(in-

(inquit Carlevalius, *lib.* 1. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 3. *num.* 20. ex multis quos producit) rectè, & graviter cenſuit communiorem eſſe illam opinionem, quam ſex, vèl ſeptem Authores claſsici rem ex profeſsò tractantes aſſerunt, quàm probatam à quinquaginta ſola ferè authoritate priorum adductis, & qui more avium, volatum anteriorum ſequantur; & meritò, quia præferri merentur doctrinæ illorum DD. qui conſultò quæſtionem tractarunt, quàm illorum qui perfunctoriè tetigerunt, aut unum ducem ſequuti ſunt. Clàm ergo non eſt, ſi opus ſcrutetur, à communi, vix ullo caſu me alienum eſſe, ut ſuadent DD. Jugo, & Ruedas illius Cenſores, & ſi legantur Authores, quos prò meis allego ſententiis invenietur, quòd de communi frequentius teſtantur, & item, quòd pluſquàm ſeptem ipſi producunt, & ipſe adduco, quibus junctis, magnus conſtituitur numerus; & prætereà ſcio cerebrinum, nequam propterea, dirumquè conceptum in toto opere non reperiendum. Si ergo ità eſt, acritèr inſurgere valeo in puſillanimitate conſtrictos, (de quibus dixi *ſup. n.*46.) cum D. Baſil. *in Orat.* adversùs eos, qui calumniant: *Si ex me loquor, nè audias me; ſi verò, quæ ſcripta ſunt lego, ſuccumbe veritati.*

57 Aliter alii, praxim ex aſſertis non recipere quædam teſtabuntur: horum tamèn judicium meritò refutandum putamus, nàm cujuſque Scriptoris propoſitum (non oblitis proximè dictis, & *in num.* 52.) illùc tendere debere opinior, quò ſua benè docta mens ſuaſſerit, non quid fit, ſed quid fieri debeat maturè perpendens, & optimè probans, ut magis veritas eluceſcat, & quod juſtius, & æquius fuerit, cùm mentem ſuam in praxis captivitatem nemo redigere teneatur, nèc ſi contrà faceret forsàn laudabile foret, immò deteſtabile, odio què habitum à Decio, *conſ.* 499. *col.* 4. à Coratio *de Comm. Opin.* multos allegante, *tom.* 18. *pag.* 222. *num.* 4. *in Præfat.* & à Carlev. *de Judic. lib.* 1. *t.* 1. *diſp.* 3. *num.* 20. his quippè cum aliis dolentibus, quòd DD. plerumquè non perſcrutantur rationes, & imitantur aves, quæ quando una volat, aliæ omnes ſequuntur, aut more pecudum ſe gerere, & idem cenſere Sarmient. *lib.* 1. *Selectar. cap.* 7. *num.* 4. verſ. *Tertia*, *ad fin.* poſt Corſet. *Singular.* verb. *Opinio*, Abb. *in cap. Ex literis*, verb. *Secundò nota*, qui quidem mos reprobatus eſt, 4. Eſdr. 8. *verſ.* 29. *Nequè volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: Sed reſpicias eos, qui legem tuam ſplendidè docuerunt.* Inopes enim ſequelæ Authores illos nuncupari mereri credimus, qui praxi fortè erroneæ obnoxii, contrà mentem ſuam cæcitèr, potiùs quàm veritatis veſtigia ſequentes, ſuum perimunt judicium cum veritatis prædictæ, rationis, & juſtitiæ injuria, & itèm aliorum quoque DD. qui contrà, àc melius ſcripſerunt, proùt notavimus *ſup.* ex Imp. Juſtiniano, *num.* 3. *circ. fin.* & *in Membr.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 195. *cum ſeq.* Verecundum enim eſt Scriptorem coercere, & comprimere mentem, ut ora conſtricta frænis, ex Senec. *Hipp.* 10. 18. conſentaneum potiùs rationi judicamus, minus veras opiniones extabeſcere, quantumvis praxi roboratas cum Sylveſtro, & Sabeli *ubi ſup. ex n.* 46. *ad* 51.

Quiſnam etiam fortè ſentiet preſentem materiam odio repletam eſſe, 58 univerſis què inſipidam videndam, eò, quòd continuò pugnantes in ea perſpicimus Eccleſiaſticam, & Sæcularem juriſdictionem, quòd cùm contingit, ità mœrore probos afficit, ut utinam nunquam, nèc ullo unquam caſu eveniret, quid enim optari poteſt pace melius, Philon

in lib.de Legg.ad Cajum, col. 8. hoc ipſo ſummo ſtudio curamus, àc propterea in hoc opere componendo inſudavimus, & accuratiſsimè laboravimus, non utiquè ad eum odibilem finem perquirendi ſemitas per quas prædictas juriſdictiones rixantes, cum dolore videamus, (uti cavetur in VIII. Concilio Generali, & IV. Conſtantinopolitano : *Nec ad contentioſas altercationes declinetis, ſed ſciatis potius vinci, quàm culpabilitèr vincere*, & D. Auguſt. *lib.* 2. de *Doctr. Chriſt. Cavenda eſt libido rixandi*) ſed ad illud potiùs ſalutarem effectum, ut ad nequam certamen earundem Præſides nequaquàm devenire ſint auſi, niſi conſultò, & gratis ad malum propenſior quivis ſit, & pace neglecta, àc quaſi maligno ſpiritu ſpreta dimicare velit, noſtræ veræ doctrinæ conformationem, & aſſenſum exhibere non modò renuens, ſed immò meditatò reſpuens, non ob aliam rationem, niſi quia nolit finium conſtitutionem à nobis detectam; in hoc unum omnem laborem impendimus, omnem què diligentiam adhibemus, ut fines utriuſque juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Sæcularis ex mutua ambarum poſſeſsione, dilucidè cunctis pateant, quod indubitantèr gratiſsimum futurum credimus probis, cordatis què viris, & pacis amantibus, ut conſimilibus ajebat verbis Archiepiſcopus Petrus de Marca *in Concord. Sacerd. & Imp. in Init.* nulli fermè inquiſitioni quantumvis laborioſæ parcens, immò quantum homini vigilanti, ex forenſi uſu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferri, verba Ciceronis prò Manila uſurpans.

59 Nèc mirum erit ſi quibuſdam ut prædiximus, diſcipliceat hæc finium conſtitutio, ſeu potius declaratio, & quòd à pace deviantes, in contentiones declinent, quia tametſi juris diſpoſitione nos omnes eſſe devinctos neceſſum eſt, certæ tamèn conditionis ſunt homines, qui vellent (& utiquè conantur uſquequò valent) jura vincere, jura ligare, jura in vincula, & Olympi monumentum conjicere, & ut ſummatim dicam, jura ad ſuum trahere ſenſum perverſo eorundem intellectu, ut notavit Ulp. *in l. Natura cavillationis*, 177. *de V. S.* cùm ab evidentèr veris ad evidentèr falſa diſputatio per breviſsimas mutationes perducatur, quod peſſimum mali genus agnoſcens noſter Creſp. *tractatum fecit de Fraudul. & Cavilloſ. interpret. in part.* 1. *obſerv.* 1. §. 2. nè hujuſmodi homines nos ſeducant, illos què dignoſcamus, & devitemus, ut monet Apoſtolus *ad Rom.* 16. *verſ.* 17. & 18. tantoquè odio eos habuerunt Impp. Theodoſius, & Valentinianus, ut juris infames effici voluerunt, qui vitioſis, ſeu aſtutis interpretationibus uterentur, *l.* 2. *C. de Leg* congruunt *l.* 1. §. *Noſtram* 12. & *l.* 2. §. *Hoc autem*, 21. *C. de Veter. jur. enucl.*

60 Horum igitur hominum nequitiam avertere cupientes, & quàm efficatius deſiderantes pacem, eam à quibuſque optari docuimus, rectas utpotè legales oſtendentes vias per quas progredi unuſquiſque in ſuo poſsit confinio, abſquè periculo iniendi bellum, niſi ità ſeditioſus ullus ſit, & pacis inimicus, quòd juſtam agenti cauſam obviam exeat, & neceſſariò contendere velit alium inſultando, àc ità cum offenſivis armis conſtringendo, ut ad defenſionem omni jure permiſſam corpus exhibere compellat, aut quòd juriſdictionem quam miniſtrat vituperari, aut uſurpari, alitèr vè lædi patiatur, quod equidem in inſurgente nequam eſt, & Divina ultione dignum, Pſalm. 67. *verſ.* 31. *Diſſipa gentes, quæ bella volunt*, & ab

ab inſultato diſsimulari, ignominioſum putamus, ut videre eſt *infr. num. 63.* cùm contrà fieri ſuadeat ratio naturalis, *l. Obſervare*, §. *Antequam*, *ff. de Offic. Proconſ. l. Decernimus*, *ff. de Sacroſ. Eccleſ.* Itèm conſulit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 73. *art.* 3. *in Corp. Quando hoc quidem oportet, ut contumeliam illatam repellamus. Primò, ut calumniantis audatia reprimatur.* Vide Prov. 22. *verſ.* 10. àc Villad. *c.* 5. §. 4. *num.* 18. *in trib. ultim. lineis*, cùm judicibus turpiſsimum ſit illud quod acceperunt officium, & decus, tueri, & conſervare non poſſe.

61 † Deindè præcipit Imperialis Conſtitutio Juſtinian. *in Novell.* 17. *c.* 1. *Nihil diminuens circa publicam curam requirere, nè fortè fiſcus indè minuatur, & ſalvare ei undiquè quæ propria ſunt*, & Ulp. J. C. *in l. Nec quicquam* 9. §. *Circa* 2. *ff. de Offic. Proconſ. patientem eſſe Proconſulem oportet, ſed cum ingenio, nè contemptibilis videatur*, & in *l.* 1. *ff. de Poſtul. Hunc titulum Prætor propoſuit habendæ rationis cauſa, ſuæ què dignitatis tuendæ, & decoris ſuis cauſa*, *l. Nam quod* 14. *ff. ad Trebell.* Bobadill. *lib.* 3. *Polit. cap.* 2. *num.* 15. junctis *infr.* dicendis in *Membr.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 102. quibus obtemperare Judex tenetur; tùm quia ità jurat, & aliàs in ſindicatu tenebitur, Bobad. ubi proximè cum multis; tùm etiam, quia ad legum ità præcipientium obſervationem adſtrictus eſt ex *Imp. Juſtinian.* Conſtitutione in *Novell.* 24. *cap.* 2. & latè dicemus *in Membr.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 214. & *quæſt.* 5. *num.* 4. D. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 61. quin de illis diſputare liceat, *idem ibid.* & *Membr.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 7. & *quæſt.* 6. *num.* 5. dicemus: Et cùm ità fecerit, minimè apùd Deum reus erit, quoniam qui legis authoritate facit, non peccat, niſi Divinæ legi humana contrarietur, ut docet idem D. Molin. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. nemo etenim ſub lege decipi debet, *l.* 1. *in fin. ff. de His, qui veniam ætat.* Jaſon in *l. Tranſigere*, *C. de Tranſact.* Minſing. *Cent.* 6. *obſerv.* 22. *num.* 2. Guid. Pap. *in Deciſſ. q.* 199. *in Notis*, *lit.* E. ideoquè mala fides, nèc injuſtitia eſſe poteſt ubi legis authoritas intervenit, quæ juſtificat animum rectum, & operationem Judicis illam cum recta intentione ſequentis, juxtà dict. Guid. ubi proximè. † Et ſi aggreſſus fugere non tenetur cum periculo perſonæ, vel honoris jactura, ut tenent multi apùd Ayllon, *in Addit. ad Ant. Gom. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. & apùd D. Covarr. *in Clem. Si furioſus*, §. *unic. num.* 4. *ad med.* & *num.* 5. quia fuga reddit quem viliorem, maximè cùm talis eſſet perſona, quòd fuga eſſet ei confuſio, juxtà Aufrer. *in tract. de Poteſt. Sæc. tom.* 11. *tractatuum DD. reg.* 3. *num.* 19. *fol.* 337. nàm fuga eſt quædam injuria, *l. Item apud Labeonem* 15. *ff. de Injur.* proptereà què aggreſſus vulnerans, vel occidens, pœnam non meretur de jure regio, ut videre eſt *in tom.* 2. *in Bull. Aliàs Nos*, 1. *in not. ad* §. 5. & *ad* §. 8. atquè *in Membr.* 1. *quæſt.* 3. *ex num.* 44. ità ut nèc expectare debeat quòd percutiatur, ſed prævenire poteſt moderamine ſervato, Navarr. *Conſil. lib.* 5. *de Sent. excomm. conſ.* 39. *num.* 1. & juxtà multos productos ab Ayll. *dict. tom.* 3. *c.* 3. *num.* 23. quin excommunicationem incurrat percutiens, aut occidens incontinenti & ſinè meditatione Clericum proptèr quamcumque ex ſupradictis cauſis, quibus adde propter bonorum defenſionem, *cap. Si verò*, *in* 1. & *cap. Ex tenore de Sent. excomm.* Jul. Cap. *tom.* 4. *diſcept.* 392. *num.* 4. ſicut nèc repercutiens ſtatim, & ſinè

62

ſinè deliberatione, Sylv. in verb. *Excommunicatio 6. num. 6. circ. princ.* (ſalvo vero ſenſu propoſitionum 30. & 31. damnatarum ab *Innocentio XI.*) quia defenſio Jure Naturali, Divino, & Humano licita eſt, nèc imputatur homicidium ex ea, D. Covarr. *in Clement. Si furioſus, p. 3. §. unic. num.* 1. nèc irregularis eſt ob hanc cauſam aggreſſorem ſic occidens, ſi alitèr vitam, aut quodcumque membrum defendere nequit, idem Covarr. *ibid. num.* 2. ſicut etiam nèc occidens aggreſſorem, nè injuria inferatur patri, agnato, conſanguineo, proximo, vicino, & etiàm extraneo, ità ut excommunicatus non ſit Clericum ea ratione interficiens, nèc adhuc irregularis, juxtà eund. D. Covarr. *dict. §. Unic. num.* 5. & hoc probabilius eſſe *ibid.* tenet, & vide eundem *in Reg. Peccatum, p.* 2. §. 1. *num.*7. *ante med.* verſ. *At tunc*, cùm eò tunc nihil aliud fiat, quàm vim vi reppellere, qui eſt quartus ex ſeptem caſibus in quibus percutiens Clericum, excommunicationem non incurrit, quos congeſsit Bernard. Laurent. *tom.* 11. *in Tractatibus DD. p.* 1. *num.* 7. *fol.* 328. *ad dorſ.* junctis infrà dicendis *in Membr.* 1. *quæſt.*3. *n.*48. *& in tom.*1. *in Bull.* 1.*not.ad* §.5.& latius traditis ab Aufrer. *in tract. de Poteſt. Sæc.tom.*11. *reg.* 3. *num.* 18. *fol.* 337. ubi allegat *cap. Olim*, 1. *de Reſtit. Spoliat.* nam prout dicitur in Auth.*de Æqualit. dot. circ. fin.* quod in continenti fit, ſinè ſuſpitione eſt; quòd autèm poſteà machinatum eſt, eò ipſo producit meditationem; vide etiam Calderò *deciſ.* 65. *ex num.* 68. itaquè adversùs inferentem, non modò juſta, ſed neceſſaria eſt defenſio, Adam Cortzem,*lib.*10.*Polit. cap.* 6.
63 verſ. *Hæc cauſa*, §.1. † qua via defendi poterit Judicem teneri juriſdictionis uſurpationem diſsimulare, ſui yè honoris contemptum cùm quovis caſu fuerit aggreſſus? maximè cùm prætèr ſua cujuſque natalia, honor cum juriſdictione multiplicetur, ſic ſtatuente Imp. Juſtiniano *in Novell.* 24. *cap.* 2. *& memor quantam illi dignitatis magnitudinem dederimus, ità ſe in hac re gerat*; & paulò inferiùs: *Quemadmodum enim juriſdictionis augmento ipſum honoravimus*, ad quod alluſionem facit Ulp. *in l. Obſervandum, ff. de Offic. Præſid. Summatim, ità jus reddere debet, ut authoritatem Dignitatis ingenio ſuo augeat*, cùm etiam abs dubio ſit, quòd Dignitas vituperata conſpicitur cùm eandem obtinens, fulgoribus ſibi competentibus ſpoliare permittit ipſam, Threni Hierem. *cap.* 1. *verſ.* 8. *Omnes qui glorificabant eam, ſpreverunt illam: quia viderunt ignominiam ejus*, quod dedecus ſic abhorruit Apoſtolus tametſi humillimus, ut potiùs mori quàm hujuſmodi fœdus admittere vellet, 1. ad Corinth. 9. *verſ.* 15. & S. Hylarionis firmatur exemplo, qui vitam prius ammittere maluit, quàm ſuæ Dignitatis jura, Gracian. *Diſcept. For. cap.*284. *num.* 52. Cicer. *in Orat. prò Leg. Manil. pag.* 6. *Sic vobis turpiſsimum ſit illud quod accepiſtis officium tueri, & conſervare non poſſe.*

Et ſi Rex non poteſt præjudicare Regno ſuo, D. Abreu, *Victim. Real, pag.* 301. *num.* 645. quomodo poterit ejuſdem Miniſter, & Officialis? conſequentèr nèc Civitas, quæ ut plurimum vix juriſdictionem habet, D. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. 64

Caveant autèm juriſdictionum Præſidens, nè animi ſui affectum prò juſtitiæ zelo uſurpare vellint, P. Kemp. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *Muchas veces nos mueve paſsion, y penſamos que es zelo*, nàm facilè in hoc fallimur, *ex eod. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 1. *Nueſtro ſentido à menudo nos engaña*, & juſtus Dominus cordium ſcru- 65

ſcrutator, de rebus noſtris prout ſunt in conſcientia noſtra judicabit. *Idem lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. *Mas mira Dios al corazon, que à la obra que ſe hace*; *& lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. *Dios peſa las intenciones*, & dicemus *infr. Membr.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 26. & univerſa conſpicit Dominus Deus, 2. Mach. 9. *verſ.* 5. † 12. *verſ.* 22. † 15. *verſ.* 2.

66 Satis ex prædictis colligitur, pacis potius quàm belli nos fautores eſſe, cùm illius valdè ſecurum tutumquè iter nos inveſtigaſſe notum ſit, àc proindè malitiis hominum vias claudere ſtuduiſſe, ut meritò Libellum hunc inſcribere valeamus: CONCORDIA JURISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ, & SÆCULARIS: perpenſo Plinii Junioris judicio, *lib.* 2. *Epiſt.* 6. *Primum Scriptoris officium eſſe exiſtimamus, ut titulum ſuum legat*, & quamquàm juxtà varios temporum decurſus, variè etiam ſolent homines cenſere, D. Molin. *de Primog. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 10. & dicemus *infr. Membr.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 44. nàm fortè præſenti ævo quædam prævalet opinio, quæ in præterito ſuccubuit, & è contrà, Petr. de Marc. *in Concord. Sacerd. & Imp. in Prologom. fol.* 40. *ad dorſ.* ex verbis illis: *Non me latet eandem controverſiam*, parum, aut nihil ſtudio noſtro, àc pervigili ſolicitudini hoc prodeſſe, aut officere queit, nam homines morimur, Eccli. 12. *verſ.* 5. *cum ſeqq.* 1. Paralip. 29. *verſ.* 15. Sap. 7. *verſ.* 1. † *&* 15. *verſ.* 7. Eccli. 8. *verſ.* 8. † 17. *verſ.* 29. *&* 31. immortalis autem eſt doctrinæ veritas, ſicut & juſtitia, Sap. 1. *verſ.* 15. & Sapientia, Sap. 8. *verſ.* 17. quia veritas ſemper eſt una, & eadem, & ſequenda, àc diligenda, Zach. 8. *verſ.* 19. & ſemèl verum, ſemper verum, Corat. cum multis, *de Elect. opinion. fol.* 235. *num.* 7. *tom.* 18. *in Tract. DD.* & dicemus *infr. in Membr.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 60. *&* 72. hæc invincibilis ſemper ſtat, ut probavimus *ſup. n.* 6. & videre eſt apud Cicer. *in Orat. in Vatin. & in Orat. prò Marc. Celio.* Petrus Gregor. *de Rep. lib.* 17. *cap.* 3. *num.* 8. Joann. Andr. *in cap. Damnamus, de Summ. Trinit.* Menoch. *de Præſumpt. p.* 1. *præſumpt.* 31. *num.* 4. D. Chriſoſt. *Homil.* 5. *de Laud. Pau. & Homil.* 50. *in cap.* 1. *Matth.* Simanc. *de Catholic. Inſtit. t.* 17. *num.* 4. Torres, *lib.* 4. *Philoſoph. Mor. cap.* 4. *in princip. & lib.* 1. *cap.* 9. *in fin.* Bald. *in cap. Sicut, de Probat.* Eſdr. *lib.* 3. *cap.* 3. *à verſ.* 35. *ad* 41. illos verò quotidiè deflectere videmus non tantummodò ex mundo migrantes, & à vita cadentes, ſed & quòd magis eſt, cùm illa funguntur, nàm inconſtantiæ vulnus pati ſolemus: hac de cauſa putavimus, homines, atquè tempora parere doctrinæ debere, neutris verò iſtam cedere teneri, quia non lex homini, ſed homo legi ſubditus eſt, reproductis quæ diximus *ſup. num.* 52.

Propterea quamquàm non ignoramus, quoſdam tàm nimio affectu vehi versùs Eccleſiaſticam juriſdictionem, quòd aures præbere detrectant cùm de Regia agitur, aut non niſi cum tædio (de quibus vix iliceat dicere, quòd à rebellibus non diſtant) inſufficiens tamen fuit hæc reflectio ut nos revocare faceret à tàm juſto propoſito, quo intendimus ad veram reducere concordiam utriuſque juriſdictionis Præſules; ſin verò eorundem quibuſdam malè viſum ſit; quid ad nos? Veritatem dicere profitemur; ſi ſit, qui neget, publicè contradicat (tametſi veritati nullomodò contradicendum ſit, Eccli. 4. *verſ.* 30.) ut palàm notum ſit quis à recto juris tramite diſcedit, nàm qui non liberè veritatem ipſam pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet, aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere 67

convenit, proditor eſt veritatis, Conrad. Brun. *de Sedit. tom.* 11. *in Tract. DD. C.* 13. *num.* 10. *fol.* 109. & facit Eccli. 4. *verſ.* 24. non in cubilibus propalet, coràm omnibus loquatur, (ut nos facimus Iſaiæ *exemplo* 45. *verſ.* 19. *Non in abſcondito locutus ſum*, & Joann. 7. *verſ.* 4. *Nemo quippè in occulto quid facit, & quærit ipſe in palàm eſſe*) ſi publicam diligit cauſam, reproductis quæ diximus *ſupr. num.* 23. & 24. *in fin.* nè fortè ſuæ, àc privatæ potiùs quàm publicæ conſulat utilitati contrà veram P. Kemp. doctrinam *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. *Guardate no ſeas mas preſto para lo particular, que para lo comun*, & tunc cognoſcemus, utrùm vera àn captioſa, divinatoria, cerebrina, aut imaginaria, fraudulenta, cavilloſa vè ſua ſit doctrina, àn legum, àc DD. menti verè conformis; àn itèm ſolitus ſit judicare ſecundùm publicam, àn ſecundùm privatam notitiam, aut juxtà ſuum ſenſum illum temerè legum ſanctionibus præferendo, quod utiquè contemptibile eſt, ut demonſtrabimus *in Membr.* 1. *quæſt.* 6. *per tot.* & contrà ſaniorem doctrinam P. Kemp. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. *Los Varones perfectos no creen de ligero qualquier coſa que les cuentan, porque ſaben ſer la flaqueza humana preſta al mal, y muy deleznable en las palabras*; & *num.* 2. àc Eccli. 19. *verſ.* 4. & 16.

68 Non me latet Eccleſiaſticæ juriſdictionis Dignitas, nèc quòd ſi Laicæ comparetur merita ſit illa Domini reprehenſio falſis facta Prophetis Jer. 23. *verſ.* 28. *quid paleis ad triticum?* Junctis *infr. dicendis in Membr.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 11. quamobrem abſquè inſania exiſtimari nequit gratificare nos huic velle, multo què minus iſtius Miniſtris; tale abſit facinus: unicuique reddere proteſtamur, quantùm ex nobis eſt, quod ſua intereſt, profligationi ſtudendo abſquè alterutrius diſcrimine, ſivè nocumento, cauſam publicam diligendo, cuicumque etiam providendo, ne alterius Miniſtri cauſa, alter in foveam cadat, maximè cùm invocatum fuerit auxilium, nàm ſi Judex Eccleſiaſticus injuſtè illud imploret, rationem Domino reddet ſicut & Laicus, quin iſto ſuffragetur, nèc immunem ipſum à reatu reddat Eccleſiaſtica illius Dignitas, unuſquiſque enim Judex, ſempèr quòd ſuum impendit officium, ſeriò ſcrutari tenetur quid fieri debeat, ſivè Eccleſiaſticus ſit, ſivè Laicus.

Nùnc clarius percipimus (perſpectis quæ dicta reliquimus in *num.* 69
67. *poſt med. uſq. ad fin.*) rationem proptèr quam inquiſitio fieri non debet ad preces eorum, qui ſchedulam, ſeù libellum famoſum clàm porrigunt, ut præcipitur *in cap. Inquiſitionis*, 21. §. *Tertiæ, de Accuſat.* & tenet Alteſerr. *in Decretal. pag.* 538. ità ut excommunicentur contra facientes, *ex eod. ibid.* Itèm percipimus etimon nominis, *Conſpiratores*, cùm illi ſint, qui conventicula clanculum faciunt juxtà eundem, *pag.* 537. & quarè Denunciatores inimici, & qui cum hoſtibus Denunciati converſantur, audiri non debent, *idem lib.* 5. *Decretal. tom.* 1. *pag.* 537. ubi multa jura allegat, nàm hæc omnia privatim fiunt, & privatim etiam ad nos veniunt tamètſi juriſdictione fungamur; non enim fiunt in judicio: hinc etiam eſt, quòd Confœderationes, & Ligæ præſumuntur illicitæ, & ideò regulariter prohibitæ, *cap.* 1. *de Schiſmat.* Joann. Andr. *in cap.* 2. *de V. S.* Minſing. *Cent.* 6. *obſerv.* 2. *num.* 2. Conrad. Brun. de *Sedit. tom.* 11. *in tract. DD. cap.* 14. *n.* 6. & 7. *fol.* 109. *ad dorſ.* & cum pluribus probavimus in *Manifeſt. Leg. part.* 1. §. 1. *num.* 1. *fol.* 12. & *num.* 21. *per tot. fol.* 25. *cum*

§. 2. *num.* 12. *fol.* 35. ità ut illarum Rei nullo foro gaudeant, ut dicemus *in Bull. Venerabiles Fratres* 2. *not.* 2. *ad* §. 7. nàm hoc erit vehementi aprehenſioni velut ſponſæ complacere potiùs, quàm rationi uti magiſtræ obedire, & ex animi affectu operari, quod iniquum eſſe docet P. Kemp. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *El hombre apaſsionado, aun el bien convierte en mal, y de ligero cree lo malo*; & Gracian. *tom.* 2. *Agud. y Art. de Ingen. fol.* 351. *col.* 2. *circ. princ. es la paſsion enemiga declarada de la cordura*; ſed proh dolor! Nàm ſæpiùs in hoc vitium incidi ſolet proptèr ſeditiones, quæ frequentes ſunt, fatuitas enim magna, & credulitas nimia ex ſeditione oritur, & ex partialitate deſcendit, Boer. de *Sedit. tom.* 11. *in tract. DD. præſup.* 1. *num.* 10. *fol.* 90. quippè ex malo principio, malus finis, pejor què conſequentia ſequi poteſt, *Can. Principatus, diſt.* 65. D. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. nèc æquitatis ratio (ſi fortè divinetur) iſtud ſalvare poteſt contrà jus ſcriptum, Minſing. cum aliis, *Cent* 6. *obſerv.* 63. *num.* 4.

70 Sèd eſt valdè notandum, quòd ſingularem putavit idem Gracian. hominem, qui ſuis cupiditatibus in judicando moderari ſciverit, *pag.* 361. *col.* 2. *circ. fin. Eminente es el hombre, que no ſe apriſiona con las paſsiones*, & profectò verus homo nuncupari merebitur; raiò tamèn invenitur ſi Diogenis factum credimus, quod ipſe Gracianus refert *pag.* 365. *col.* 2. verſ. *Reparo fuè*; ad quod facit illud Ezech. 22. *verſ.* 30. *Et quæſivi de eis virum:* & *non inveni*, cum 1. Mach. 10. *verſ.* 16. *Numquid inveniemus aliquem virum talem*? Difficilimum enim eſt ad hujuſmodi perfectionis culmen pervenire, quam non adipiſcitur niſi conſumatus homo, quod non minus difficile eſt, ſi fides ſit Graciano, *pag.* 369. *col.* 1. & Ciceroni 2. *de Orat.* 197. & *de Finib.* 55.

Quid autem durius, quàm quòd 71
prædictorum hominum reſpectu, gratia, aut metu, retinenda in mente ſit vera doctrina, & non ad extrà, atquè in lucem producenda, nè in delectum proiciatur, maximè ſi animadvertatur Graciani conſilium, *pag.* 374. *col.* 2. *in princ.* & *pag.* 377. *col.* 2. & quòd libellus omnibus commendationibus deſtitutus, malignitati interpretantium exponitur teſte Plinio *Epiſt.* 102. *b. lib.* 5. Fateor, quòd his reflexis non modò à me abeſt ſolatium, verùm & tota mente, atquè omnibus artubus contremiſco, ut ajebat Cicer. 1. *de Orat.* 60. toto itèm corpore, non pœnæ metu, ſed illiùs judicii, ut loquar cum Cecin. ad Cicer. *lib.* 6. 7. 9. & deindè atteſtor, quòd fœlices Artes forent ſi ſoli Artifices de eis judicarent, teſte Eraſmo, *Chiliad.* 1. *Centur.* 6. *Proverb.* 16. quamobrem Juriſconſultis in legalibus quæſtionibus ſtandum eſt, ut ſignificare voluit, Curtell. *lib.* 2. *de Priſc.* & *recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 21. *num.* 13. nam ut dicitur Eccli. 9. *verſ.* 24. *In manu artificum opera laudantur*, & unuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt, Eccli. 38. *verſ.* 35. Sed tamètſi tantummodò tractant fabrilia fabri, ut inquit D. Hieron. *in Prolog. Galeat. Sacror. Biblior.* Juriſperitiæ tamèn Occeani gurgitem multi navare conantur quamvis ad litus minimè acceſſerint, cùm tot meo videri volumina idiomate vulgari ſcripta, in cauſa ſint, quibus cum parùm informati, nequè intentati multum præſumunt volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes, nequè quæ loquuntur, nequè de quibus affirmant, proùt alio in non diſsimili caſu alloquebatur Apoſtolus 1. *ad Timoth.* 1. *verſ.* 7.

Ve-

72 Verumtamen à nobis recedant, & longè arceantur cogitationes hujuſmodi credentes, multos peritos illo præditos eſſe dono optimo quod meritò celebrat idem Gracianus *dict. tom. 2. fol. 377. col. 2. Gran felicidad es la libertad de juicio, que no la tyranizan, ni la ignorancia comun, ni la aficion eſpecial*, & Tertul. *lib. de Spect. cap. 29. Quid jucundius, quàm vera libertas? quàm conſcientia integra, quàm vita ſufficiens?* atquè item fidentes, quòd ipſi de opere iſto prout revera meruerit judicabunt, & quòd defectus plurimos, quos invenerint, charitatis officio operient, Prov. 10. *verſ. 12. univerſa delicta operit charitas.* Apoſtoli doctrina qui fulciti ſunt, 1. ad Corinth. 14. *verſ. 1. Sectamini charitatem, emulamini ſpiritualia*, & ad Coloſſ. 3. *verſ. 14.* Cæterorum autem reſpectu adſit nobis Senecæ Conſilium, *Epiſt. 66.* ut fortes ſimus adversùs fortuita, non contremiſcamus injurias, non vulnera, non egeſtatem, & P. Kemp. *lib. 1. cap. 24. num. 2.* verſ. *Aqui tiene el hombre ſufrido*, cum *cap. 22. num. 1.* verſ. *No hay hombre*, & cum dicendis *in Membr. 1. quæſt. 2. num. 65. & Membr. 2. quæſt. 9. num. 57. paulò poſt med. cum numer. 62. 63. & 71.*

73 Ad minus uni, & alteri cognoſcent animi noſtri deſiderium, & quòd ea qua potuimus claritate, & brevitate juriſdictiones utraſque concordare curavimus, atquè ità illarum Officiales, àc publicos Miniſtros conciliare fideli ad ambos dilectione ſatagimus, ut nunquam ad rixam, ſi ipſi velint deveniatur, non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed Deo auſpice, ut verbis D. Pauli partilitèr utar 2. ad Corinth. 3. *verſ. 5.* non enim audeo de me ità loqui ſicut Apoſtolus, *ibid*: *Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*, cùm hujuſmodi gradum non ſim adeptus, quamobrem negari de me ſuppoſitum poſſet in prædictis Apoſtoli verbis. Facit ad proximè dicta Eccli. 3. *verſ.* 13. Sap. 7. *verſ.* 16. Eccli. 1. *verſ.* 1. & 5. Joann. 3. *verſ.* 27. † 15. *verſ. 5. in fin.* nam ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, ad Galat. 6. *verſ.* 3. quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſursùm eſt, Jacob. 1. *verſ.* 17. & victoria, & ſapientia, & claritas, 3. Eſdr. 4. *verſ.* 59. Si igitur magnum iſtud Concordiæ negotium, Deo favente, conſequeremur, eximiam præ cæteris cunctis univerſo Monarchico Statui utilitatem fore credimus alaturam; ſed hèu nobis! & univerſis hèu! ſi ità non evenerit, nàm honor, vita, & fortunæ bona in ſimili contentione periclitantur.

Sed dicet aliquis, non rectè præſens attitulari Concordiam opus, cùm minimè ad eam reducamus contrarias àc invicem pugnantes DD. opiniones, ſed ferè ſemper Regiæ gratulemur juriſdictioni, prò hac reſolutionem feſſitando, & item DD. Eccleſiaſticæ faventes, ſeverè eventilando, atquè evitando, & ſæpenumero diſceptando, maximè cùm ſecedamus ab Imp. Juſtiniani exemplo, qui magnas Conſultorum controverſias diremit mediam viam eligendo, quod nec ullo caſu fecimus, propterea què videri, Regiæ juriſdictionis Defenſorium vocari potius deberi præſens opus, quam Concordia, nam ubi hæc eſt?

Sed non obſtat ſi ſequentia mediteutur, primò, quòd nemini, nèc ullæ juriſdictioni quantumvis præcellenti favendum eſt cum veritatis, & rationis naturalis jactura, tametſi plurimorum ſententiis in puncto controverſo prædicta juriſdictio munita ſit adeò ut nec communis contrà rationem, & ſic contrà veritatem ſit tenenda, nec contra propriæ con-

conſcientiæ judicium, cùm potius valeat, regula communi, quod eſt in veritate quàm quod eſt in opinione; quapropter, adversùs Juſtiniani exemplum ſæpenumero factum videmus à quamplurimis Legislatoribus qui mediam viam contemnentes, etiàm contrà communem opinionem ſępiùs decreverunt, ut paſsim videre eſt ſi Authores conſulimus, ſignantèr Ant. Gomecium, *ſuprà ll. Taurinas*, maximè autèm *ad l.* 40. *num.* 65. ubi tradit communem fuiſſe ſententiam, quòd poſſeſſore Regni, Ducatus, majoratus, vèl meliorationis vinculatæ decedente cum nepote nato ex filio majori præmortuo, & cum alio filio ſecundo vivo præferri debeat filius ſecundus vivus nepoti, vèl deſcendenti ex filio primogenito jam mortuo, eò quòd filius ſecundus eſt proximior in gradu, ſivè reſpiciatur ad perſonam fundatoris, ſivè ad perſonam ultimi poſſeſſoris; pro qua potenti ratione faciebant multa jura, & DD. opiniones, quæ omnia ipſe Gomecius latè affert, quibus minimè obſtantibus, D. Ferdinandus, & Domna Joanna Regina ſtatuerunt per prædictam *l.* 40. *Taur. quæ eſt* 5. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* quòd nepos patruo præferatur etiamſi majoratus deferatur à teſtatore primogeniis, & majoribus natu; & han eſſe rationem docuit idem Gom. *& innuit dict. l.* nempè ob repræſentationem, quia nepos locum patris primogeniti obtinet, & patruo quamvis natu majori, & teſtatori, ſeu poſſeſſori proximiori præfertur, allegans D. Covarr. *in cap. ult. PP. QQ. n.*7. *in fin.*

Secundò, quòd mediam viam eligere adverſante ratione, ſic què veritate, præterquam quòd illicet, non eſt ſolvere difficultatem à DD. exiſtimatam, ſed ſecare, non item eſt jus reddere illi cui competit, ſed potius adimere, ſi non in totum, adminus partilitèr, nec ità judicare unquam licet publico Officiali, ſed utriuſque partis rationibus, & fundamentis libratis decernere tenetur in animæ judicio prò gravioribus, & præponderantibus, aliàs tranſigeret Judex in jure partium adverſante juris benè nota prohibitione: cæterùm ſi juris quæſtio difficilima ſit, & ſummè dubia, Princeps conſulendus eſt, nèc cuique licet, etiàm Supremo Conſilio in tali caſu jus dicere, *l.* 1. *l.* 9. *& l. fin. C. de Legg. l.* 1. *Taur. circ. fin.* ex verſ. *Y mandamos, que quando quier que alguna duda*, vide dicenda *infr. in Membr.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 8. & ſi Princeps mediam viam elegerit, cùm ita fieri deberi crediderit, rectè, & quod poteſt faciet, quia eſt lex animata ipſe, Gom. cum mult. Jur. *in l.*40. *Taur. num.*54. verſ. *Octavus modus.* Nonnè eſt lex animata quivis Scriptor, aut Author?

His benè intellectis cognoſcens nos non egiſſe de conciliandis, aut concordandis contrariis DD. opinionibus, cùm hoc illiceat niſi vera ratio, ſicquè ipſa veritas ita exigeret, & obteſtamur dumtaxàt curaſſe de inquiſitione veritatis, ſicquè de Concordia Præſulum juriſdictionis utriuſque per ejuſdem veritatis oſtentionem, eventilatis nebulis eandem operientibus, unicè perpendentes in quavis controverſia, aut quæſtione, ubi ſit veritas prout eſt in ſe, non quid dixerit hic, vèl ille Author, & multò minus, àn prò Eccleſiaſtica juriſdictione, àn prò Regia dixerit, hoc etenim deteſtabile eſſet facinus: ergo ſi ita fœlix fuero quòd communitèr arbitretur veras noſtras eſſe ſententias, & verè conformes ſint Eccleſiaſticæ, & Regiæ juriſdictionis Miniſtri, jure dicere Concordiam opus quibo, ſed ex nunc quoque, ni fallor, valeo, cùm quantùm ex conamine meo eſt nihil aliud intendo, quàm veritatem inquirere in utriuſque juriſdictionis controverſiis,

ſiis, eaſdem amicas facere, ſivè earundem Officiales, ad veritatis cognitionem hos perducere, ſicquè ad concordiam: ergò Concordia præſens opus eſt, nam propter quod unumquodque eſt tale, & illud magis.

Nec Regiæ juriſdictioni gratulamur tametſi pro ea reſolvimus, quod conſiſtit in eo quòd eas quæſtiones diſceptandas conſultò propoſimus in quibus quamquàm Regalis juriſdictio fundatum habet jus ſuum, reluctant Eccleſiaſtici Judices: ergò ſi ipſos ſedaverimus, ſarritis diſcordiis hac de cauſa quotidiè in foro emergentibus, verè Condia præſens erit opus.

74 Aliquantulum prolixi fuimus in Præfatione iſta, quam fecimus obtemperantes Caij J. C. præcepto *in l. 1. ff. de Orig. Jur. Deinde ſi in foro cauſas dicentibus nefas, ut ità dixerim videtur eſſe nulla præfatione facta Judici rem exponere, quantò magis interpretationem promittentibus inconveniens erit*:: *namque, ni fallor iſtæ præfationes, & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt*, præterquàm quòd ſcribentium mos eſt, ut cum innumeris utriuſque juris locis probat Hieron. Buccaron *in Præmiſſ. ad Tract. de Different. inter Judic. Civil. & Crim. Membr. 1. & 2.* Maſcard. *de Probat. tom. 1. in Præfat. num. 3. & ſeqq.* quamquàm Cajus, neque DD. prædicti prolixitatem conſuluere; deſiderium autèm præoccupandi objectiones quas hucuſque retulimus, in cauſa fuit, ut unuſquiſque intelligat nos metipſos judicari voluiſſe antequam ab aliis judicaremur Apoſtoli inſequendo monitum 1. ad Corinth. 11. *verſ.* 31. *Quòd ſi nos metipſos judicaremus, non utique judicaremur*, 4. Eſdr. 4. *verſ.* 20. *& quarè non judicaſti tibi metipſi?* cùm foricula quædam calumniæ malignitati ſatis ſit: † alio versùm porro hæc 75
omnia fruſtrà narraſſe arbitramur, & in caſum caviſſe ſi Quintiali judicium inſequi non veremur dùm *lib. 5. Inſtit. Orat. cap.* 13. ſequentia docuit. *Alii diligentia lapſi verbis etiam, vèl ſententiolis omnibus, reſpondendum putant, quod eſt, infinitum, & ſupervacuum.* Cæterùm Apoſtolum conſtat objectionem, ſuam adversùs Epiſtolam de Reſurrectionis myſterio caviſſe quandam, & præoccupaſſe 1. ad Corinth. 15. *verſ.* 35. *Sed dicet aliquis*: & D. Jacob. dùm doceret, quòd fides ſine operibus mortua eſt, 2. *verſ.* 18. *Sed dicet aliquis* junctis quæ docet Medin. à Lelio, *Goviern. mor. diſc. 2. pag.* 21. *Con el entendido, ahorra muchas palabras la verdad; con el ignorante, todas las razones ſe gaſtan*: & *diſc. 9. pag.* 151. *Rezelar en lo contingente es providencia*:: *en lo preciſo, la diligencia canſa, y no ſe eſcuſa.* Idcircò, tametſi ſatis mi multa verba feciſſe videor, indulgentiam de te tamèn non malè meritum me fuiſſe reor.

Noſcimus etiam aliquoties à 76
propoſito fuiſſe diverſos, & nonnumquam aſſultaſſe; àt hujuſmodi objectionis confutationem appoſuimus *infr. Membr. 1. quæſt. 2. numer.* 86. *poſt med.* Multa, quæ nobis deſunt, egregiis abundè DD. Cenſoribus adſunt, quorum nitore tuti, & nos ipſi, finem facimus ſermonis.

EXPLANATIO

TEXT. IN CAP. I. TIT. DE OFFIC. JUD. Ordin. 31. lib. I. Decretal.

PRIMUM MEMBRUM.

EX INITIO.

SUMMARIUM.

1 EXpenditur litera text. in cap. 1. de Offic. Jud. Ordin. num. 1.

Propoſitum noſtrum quale fuerit ad hoc opus efficiendum? ibid.

2 *Regulæ juris hypothæſi carent*, n. 2.

Caſus noſ. text. refertur, ibid.

Epiſcopi habent poteſtatem inquirendi crimina, & puniendi criminoſos, ibid.

Epiſcopi ſi neceſſe habuerint, Sæculare brachium invocare poſſunt ſine impedimento alicujus.

3 *Cùm materia appetit diviſionem non eſt omittenda*, num. 3.

Noſtri text. litera, duo membra continet, ibid.

4 *Erroneus verborum intellectus ſemper vitandus*, num. 4.

Libera poteſtas in præſ. text. *pro libero arbitrio capi non debet*, ibid. & num. 5. in fin.

5 *Poteſtatis nomen multas acceptiones habet; & quomodo intelligatur in* noſ. text. num. 5.

Poteſtas Mariti in uxorem, Patris in filium, & aliæ recenſitæ, domeſticæ, & privatæ ſunt non publicæ, neque contentioſæ, ibid.

Poteſtas de qua in præſ. text. *eſt merum imperium, quo in facinoroſos animadvertitur*, ibid.

Quarè in h. text. *dicatur Epiſcopos liberam poteſtatem habere?* ibid.

6 *Libertatis definitio traditur*, num. 6.

Libertas debet eſſe legibus ſubnixa, ibid.

Non poſſumus niſi quod de jure poſſumus, ibid.

7 *Non licent quæ jura vetant, aut boni mores*, num. 7.

Limitationes propoſitæ, veram libertatem non lædunt, ibid.

Qui ſub legibus vivunt, liberi ſunt, ibid.

Ideo legum ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſsimus, ibid.

Leges factæ ſunt, ut humana coerceatur audatia, ibid.

8 *Sceleris definitio refertur; & qualiter in noſ. text.* num. 8.

Epiſcopus poteſt adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & judicare, ibid.

Adulterium, mixti fori delictum eſt, ibid.

9 *Quot ſint delictorum genera, ut in* text. num. 9.

10 *Epiſcopus eſt Judex Ordinarius totius Diœceſis*, n. 10.

TO-

TOTIUS MATERIÆ INITIUM.

1 SElectiorem præ cæteris *in capit. Pernitioſam* textum recogitavi, & effodi, ad deambulandum pèr ampliſsimos juriſdictionum terminos, eorundem què finium regundorum cauſa, ut debita cuique conſtituta menſura, promiſcuè fraternicent Eccleſiaſtica, & Sæcularis juriſdictio, atquè in perpetuum ſtabilita maneat ambarum concordia, adeoquè lubens optavi illum præ omnibus exornare, quem properans enodare, ſic in Antiquis *de Offic. Jud. Ord. càp.* 1. ejus litera continetur: *Pernitioſam*, & *infra. Habeant igitur Epiſcopi ſingularum Urbium in ſuis Diœceſibus liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & judicare, ſecundùm quod Canones cenſent, abſquè impedimento alicujus. Et cùm opus fuerit, publicum convocent auxilium: non ad præjudicandum, ſed potius ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum.*

2 Quod quidem caput fuit deductum ex Synodo *Joannis* Papæ, & cùm ad regulam, atquè doctrinam pertineat, hypotheſim eformare omittens, caſus eſt, ſivè in eo contentum, quòd ſcilicèt *Joannes* Papa in ſua Synodo ſtatuit, quòd Epiſcopi ſingularum Civitatum habeant poteſtatem inquirendi crimina, & puniendi criminoſos, ſecundùm quod Canones cenſent, ſinè impedimento alicujus: & ſi opus fuerit, brachium invocent Sæculare, ità tamèn quòd per hoc, nullum præjudicium fiat Epiſcopis, ut hoc ipſo jus ſibi adquirant.

3 Sic caſu propoſito notum eſt *noſ. text.* duo Membra continere, quorum ſeorſim agemus. Ad veram igitur hujus Capitis intelligentiam ſinè errore percipiendam, ejuſdem oportet diſcutere verba, eiſque ſenſum reddere debitum. Itidèm quamplures exagitare quæſtiones, quæ ſtatim ſe offerunt non parùm utiles ad forenſem uſum, cætera prætermittendo quæ prolixitati magis quàm fructui abs dubio adherent.

4 Verba ergo illa: *Liberam poteſtatem*, cernimus præjudicare poſſe quibuſdam caſibus, ſi malè accipiantur, & ad placitum executoris Canonis hujus prò libero arbitrio accommodentur, & extorqueantur; & cùm libertas appellet ſuprà poteſtatem, quæramus de hac primùm.

5 Variè accipitur poteſtatis nomen, ut tradit Molin. *tract.* 5. *de Juſt. & Jur. diſt.* 2. *num.* 1. Pratejus *in Lexic. jurid. lit.* P. & Miñan. *Baſsis Pontif. juriſd. pag.* 2. *ex num.* 4. *ad* 21. nam referri poteſt ad eam, quam habet Maritus in uxorem, Pater in filium, Tutor in pupilum, Magiſter in Diſcipulum, Dominus in ſervum, &c. Verùm cùm hæ poteſtatis ſpecies ad æconomicam magis, ſeu potiùs domeſticam, & privatam, quàm ad publicam gubernationem ſpectent, ut docet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 58. *art.* 7. *ad* 2. & 3. & Laiman, *in Conſil. Canon. de Juriſd. ordin. concl.* 1. perſpicuum eſt de iſta, & non de illa noſtrum textum accipi deberi, in quo ſenſu loquuntur *text. in l.* 215. *ff. de V. S. l.* 13. *ff. de Juriſd. l.* 3. *ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. l.* 1. *ff. Ad leg. Jul. Majeſt.* & Ulp. *in l.* 3. *de Juriſd. omn. Jud.* ait poteſta-

tem

tem appellari merum imperium, quo in facinoroſos animadvertimus, quam poteſtatem cùm habeat Epiſcopus abſolutam, & omnimodam, ideò dicitur in noſtro textu, quòd habeant liberam poteſtatem; minimè verò de libero arbitrio tenendam
6 cenſeo † nam utcumquè libertas abſolutè ſumpta ſit, *naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet*, ut definivit Florentinus *in l. Libertas, ff. de Stat. homin.* §. 1. *Inſtit. de Jur. perſon.* & innuitur Tob. 1. *verſ.* 14. *Habens libertatem quæcumque facere voluiſſet*; eſt tamèn legibus ſubnixa, & canunt ſequentia verba in locis citatis: *Niſi quid, vi, aut jure prohibeatur*, quia non poſſumus niſi quod de jure poſſumus, *l. Quæro*, §. *Inter locatorem*, *ff. Locat. l. Nepos proculdubio*, *de V. S. cap. Cauſam quæ*, *de Reſcript. cap. Cùm dilectus*, *de Conſuet.* Stephan. Gracian. *Marchiæ deciſ.* 13. *num.* 34. Surd. *conſ.* 203. *num.* 44. D. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 31. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 283. *num.* 5. D. Salgad. *de Retent. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 13. *& ſeqq.* Anton. Sabel. *in Summ. diverſor. tract. tom.* 1. *in Diſcurſ. num.* 117.

7 Ideò facere non poſſe dicimur ea, quæ negat natura, vèl lex, vèl pietas, vèl exiſtimatio, vèl verecundia, vèl honeſtas publica, *l. Filius qui*, *l. Si quis inſtitutus*, *ff. de Condit. inſtit.* & hæ limitationes minimè lædunt libertatem, Donell. *lib.* 2. *Comment. cap.* 9. immò, qui ſub legibus vivunt, liberi ſunt. Mirè Plutarch. *in Inſtit. lib. de Audit.* Cicer. *prò Cluentio*: *Ideo legum ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſsimus*; leges namquè factæ ſunt, ut liberi eſſe poſsimus, cùm humana coerceatur audatia, *Can.* 1. *diſt.* 4. *l.* 2. *ff. de Legg.* Dartiſius *Oper. Canon. part.* 1. *col.* 2. *lit.* C. *pag.* 6.

8 Sequitur in noſt. text. *adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & judicare*: Ponit exemplum delictorum mixti fori, quale eſt adulterium, Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 37. Curtell. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert.* cum aliis ab his productis, *lib.* 2. *quæſt.* 87. *num.* 1. àc latius videre eſt *in Memb.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 2. & quamvis ſcelus nomen ſit quoddam genus ſupremum omnia intrà ſe delicta continens, cùm ſit *ingens depravatio, & fœditas turpificati animi*, proùt innuere voluit Martianus *in l.* 3. *ff. de Bon. eor. qui ant. ſent. mort.* & in *l.* 5. *ff. Quod met. cauſ.* nullus dubitavit verbum illud reſtringi deberi ad merè Eccleſiaſtica delicta; aut ad mixta, *cap. Cùm ſit* 8. *cap. Ex tenore* 11. *de For. compet.* Gloſ. *in cap. Cauſam quæ, qui filii ſint legit.* Bald. *in l. Repetita*, *num.* 4. *C. de Epiſc. & Cler.* Aufrer. *in Clement.* 1. *num.* 23. *in fin. cum ſeqq. de Offic. Ordin.* Avil. *in cap. Prætor.* 20. verb. *Uſurpan.* D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 31. Paz *in Prax. tom.* 2. *prælud.* 1. *n.* 4. Azeved. *in l.* 3. *num.* 1. *tom.* 1. *lib.* 4. *Recop.* Seſſe de *Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 9. §. 3. *num.* 18.

Ex quo cognoſces tripartitum 9
eſſe (proùt ad noſtrum propoſitum) delictorum genus, ut docet Pereyr. *part.* 2. de *Man. Reg. cap.* 56. Vela *in noſ. text. num.* 17. quos ſequitur Gonz. *in præſ. text. num.* 8. idèm tenet Joann. Fileſac. & Vivian. & ſequitur itèm P. Pirhing. Societ. Jeſu, *in Jus Canon. ad noſ. text. ſect.* 3. §. 3. *num.* 46. 47. *&* 56. & latius videre eſt *h. m. quæſt.* 3. *n.* 27. † Prædictam autem poteſtatem ideò
Epiſcopus habet, quia eſt Judex 10
Ordinarius totius Diœceſis, *cap. Cùm Epiſcopus* 7. *h. tit. in* 6. confirmat *Gloſ. noſ. text.* in verb.

Secundùm quod Canones cenſent. num. 50.

QUÆSTIONIS PRIMÆ.

SUMMARIUM.

1 *EPiſcoporum poteſtas, cujus Juris ſit Divini, àn humani?* num. 1.

Epiſcoporum poteſtas immediatè conceſſa fuit à Chriſto Domino, ſub num. 1. *Contra verò,* ibid. *in verſ.* Verumtamen, & nn. ſeqq.

2 *Omnis juriſdictio in genere, ſeu in abſtracto, à Chriſto Domino provenit, & inſtituta ab ipſo eſt,* num. 2.

Juriſdictionem Spiritualem Chriſtus Dominus Petro, cæteris què Apoſtolis conceſsit, ibid.

Juriſdictionem Temporalem Chriſtus Dominus Regibus, Judicibus què conceſsit, ibid.

3 *Quædam proponitur objectio, & ſolvitur,* num. 3.

Eccleſiaſtica poteſtas nullo unquam caſu Regalis vocata reperitur, ibid.

4 *Non eſt poteſtas niſi à Deo,* n.4.

Superioribus obtemperare tenentur inferiores etiam in foro animæ, & etiamſi Civiles Magiſtratus ſint, ibid.

Eccleſiaſtica poteſtas, ſivè Sacerdotium, Divinis miniſtrat, Sæcularis, ſivè Imperium, humanis præſidet, ibid.

Tàm Eccleſiaſtica poteſtas, quàm Sæcularis, tàm Divina, quàm Humana ex uno, eodemque principio, ſcilicet, ex uno ſolo vero Deo procedunt, ibid.

Politica poteſtas, etiam tyranica, à Deo eſt, ibid.

Poteſtas legitima, & poteſtas tyranica quomodo differant quoad proceſsionem à Deo? ibid.

Chriſtiani non poſſunt tyranis juſtè indicere bellum ob hoc ſolum quòd infideles ſunt, ibid.

Occulta Dei providentia infideles tolerantur, àc Regna, & Principatus Jure Humano ipſi poſſident, ibid.

Omnis poteſtas terræ in manu Dei eſt, ibid.

Deus in unamquamque gentem præpoſuit Rectorum, ibid.

5 *Spiritualis poteſtas in concreto, ſicut & Temporalis, non eſt immediatè accepta à Chriſto Domino, ſed à Pontifice, vèl Rege,* n.5.

Si à Chriſto Domino immediatè acciperent Epiſcopi poteſtatem juriſdictionis, non poſſet eam auferre, minuere, nequè mutare Summus Pontifex, ut aufert, & minuit; & quando? ibid.

Poteſtas Sacramentalis, ſeu Ordinis auferri nequit à Papa; & quarè tàm variè? ibid.

6 *Pontifex per ſe, vèl per alios, Epiſcopos creat, deſignat, eligit, & inſtituit, transfert, & deponit,* n.6.

Ordinatus etiam à non proprio Epiſcopo characterem, ordinem què Sacramentalem recipit, ibid.

Ordinatus à non ſuo Ordinario Epiſcopo, actus omnes ordinis validè exercet, quamvis illicitè, bid.

Clericus degradatus, characterem retinet, ſed non Ordinis executionem, ibid.

Epiſcopus per ſe ſolus auget, & reſtringit ſubditorum poteſtatem, & Ordines confert, ibid.

Peteſtas ordinis, à Deo eſt, ibid.

7. *Epiſcopi poteſtatem juriſdictionis à Pontifice immediatè accipiunt, ſicut Apoſtoli à Petro eorum Principe, & Capite illam receperunt,* num. 7.

Petrus à Deo ipſo poteſtatem im-

immediatè accepit, ibid.

Deus Petro dedit præcellentem ſuper omnes alios Apoſtolos poteſtatem, qualis nulli horum data fuit, ibid.

Apoſtolorum poteſtas à Petro derivatur, ibid.

Quidam cenſent Apoſtolorum poteſtatem perſonalem fuiſſe, ibid.

8 *Quarè prolixi fuerimus in tranſcribendo ad literam DD. ſententias?* num. 8.

9 *Deus loquutus fuit Petro ſingularitèr, & ſeparatim, ſed aliis Apoſtolis conjunctim, & generalitèr, & voluit ut horum poteſtas ſummiſſa eſſet Petro*, n. 9.

Deus ſpecialitèr oravit pro fide Petri, ibid.

Deus fecit unum ovile, & Paſtorem unum, ibid.

Papa fuit aſſumptus in plenitudinem poteſtatis, ſed Apoſtoli in partem ſolicitudinis, ibid.

Deus fecit Apoſtolos pares reſpectu conſecrationis, & ordinis, non reſpectu juriſdictionis, quæ præcellens fuit in Petro, ibid.

10 *Epiſcoporum juriſdictio à Chriſto fuit inſtituta, ſed à Papa tanquam illius Vicario, in illos derivata*, num. 10.

Pontifex jure tollere, minuere, reſtringere, & variarè poteſt Epiſcoporum poteſtatem, ſed nulla humana creatura hæc facere queit in Pontificis juriſdictione, ibid.

11 *Epiſcopalis juriſdictio in particulari, ſivè in concreto, non eſt de Jure Divino*, num. 11.

Epiſcopalis juriſdictio, à Summo Pontifice immediatè conceditur, ſicut ipſum munus Epiſcopale, ibid.

Pontifex extendere, vèl limitare poteſt Epiſcoporum juriſdictionem tamquam ab eo dependentem, ibid.

12 *Poteſtas immediatè haberi ab aliquo poteſt duplicitèr; & qualis ſit uterque modus? Et de quo in* h. q.? num. 12.

Omnis, & qualiſcumque poteſtas tàm Pontificis, quàm quorumcumque Prælatorum à Chriſto Domino immediatè provenit immediatione virtutis, ibid.

Solus Petrus immediatè ſuſcepit à Chriſto immediatione ex parte ſuppoſitorum agentium poteſtatem juriſdictionis, ibid.

Omnium Prælatorum Eccleſiæ poteſtas, regularitèr, & de jure pendet à Romano Pontifice, ibid.

13 *Ad abſolutionem peccatorum duplex requiritur poteſtas, ordinis nempè, & juriſdictionis*, n. 13.

Poteſtas ordinis æqualis eſt in omnibus Sacerdotibus, non verò poteſtas juriſdictionis, ibid.

Inter Apoſtolos diſcretio fuit poteſtatis, ibid.

14 *S. Thomas inter DD. de hac materia loquentes magis rationabilitèr, & magis conformitèr ad dicta SS. PP. & magis conſonantèr ad pietatem fidei loqui videtur*, num. 14.

Tota poteſtas aliorum Prælatorum de lege communi derivatur à Papa, ibid.

Chriſtus Eccleſiam fundavit ſuper ſolum Petrum, & poteſtatis originem ab iſto uno ſolo incipientem diſpoſuit, ut Eccleſiæ unitatem manifeſtaret, ibid.

Petrus immediatè ſuſcepit à Chriſto poteſtatem juriſdictionis; alii verò Apoſtoli mediante Petro, ibid.

15 *Quilibet fidelis tenetur credere unam eſſe Sanctam Eccleſiam Catholicam*, num. 15.

Ad unitatem Eccleſiæ requiritur quòd poteſtas juriſdictionis omnium Prælatorum derivetur à Romano Pontifice, ibid.

Non ſolùm Primatui Apoſtolicæ Sedis, ſed etiam unitati univer-

verſalis Eccleſiæ præjudicare videtur quicumque negaverit quòd poteſtas juriſdictionis inferiorum Prælatorum in Eccleſia immediatè dependet à Romano Pontifice, ibid.

16 *Invectiva fit adversùs obtrectatores ſi qui contrà noſtram fuerint ſententiam*, num. 16.

Magiſtrorum vox audiri debet, & aures ad ipſorum doctrinam inclinandæ, ibid.

Meliores DD. abs verecundia ſequi debent, ibid.

Errare neceſſum eſt qui quod ipſe facere neſcit, alteri non committit ut faciat, ibid.

Quilibet fugere debet nimium ſui ipſius amorem, ibid.

17 *Ipſa rerum cognitio ſatis eſt æquo Judici ad veritatis declarationem*, num. 17.

Duæ ſunt occaſiones loquendi; & quæ? ibid.

Silentium fallere conſuevit prudentes, Populum, & Provincias, ibid.

Qui majoribus non crediderit, nèc minoribus fidem faciet, ibid.

QUÆSTIO PRIMA.

UTRUM EPISCOPORUM JURISDICTIO ſit Juris Divini, an Humani.

UT quæſtionis hujus veram reſolutionem eliciamus, & omni rejecto dubio veritatem reſolutivè attingamus, radicitus, àc funditus ſcrutari convenit, un-
1 dè hæc Epiſcoporum poteſtas provenerit, aut à quo acceperint; & reperimus deciſſum à Gonz. Tell. *in Jus Canon. ad noſ. text. h. t. n. 6.* ubi defendit eſſe immediatè conceſſam à Chriſto Domino conjunctam cum poteſtate ordinis, & prò ſe allegat *P. Suar. Cajet. Canum*, & *Cæſar.* Ejuſdem ſententiæ refert alios P. Pirhing. *in Jus Canon. h. t.* videlicèt Sotum, & alios apud Azor *p. 2. Inſtit. Moral. lib. 3. cap. 30. quæſt.* 13. & eorum tradit fundamenta. Verumtamen ipſe Pirhing. contrariam tenet hoc *noſ. tit. & text. ſect. 3. §. 1. num. 39.* aſſerens veriſsimam, & communem eſſe Theologorum, & Canoniſtarum, cui ratione compulſus, & gravibus ductus fundamentis libentèr adhæreo. Refert pro ſua ſententia ubi proximè, *dict. num. 39.* & melius *in num. 36.* Turrecrem. *in cap. 1. diſt. 22.* Azor *ubi ſupr.* Molin. *tract. 4. de Juſt. & Jur. diſt. 4. num. 1. & 2.* D. Barboſ. *part. 1. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. cap. 1. num. 18. 29. & 30. & cap. 31. numer. 15.* quibus addimus D. Covarrub. *in Reg. Peccatum, p. 2. §. 9. num. 5.* verſ. *Quartò ratione*, àc *num. 6.* verſ. *Qua in re, in princ.* cum aliis ab eis relatis.

Inter fundamenta à P. Pirhingio producta, duo maximè urgent, 2
nempè quòd quamvis juriſdictio omnis, tàm Spiritualis, quàm Temporalis à Chriſto Domino proveniat in abſtracto, & ab eo ſit inſtituta in genere, ut de illa probatur Joann. 21. *verſ. 15. & 16. Paſce agnos meos*, & *verſ. 17. Paſce oves meas.* Matth. *16. verſ. 19. Quodcumque li-*

ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis. Act. Apoſt. 20. *verſ.* 28. *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus vos poſſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Can. *Novo*, 21. *diſt.* Can. *Quodcumque*, 24. *quæſt.* 1. *cap. Novit*, *de Judic.* Concil. Conſtanc. *ſeſſ.* 8. & 15. & de iſta, ſcilicèt, de Temporali probatur 2. Reg. 5. *verſ.* 2. *dixit autem Dominus ad te* (nempè ad David) *Tu paſces populum meum Iſraël, & tu eris Dux ſuper Iſraël.* Ezech. 34. *verſ.* 23. † 37. *verſ.* 24. & 25. *Et ſervus meus David Rex ſuper eos, & paſtor unus erit omnium: : & David ſervus meus Princeps eorum in perpetuum.* Atquè in *Rubr.* Capitis: *Qui ſub uno Rege, àc Paſtore David.* 1. Paral. 11. *verſ.* 2. † & 17. *verſ.* 7. *Ego tuli te: : ut eſſes Dux populi mei Iſraël*, cum *verſ.* 10. ubi idem de Judicum poteſtate probatur, eò quòd Dominus illos conſtituerit, *dict. verſ.* 10. *Dedi Judices Populo meo Iſraël.* Joann. 19. *verſ.* 11. *Non haberes poteſtatem adversùm me ullam niſi tibi datum eſſet deſuper.* Prov. 8. *verſ.* 15. *Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt.* Et verſ. ſeq. *Per me Principes imperant, & Potentes decernunt juſtitiam.* 1. Petr. 2. *verſ.* 13. *Subjecti igitur eſtote: : propter Deum: ſivè Regi, quaſi præcellenti*; & verſ. 14. *Sivè Ducibus, tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* 2. Paral. 19. *verſ.* 6. *Et præcipiens Judicibus, videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini.* Pſalm. 84. *verſ.* 12. *Et injuſtitia de Cœlo proſpexit.* Ad Rom. 13. *verſ.* 1. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Et verſ. 2. *Itaquè qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi damnationem acquirunt*: verſ. 3. *Nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.*

3 Sed dicet aliquis, textus iſtos intelligendos eſſe de Principibus, & Judicibus Eccleſiaſticis, non de Sæcularibus; àt abſquè ratione, nàm primùm, quibuſdam in locis loquitur Dominus de Rege, quo nomine nunquam vocata reperitur Eccleſiaſtica poteſtas. Itèm manifeſtè reſiſtunt aperta textuum verba. Deindè, quia hoc eſſet negare, quod Divina Scriptura clare teſtatur, ad Rom. 13. *dict. verſ.* 1. *Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt.* Et quantùm ad Sæcularem poteſtatem in ſpecie maximè notanda eſt dicti Capitis Rubrica: *Hortatur, ut Superioribus obtemperent inferiores, etiàm proptèr conſcientiam, quamquàm civilem tantùm gerant magiſtratum.* Aſsignet nobis, precor, qui hæc tergiverſare voluerit, quo in loco quævis ex poteſtate Eccleſiaſtica, Civilis Magiſtratus appellatur.

4 Negari igitur abſquè temeritate nequit, quòd omnis poteſtas, nulla dempta, à Deo eſt; ut expreſsè dixit Paulus ubi proximè, & probatur ex Can. *Siquidem* 11. *diſt.* 96. àc agnovit Imp. in Auth. *Maxima quidem*, 6. *tit. Quomodo oporteat Epiſcop.* 6. *Collat.* 1. *Sacerdotium, & Imperium, & illud quidem Divinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, àc diligentiam exhibens, ex uno, eodemquè principio utraque procedentia humanam exornant vitam*, & tenent Petr. Maria Paſſerinus, Ordin. Prædicator. *in Decretal. capit.* 2. *num.* 15. *pag.* 329. Sylveſt. *in Summ.* verb. *Obedientia*, *num.* 10. verſ. *Tertium*, Cortell. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 41. & *quæſt.* 126. *per tot.* Dartiſ. *Oper. Canon. p.* 2.

pag. 206. *col.* 1. *lit.* D. & *ſeqq.* & dicemus *infr. quæſt.* 2. *h. Membr. num.* 73. & *ſeq.* Corvin. ad Imper. Juſtinian. *tit.* 14. *de Magiſtrat. polit.* cum *duob. tit. ſeqq. ex pag.* 153. *uſq.* ad 163. ubi cum innumeris Sacræ Paginæ locis docet, quòd Politica poteſtas à Deo eſt, etiam tyranica; cum hac tamèn differentia, quòd legitima poteſtas à Deo eſt ſic jubente, & ordinante; tyranica verò, ipſo permittente, & de utraque dicitur ad Rom. 13. *dict. verſ.* 1. *Non eſt poteſtas niſi à Deo*, ut teſtatur D. Auguſtin. *Epiſt.* 48. & 50. Conrad. Brun. *de Sedit. tom.* 11. *tract. DD. cap.* 8. *num. 6. pag.* 106. *in dorſ. col.* 2. *in fin.* & faciunt quæ tradit D. Covarr. *tom.* 1. *in* 4. *lib. Decretal. part.* 2. §. 4. *num.* 6. *in fin.* & latius *in Reg. Peccatum, part.* 2. §. 10. *num.* 1. *verſ. Nihilominus, & num.* 2. àc 4. paulò poſt *princip.* ex verbis: *Hæc verò non eſt*, cum *num.* 5. *circ. princ.* ibi: *Hæc verò ſi quis penſitet*, ubi defendit, bellum à Chriſtianis juſtè indici non poſſe infidelibus òb hoc ſolùm quòd infideles ſunt, cùm Regna, & Principatus Jure Humano poſsideant, & occulta Dei providentia tolerentur, nàm in manu Dei eſt omnis poteſtas terræ, Eccli. 10. *verſ.* 4. & facit *cap.* 11. *à verſ.* 4. *ad* 6. & in unamquamque gentem præpoſuit rectorem, Eccli. 17. *verſ.* 14. ad Rom. 13. *verſ.* 1. vide eund. Covarr. *in dict. Reg. Peccatum, part.* 2. §. 9. *num.* 5. verſ. *Alter autem*, cum verſ. *ſeq.*

5 Si tamèn in concreto conſideretur Spiritualis poteſtas, & prout determinata ad hunc, vèl illum particularem Epiſcopum, vèl Magiſtratum, quibus reſpectivè unaquæque confertur, non erit immediatè accepta à Chriſto Domino, ſed à Pontifice Summo, vèl Rege qui huic, vèl illi particulari conferunt, aliàs ſi immediatè à Domino acciperent, non poſſet ab Eccleſia, vèl Romano Pontifice Chriſti Vicario auferri, ut aufert Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, depoſito, vèl degradato, Hæretico, vel Schiſmatico, ſicut auferri nequit poteſtas Sacramentalis, ſeu Ordinis, quia iſta immediatè accipitur à Deo, non autèm illa, ut mirabilitèr docet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 39. *art.* 3. & acutè explicàt P. Pirhing. *ſect.* 3. §. 1. *num.* 40. *h. t. de Offic. Jud. Ordin.* in verſ. *Ubi notandum eſt.*

Non nos movet Pirhingii ratio 6
alia quam allegat, ſcilicèt, quòd Summus Pontifex per ſe ſolus, vèl per alios ſua authoritate, & conſenſu Epiſcopos creat, deſignat, eligit, inſtituit, transfert, & deponit, ſeu amovet, & eorum poteſtatem auget, vèl reſtringit, & hoc dicit eſſe evidens ſignum Epiſcopos omnes juriſdictionem proximè accipere, & obtinere à Papa, & allegat Azor. & D. Barboſ. in locis in principio relatis, iſtum què *in num.* 27. *cap.* 1. *part.* 1. *de Poteſt. Epiſc.* Non enim nobis placet quodcumque dictum, vèl aſſertum, ſed illud duntaxàt quod ratione nititur, nàm licèt Ordo Sacramentalis, non à Papa, ſed à quolibet ſolo Epiſcopo accipiatur quamvis non ſit Ordinarius, proprius què Epiſcopus ordinati, & proptereà, aut òb aliud vitium Ordo ſit illegitimè ſuſceptus, non ideò deſinit eſſe à Domino immediatè acceptus: Nèc tollitur, nèc deletur character tamètſi excommunicetur, ſuſpendatur, degradetur, deponatur, utpotè verè conſecrat, verè ungit, cæteros què actus ordinis exercet validè, quamvis non licitè ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *Can.* 4. *de Sacram. Ordin.* Valenſ. *in Paratit. Jur. Canon. lib.* 5. *t.* 39. §. 14. *num.* 8. Miñan. *Baſsis Pontif. Juriſd. pag.* 563. *n.* 72. loquendo de Clerico degradato, & hoc ideò eſt, quia habet characterem, ſed non ordinis,

exe-

executionem, *C. Quod* 11. *de Tempor. Ordin.* Can. *Lugdunenſis*, 9. *quaſt*. 11. ergo ex quò Pontifex poſſit hæc omnia facere cum Epiſcopo, non probatur iſtius poteſtatem eſſe immediatè acceptam ab illo, & non à Domino. Pirhingius verum dicit, ſed non benè probat prædicta ratione, quia etiam Epiſcopus per ſe ſolus auget, vèl reſtringit ſubditorum poteſtatem, & per ſe ordines confert, & hoc non obſtanti poteſtas ordinis à Deo eſt: Ergò Pirhingii ratio inſufficiens eſt ad id quod probare conatur, & ſola alia, quam ex D. Thom. deduxit efficax videtur; ſicquè firmitèr tenendum putamus Epiſcoporum poteſtatem non Divini, ſed Humani Juris eſſe modo dicto.

7 Robuſtior redditur prædicta ſententia, ea perpenſa quam tenuit D. Epiſcopus Covarr. *in Reg. Peccatum*, *part*. 2. §. 9. *num*. 5. verſ. *Quarto ratione*, *poſt med.* ubi loquendo de Apoſtolorum, & Epiſcoporum poteſtate, ſequentia ſcripſit, quæ referre libuimus, ut liberas quorumcumque removeamus ambages, quas ad manum tetigimus. *Sed tamèn eam poteſtatem habuerunt A PETRO, ut eorum Capiti ſubordinatam, & ſubjectam, PETRUS autem AB IPSO DEO habuit ſupremam illam poteſtatem, & præcellentem ſuprà omnes alios Apoſtolos tanquam eorum Princeps: Quæquidem præcellens poteſtas ſuper omnes alios Apoſtolos, nulli alteri Apoſtolorum data fuit, & ideò eorum poteſtas in hunc ſenſum à Petro derivatur, licèt à Chriſto fuerit eis data.* Et num. 6. verſ. *Qua in re*, in princ. *Ipſis verò Apoſtolis ſic data fuit à Chriſto Jeſu poteſtas ordinis ac juriſdictionis ipſi Petro Prinpi Summo ſubdita, ut in Epiſcopos Apoſtolorum Succeſſores juriſdictionis poteſtas MINIMÈ TRANSMISSA EX IMMEDIATA CHRISTI CONCESSIONE CENSEATUR, ſed ea à Summo Pontifice Chriſti Vicario derivata ex ejus conceſſione ipſis Epiſcopis competat, àc tandem eidem Romano Pontifici ſubdita ſit*, & inferius laborando in expoſitione Sacri Text. Act. Apoſt. 20. *verſ*. 28. Ità loquutus eſt: *Ut ex Chriſti inſtitutione ab ipſius Vicario Summo Pontifice Epiſcopi immediatè inſtituantur cum poteſtate juriſdictionis, quæ ab IPSO PONTIFICE, ut fonte IN IPSOS DERIVATUR, & emanat*, & multis DD. comprobat. Item *in dict. num.* 5. paulò ante finem: *Sed tamèn ſubordinatam diſpoſitioni Petri Apoſtolorum Principis, atque ità aliorum Apoſtolorum poteſtatem hac ex parte dici derivatam fuiſſe à Petro, eo què mediatore datam à Chriſto Jeſu. Sic inquit Anacletus Can. Sacroſancta*, 22. *diſt*. & idem ex aliis Eccleſiæ Oraculis, citatis in locis teſtatus fuit, àc ex D. Thom. Cajetan. Sot. Varg. D. Bonav. Albert. Magn. Ricard. & Cardin. à Turrecrem. ut videre eſt apùd dict. D. Covarr. in ſuprà citato *num*. 6. *verſ. Qua in re*, ubì hæc habentur: *Ejuſdem opiniónis citantur Authores, à quibus illa juriſdictionis poteſtas, quæ à Chriſto Jeſu Apoſtolis immediatè data fuit, perſonalis eſſe cenſeatur.* D. ergo Covarrubias nihil uſquam contrà immunitatem Eccleſiaſticam ſcripſit, quod Canonibus adverſaretur. Curtell. *lib*. 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt*. 4. *num*. 4. & 5.

Sed adhùc non quieſcimus, quia ſuſpicamur ſedatum non fore cujuſdam animum, quam obrem tamètſi nos non latet, opus non eſſe, ſententias ad literam de aliis ad alios tranſcribere libros, immò inſulſum, atquè moleſtum hoc eſſe, & AA. allegare ſufficere; tamèn quia adeò ſapientes quidam exiſtimari ſolent, ut horum lectione omiſſa, atquè iſto 8

iſto effugato labore, eam citò àc tetrè damnant ſententiam, quæ ipſorum judicio conformis non eſt; hæc metuentes, & quantùm ex nobis eſt caventes decoris noſtri cauſa, illam potiùs optavimus ſufferre injuriam hùc, & quibuſdam in aliis hujus operis locis infortunii cujuſdam vitandi cauſa. Idcircò prolixè examinatis DD. productis *in num.* 1. ſignanter D. Covarr. (cujus reſolutiones proximè tranſcriptas relinquimus) D. Auguſtino Barboſ. qui ambo Epiſcopi fuere, & Cardinali Joanne à Turrecremat. iſtorum aſſerta pro aliorum quiete referre cupivimus.

9 D. Auguſtin. Barboſ. Epiſcopus, *de Offic. & poteſt. Epiſc. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *pag.* 4. *num.* 18. cùm de Epiſcopalis Officii juriſdictione quæreret, ſic ait: *Poteſtas hæc juriſdictionis Epiſcopalis, qualiſcumque ſit, quamvis à Deo Epiſcopis ſit conceſſa, voluit tamèn ut in illa ſummiſsi eſſent Petro tanquam Capiti, & ſæpè ad hoc deſignandum Petro multa dixit ſingularitèr, & ſeparatim, ſed aliis Apoſtolis loquutus eſt conjunctim, & generaliter; unde ad Petrum, ut in Evangelio habetur* Matth. 16. *ſic loquutus eſt.* Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & Joann. 21. Paſce oves meas, *non ſemèl, ſed ter. Pro ſua fide ſpecialiter oravit etiam: hinc etiam Chriſtus Dominus in ſingulari dixit,* Joann. 10. Fiet unum ovile, & unus Paſtor, *& ſic voluit unum eſſe paſtorem, & non plures: alii namque Apoſtoli fuerunt coadjuvantes, & cooperantes, & ideò dicitur, quòd Papa fuit aſſumptus in plenitudinem poteſtatis, alii in partem ſolicitudinis Can.* Ad honorem, de Author. & uſu palii. *Undè licèt omnes Apoſtolos fecerit pares reſpectu conſecrationis, & ordinis, non tamèn eos æquales fecit reſpectu jurisdictionis: in illa enim præfuit Petrus omnibus, & notat* Gloſ. in dict. C. In novo, & in C. Loquitur 24. quæſt. 1.

Et *in num.* 20. ſic affatus eſt: 10
Cæterorum verò omnium Epiſcoporum juriſdictio eſt à Chriſto Domino inſtituta, ſed à ROMANO PONTIFICE tanquam Chriſti Vicario, & Summo, àc primo totius Eccleſiæ Paſtore SUSCEPTA, & ab eò veluti è fonte, Chriſti præcepto in illos derivata; & hinc eſt ut Summi Pontificis juriſdictionem nulla humana poteſtas, aut ex toto abrogare, aut ex parte minuere, reſtringere, mutare, variare vè poſsit: at Epiſcoporum juriſdictionem Romanus Pontifex jure poteſt tollere, minuere, mutare, reſtringere, aut variare, prout majorem, minorem vè illis facultatem concedit, ut docent Sanct. Thom. 2. 2. *quæſt.* 184. *art.* 6. *ad* 1. & *quæſt.* 39. *art.* 3. Jordan. *de Major. Epicop. cauſ. ad Pap. deferend. cap.* 7. *num.* 8. & 9. Bannes 2. 2. *quæſt.* 3. *art.* 10. *punct.* 2. *dub.* 5. *concl.* 5. Fagund. *dict. cap.* 1. *num.* 25.

Expreſsius adhùc *in num.* 26. 11
ubi comprobata videtur P. Pirhingii doctrina, de qua diximus *ſupr. n.* 5. ſequentibus D. Barboſæ verbis: *Tamèn ſi EPISCOPALIS JURISDICTIO, ſicut etiam munus ipſum Epiſcopale ſumatur in particulari, prout, ſcilicet, in hoc, vèl illo ſubjecto, reſpectu horum, vèl illorum ſubditorum collocatur, NON EST DE JURE DIVINO, nèc ab eo habet cæteros juriſdictionis gradus, qui augeri, vèl minui nequeant; ſed totum pendet à Summo Pontifice, PER QUEM IDEM MUNUS IMMEDIATE HABETUR in particulari, ET A QUO IPSIUS JURISDICTIO IMMEDIATE CONCEDITUR*

TUR, & *derivatur*, *ut poſt* Div. Thom. *pluribus in locis*, & *alios plures Theologos reſolvunt* Covarr. *ubi proximè*, Suar. *dict. ſeſſ.* 1. *num.* 10. *cum ſeqq.* Cardin. Bellarm. *d. lib.* 4. *capit.* 24. Valent. *tom.* 4. *diſput.* 7. *quaſt.* 10. *punct.* 2. *pag.* 2. *col.* 1. & hanc tamquàm veriſsimam reſolutionem defendendo, atquè probando, proſequitur per omnes numeros uſquè ad 36. qui ultimus eſt in quo ſequentia tradidit: *Conſtat igitur ex hucuſquè dictis Epiſcopos habere ſuam juriſdictionem in particulari IMMEDIATE A SUMMO PONTIFICE*, & *ab eo dependentem*, *proindequè eorum poteſtatem judiciariam extendi*, *vèl limitari ad plures*, *vèl pauciores effectus*; & hic eſt prædicti capitis D. Barboſæ finis.

12 Cardinalis Joann. à Turrecrem. *in Decret. Gratian. part.* 1. *tom.* 1. *diſt.* 22. *pag.* 206. *num.* 2. poſtquam ſex argumenta fecit, quibus dicendum videbatur Epiſcoporum poteſtatem immediatè recipi à Chriſto Domino, ſuam ſtatuit concluſionem, firmitèr tenendo non niſi à Papa eſſe acceptam: omnibus in contrarium ab ipſo adductis, plenè ſatisfacit, & prò tua pace ſelectiora tranſcribere non dedignavimus, ut obtulimus, ſequentia ipſius verba ex dicto *num.* 2. *Reſpondeo dicendum juxtà* S. Thom. *ſuper* prim. ſent. diſt. 12. *quòd aliquis dicitur habere poteſtatem ab alio immediatè dupliciter*, *videlicèt*, *vèl quantùm ad immediationem virtutis*, *vel quantùm ad immediationem ſuppoſitorum agentium*, *à quibus habetur talis poteſtas*; *ſi loquamur de primo modo immediationis*, *tunc eſt concluſio*, *quòd omnis authoritas*, & *poteſtas*, *quæ eſt in Papa*, *ſivè alio quocumque Prælato in Eccleſia*, *eſt à Chriſto immediatè*: *concluſio patet*, *quia à nullo alio poteſt talis poteſtas conferri*, *niſi per poteſtatem exiſtentem in Chriſto*, *ſivè collata à Chriſto*, *ſicut nulla alia cauſa à prima poteſt agere*, *niſi per virtutem cauſæ primæ. Et de hoc modo immediationis non loquimur hic*, *quoniam hoc modo immediationis omnis poteſtas quorumcumque Prælatorum in Eccleſia eſt immediatè à Chriſto*, *ſed loquimur de ſecundo immediationis modo*, *quæ eſt ex parte ſuppoſitorum agentium*, *quo modo ſolùm ille dicitur à Chriſto immediatè poteſtatem aliquam ſuſcipere*, *cùm inter accipientem poteſtatem*, & *ipſum Chriſtum conferentem non eſt aliquod medium ſuppoſitum ſuſcipiens à Chriſto*, & *conferens ipſam poteſtatem alteri. Et de iſto modo immediationis loquentes poſſumus concluſionem in Can.* Ita Dominus, diſt. 19. *quòd SOLUS PETRUS immediatè à Chriſto ſuſceperat actu poteſtatem juriſdictionis. Et nunc ponimus hìc pro concluſione*, *ſalvo ſemper meliori judicio*, *quòd omnium Prælatorum Eccleſiæ poteſtas juriſdictionis regulariter pendeat*, & *de jure à Romano Pontifice*: *quæ concluſio juxtà* Alex. de Haliſ. & Albert. Magn. S. Thomam, & Bonav. *probatur primò ſic*, & ſeptem hujus concluſionis probationes affert. Deindè contrariis ſatisfacit argumentis, unicuique ſeorſim.

Eandem tenet concluſionem de Apoſtolis loquens *in diſt.* 19. *pag.* 171. *col.* 1. *num.* 8. & contraria ſolvit argumenta. Sed latius, & apertius eandem exagitat quæſtionem *in dict. loc. num.* 9. & argumenta proponit: ſuam verò quam prædiximus ſententiam, iterùm ſtatuit *ſub dict. num.* 9. *pag.* 172. *col.* 1. *verſ. Reſpondeo*, *junctis numer.* 10. & 11. & in iſto docet, quòd licèt ad abſolutionem pecca- 13

torum requiritur duplex poteſtas, ordinis, ſcilicet, & juriſdictionis, prima eſt æqualis in omnibus Sacerdotibus, non autèm ſecunda, *quia tunc* (inquit dictus A.) *non fuiſſet ordo intèr Apoſtolos, quod falſum eſt, quia diſcretio fuit poteſtatis, ut in Can. Sacroſancta, diſt.* 22. Si latius inſtrui cupis, hunc conſule Doctorem.

14 Idem Turrecrem. *in Summ. de Eccleſ. lib.* 2. *à cap.* 54. *uſquè ad* 64. *à pag.* 169. *in dorſo, uſquè ad pag.* 188. quæſtionem hanc ampliſsimè diſcuſsit, quam ſic propoſuit *in dict. cap.* 54. in principio. *Utrum, ſcilicet, alii Eccleſiarum Prælati poteſtatem juriſdictionis quam habent, immediatè ſuſcipiant ab Apoſtolica Sede, an ſicut Papa, ità & Epiſcopi immediatè ſuſcipiant à Chriſto.* Quam reſolvit, & probat ſequentibus verbis. *Dicimus cum* S. Thom. *tàm* in 2. ſentent. & in 4. ſentent. *quàm* in 4. contrà Gentil. *qui S. Thomas intèr Doctores de hac materia loquentes magis rationabilitèr, & magis conformitèr ad dicta Sanctorum Patrum, & per conſequens magis conſonanter ad pietatem fidei loqui videtur, quòd tota juriſdictionis poteſtas aliorum Prælatorum de lege communi derivatur à Papa. Quam concluſionem triplici via probare intendimus. Primò ex ordine Apoſtolorum ad Petrum in poteſtate juriſdictionis. Secundò rationibus. Tertiò ex inconvenientibus, quæ ſequuntur ex oppoſito modo dicendi.* Cum igitur opere adimpleviſſet quod verbo promiſsit, hæc *in dict. cap.* 54. *pag.* 170. *ad med.* protulit diſcurſum eliciendo ex quadam authoritate B. Cipriani. *Ubi cùm ait, quòd Chriſtus ut Eccleſiæ unitatem manifeſtaret poteſtatis originem ab uno incipientem diſpoſuerit, manifeſtè dat intelligi, quòd SOLUS unus, ſcilicèt, PETRUS ſuper quem unum fundatam dicit Eccleſiam A CHRISTO IMMEDIATE POTESTATEM SUSCEPERIT juriſdictionis; ALII verò APOSTOLI MEDIANTE IPSO PETRO.* Et ſic per omnia prædicta Capita arguit ex Sanctorum Patrum authoritatibus, atquè *in dict. pag.* 170. *ad dorſum lin.* 15. ſequentia ſcripſit: *Et ità manifeſtè habetur, quòd* CÆTERI APOSTOLI NON IMMEDIATE A CHRISTO *juriſdictionem acceperint*, SED MEDIANTE PETRO *Apoſtolo eorum Principe*, àc ſex SS. PP. authoritatibus ſuam fulcit concluſionem.

Inſupèr *in pag.* 173. paulò *poſt med.* verſ. *Tertiodecimo ſic*, hoc proponit argumentum à ratione. 15 *Quilibet fidelis tenetur credere unam eſſe Sanctam Eccleſiam Catholicam; ſed ad unitatem Eccleſiæ requiritur quòd omnium Prælatorum poteſtas juriſdictionis derivetur à Romano Pontifice: Ergo neceſſe eſt quòd quilibet fidelis hoc credat, & teneat.* Et poſtquam majoris, & minoris propoſitiones probavit, ſic proſequitur: *Ex quibus manifeſtè colligitur pertinere ad unitatem Eccleſiæ, quòd à Romano Pontifice, omnium aliorum Prælatorum derivetur authoritas, quæ erat minor probanda. Ex quibus videtur, quòd negare, poteſtatem juriſdictionis inferiorum Prælatorum in Eccleſia à Romano Pontifice immediatè non dependere, non ſolùm præjudicet Primatui Apoſtolicæ Sedis, ſed etiam unitati univerſalis Eccleſiæ.* Si hunc conſuleris Doctorem, majora videbis.

Si ergo tàm ſapientiſsima Purpura Cardinalitia, & Doctiſsimi Epiſcopi, ex quibus D. Covarr. fuit Hiſpaniæ decus, Juriſconſultorum ſplendor, ſummè, ſed numquam ſatis prædicatus à D. Molin. *de Primog.* in ſua *Præfat. num.* 24. ità expreſsè affati ſunt, neſcimus 16

quid

quid nobis imputari poſsit, ex quò tantorum virorum, aliorum què claſsicorum ſententiam fuerimus amplexi, qui cùm conſultò quæſtionem hanc tractaverint, & plus quàm ſex, aut ſeptem ſint, non modò communem, ſed & communiorem faciunt opinionem, maximè animadverſis eorundem fundamentis, ut videre eſt in noſtra *Præfat. num.* 56. præterquàm quòd P. Pirhingius, veriſsimam, & communem Theologorum, & Canoniſtarum eſſe teſtatur, ut diximus *in num.* 1. *ad med.* verſ. *Verumtamen*, idem què exprimunt cæteri omnes, qua propter cùm tàm præſtantiſsimos DD. Epiſcopos, ut communi doctiorum conſenſu fuere qui noſtram docuerunt ſententiam, fuerimus ſequuti; veritatem potiùs dilexiſſe credimus, quàm humanæ affectioni indulſiſſe. Quis ergo diffitebitur hujuſcemodi Magiſtros, quos literarius meritò colit Orbis, etiàm apùd Suprema Tribunalia, ſubſequi mereri, & deberi omni ſemota anexitate? Cùm Prov. 5. *verſ.* 13. ſcriptum ſit: *Nec audivi vocem docentium me, & Magiſtris non inclinavi aurem meam?* Deindè, nàm meliores DD. abs verecundia ſequi debemus, ſic ſuadente naturali ratione, & etiam gentilitate tenus docente, Plat. *lib.* 5. *de Legg.* his verbis: *Cùm verò nèc aliis committamus facultatem agendi, quæ ipſi facere ignoramus, facientes ipſi errare compellimur. Quamobrem nimium ſui ipſius amorem fugere quiſque debet, & meliores ſequi, nullo robore verecundiæ impeditus.*

17 Immodicè garriviſſe verè noſcimus, maximè doctioribus, qui de prædictorum Illuſtriſsimorum Virorum ſententia ſuperiùs relata tot DD. authorata ſectatione roborata, prætèr SS. PP. qui præceſſerunt, judicaturi ſint, quorum altiori judicio noſtra omnia ſupererunt, quia æquo Judici ad veritatis declarationem ipſa rerum cognitio ſatis eſt, ut ajebat Sanct. Baſil. *Epiſt.* 65. Cæterùm duas eſſe occaſiones loquendi dixit Socrat. *Epiſt.* 1. *vèl de quibus ſitis clari, vèl de quibus neceſſe eſt dicere*; & revera utrumque nobis ſe offert in præſenti quæſtione, junctis quæ ſcripſit Petr. Navarr. *de Reſtit. lib.* 4. *num.* 11. & 17. de opportunitate loquendi. Non parùm itèm facit quòd ſilentium primò prudentes, de hinc Populum ditiſsimè Provincias feſelit, ut de Tiberio ajebat Tacitus: Idcircò tàm longam hac de re ſermocinationem fecimus tot clariſsimorum DD. authoritate vallatam (eadem què de cauſa id ipſum faciemus *in quæſt. ſeq. à num.* 30. *ad* 34. & *in memb.* 2. *quæſt.* 9. *à num.* 7. *ad* 17.) ſin autem illis non credatur; quomodo mi fides fiet, argumento Joan. 5. *verſ. ult. Si autem illius literis non creditis: Quomodo verbis meis credetis?*

QUÆS-

QUÆSTIONIS II.

SUMMARIUM.

1 *UTrum Epiſcopi poſsint habere familiam armatam, & an Laicos carcerare valeant?* n. 1.

2 *Epiſcopi, ſecundùm aliquos DD. nec Clericos carcerare poterant niſi Laicæ poteſtatis manu,* num. 2.

Epiſcopi executionem facere nequeunt in perſonis, nèc bonis Laicorum, ex noviſsimo Iur. Reg. ibid.

Familia armata Epiſcopis non convenit, ibid.

Lex ſemper eſt intelligenda eo modo qui magis verbis Rubricæ ſub qua ſita eſt conveniat, ibid.

3 *Qualiter Iudex Eccleſiaſticus animadvertere poſsit in Laicos, & quibus armis uti?* num. 3.

In delictis communibus, ſeu mixtis præventioni locus eſt inter Eccleſiaſticum, & Laicum Iudicem, ibid.

In delictis mixtis præventione juriſdictio adquiritur, ibid.

Præventio quid, & quotuplex ſit? ibid. remiſſ.

Arma ſpiritualia dumtaxàt propria ſunt militiæ Clericorum, ibid.

Iudex Eccleſiaſticus armis temporalibus uti nequit, tàm ex Sacris Literis, quàm ex Jur. Reg. ibid.

Arma temporalia privativa ſunt Iudicum Laicorum, ibid.

Arma Regni, & Arma Sacerdotii à Deo diſcreta ſunt, ibid.

4 *Affirmativa ſententia contraria Regiæ juriſdictioni, refertur, & refutatur,* num. 4.

5 *Multi ſunt, & aliqui referuntur caſus in quibus Iudices Laici poſſunt mulctare Clericos,* num. 5.

Clerici ligantur ratione directiva, & tamquam vicini, legibus, & ſtatutis Principis Sæcularis, & edictis æconomicis Iudicum Laicorum ob commune utrorumque bonum latis, propter publicam utilitatem, ibid.

Clerici obedire tenentur edictis bonæ gubernationis etiamſi minimi ſint magiſtratus; & quare? ibid.

Clerici inobedientes mulctari à Laico Iudice poſſunt, ibid.

6 *Iudices Laici non poſſunt exigere mulctam ſua authoritate ex bonis Eccleſiaſticis,* num. 6.

Iudex Laicus ſequeſtrare poteſt bona temporalia, & profana Clericorum, ibid.

7 *Iudices Eccleſiaſtici non poſſunt capere Laicos, nèc eorum bona exequi ſine auxilio brachii Sæcularis, niſi in caſu hæreſis, vel ſortilegii,* num. 7.

Conſuetudo carcerandi Laicos, non prodeſt Eccleſiaſticis Iudicibus, ibid.

Laici immediatè, & directè ſubſunt juriſdictioni Sæculari, ibid.

8 *Iudices Eccleſiaſtici adhùc in cauſis, quæ ad ipſos privativè pertinent, Laicos carcerare nequeunt,* num. 8. 9. 36. & 50.

Non omnes qui cauſarum cognitionem, & definitionem habent, executionis jure gaudent, ibid. n. 8.

Quod omnes, aut plures cenſuerunt, falſum exiſtimari non debet, ibid.

Iuriſdictio competit, vèl ex juris diſpoſitione, vèl ex conceſsione aliqua, ibid.

9 Argumentum proponitur in favorem Judicum Eccleſiaſticorum prò carcerandi facultate adminus in cauſis Eccleſiaſticis, & diſſolvitur, num. 9.

Judex Eccleſiaſticus quare invocare teneatur auxilium brachii Sæcularis; & quomodo auxilium præſtandum ab iſto ſit? ibid.

10 Judex Laicus non tenetur exequi ſententiam Judicis Eccleſiaſtici cognitione non habita ſuper ipſius viribus, num. 10.

11 Judex Laicus impartire non tenetur auxilium Eccleſiaſtico ad executionem ſententiæ nullæ, n. 11.

Nullitas oppoſita contra ſententiam, ipſius executionem impedit.

12 Sententia in judicio executivo exequi debet quacumque apellatione non obſtante, niſi evidentèr injuſta ſit, n. 12.

Notoria nullitas impedit executionem Executoriæ trium conformium; ſed fallit hodiè ex Jur.Reg.

Laicus Judex cognoſcere nequit àn Eccleſiaſtici ſententia nulla, àn juſta, aut valida ſit, niſi ex Auctorum inſpectione, ibid. & n. ſeq. ac 32.

13 Objectio proponitur, & ſolvitur, num. 13.

14 Judex requiſitus ad exequendum, dicitur nudùs, & merus executor, n. 14.

15 Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis mutuò ſibi auxiliare tenentur injuſtis, num. 15.

Æquales, & diſpares ſunt diverſis reſpectibus, ibid.

Juriſdictio Eccleſiaſtica eſt omninò conexa cum Laica, ibid.

16 Inferior reſilire non poteſt à mandato Superioris, num. 16. limita prout in n. 19.

Merus executor, cauſæ cognitionem aſſumere nequit, ibid n. 16.

Nudus executor non dumtaxàt audire poteſt exceptiones quæ reſpiciunt executionem ipſam, ſed & cognoſcere de illis, & pronuntiare.

Nudus executor admittere nequit exceptiones, quæ reſpiciunt merita cauſæ principalis, ſed partem illas opponentem remittere ad Superiorem, ibid.

Nudus executor audire poteſt exceptiones impugnantes ſententiam; non verò pronuntiare; & quæ illæ ſint? Et quid facere debeat ſi veras repererit, & quid ſi falſas?

17 Æqualis imploratus ab æquali non procedit ad executionem niſi cum juſtificatione requiſitoriæ, n. 17

18 Juriſdictio in præcipiente non firmatur ſine obedientia, n. 18.

19 Imperium, & obedientia, juriſdictio, & ſubjectio ſunt correlativa, n. 19.

Par in parem imperium non habet, ibid.

Judex inferior exequi non tenetur ſententiam Superioris injuſtam in criminalibus, ibid.

20 Judici Laico, non Eccleſiaſtico commiſſus eſt à Principe Populus, num. 20.

Principi incumbit cura Reipublicæ, ibid.

21 Judex Ordinarius Laicus permittere non debet Delegatum, etiàm à Principe miſſum, excedere ſuæ commiſſionis finem, & terminum; & quid facere poſſit Ordinarius, ſi Delegatus ſecùs fecerit? num. 21.

22 Judex inferior punire poteſt Officiales ſui Superioris delinquentes in ſuo territorio, num. 22.

23 Homo ex ſe nihil aliud habet niſi mendacium, & peccatum, n. 23.

Sæculum hoc plenum eſt injuſtitia, & infirmitatibus, ibid.

24 Judex Laicus ſupplere poteſt negligentiam Judicis Eccleſiaſtici penitùs ſe abſtinendo à juriſdictione contentioſa, num. 24. 28. & 71.

25 Judicis intentio, talis eſſe præſumitur, qualis de jure eſſe debet; & etiàm præſumitur, prò ſententia,

tia, & authoritate Judicis, n. 25.
26 *Omnis Judex errare poteſt*, n. 26.
Quæ in animo, & intentione conſiſtunt probari non poſſunt, & ſoli Deo patent, ibid.
27 *Judicis aſſertioni non ſemper creditur*, num. 27.
Interiora ſæpiùs cognoſcuntur ex exterioribus, ibid.
28 *Judex Laicus nullatenus exercere poteſt juriſdictionem contentioſam in Clericum*, n. 28.
29 *Judex Laicus àn teneatur ſtare proceſſui formato per Eccleſiaſticum?* n. 29.
Judices Eccleſiaſtici ſtare nolunt proceſſui Laici Judicis, & inſtàr extrajudicialium habent probationes ab iſto factas, ibid.
30 *Judex Laicus auxiliare non tenetur Eccleſiaſtico Judici cùm injuſta juſſerit, aliàs peccaret*, n. 30. 32. & 35.
Judici Laico àn fides fieri debeat Actorum Eccleſiaſtici Judicis auxilium implorantis? ibid. n. 30. 9. & 10.
31 *Impugnatur ſententia propoſita in* num. 20. *& declaratur* n. 31.
Nullus Judex abſque pœna, alterius juriſdictionem prorrogare poteſt, nemoquè ab alio petere debet quod per ſeipſum facere poteſt, ibid.
Nihil inconvenit ut fides Actorum, etiàm juris ſpiritualis Laico Judici fiat, eò quòd executio quid facti eſt, ibid.
Intellectus noſtræ ſententiæ declaratur, ibid.
32 *Exprimitur ſenſus aſſerti propoſiti ſub* num. 23. *& quædam diluitur objectio*, num. 32.
Tàm Judex Eccleſiaſticus, quàm Laicus mutuò inſpicere debet cum aliùs ab alio invocatur, nè ad injuſta ſuffragium præbeant; & quarè? ibid.
Obedientia potius Deo, quàm hominibus debetur, ibid.
Injuſtum Judicis præceptum obediendum non eſt, ibid.
Nèc adhuc Pontifici obediendum eſt peccatum utcumque veniale præcipienti, ibid.
33 *Mandata Regia, ſi ſint contrà Deum, contrà fidem, contrà conſcientiam, contrà jus, aut forum expreſſum, exequenda non ſunt*, num. 33.
D. Cardin. à Turrecremata immunem à calumniis contrà ſua ſcripta ſe non credidit, ibid.
34 *Declaratur ſententia prolata in* num. 15. *& quoddam ſolvitur argumentum*, ibid.
Animus noſter ſoli Deo patet, & directò probari non poteſt, ibid.
Deus magis reſpicit ad intentionem, quam ad actus noſtros, ibid.
Hominis ſenſus maximè coagitandus eſt, ut cautè provideat nè damnum eveniat, antequam cum effectu contingat, ibid.
Jacula, quæ prævidentur, minus feriunt, ibid.
35 *Mandatum illicitum non excuſat mandatarium à peccato*, n. 35.
36 *Judex Eccleſiaſticus carcerare nequit Laicos adhuc in cauſis Eccleſiaſticis; & quid fieri debeat?* n. 36. 141. & 142.
Princeps habet carcerem, Eccleſiaſticus gehènnam minatur, id eſt, pœnas ſpirituales, quæ rebelles animas occidunt æterna damnatione, ibid. n. 36.
Poteſtas Laica civilem pœnam infligere poteſt; & quæ hujus generis ſint? Sed non Eccleſiaſtica poteſtas, immò nèc incarcerare, ſed ſolam ſpiritualem pœnam imponere poteſt, ibid.
37 *Poteſtas Eccleſiaſtica, & Sæcularis confunderentur ſi armis temporalibus illa uti poſſet*, n. 37.
Poteſtas Eccleſiaſtica, & Sæcularis ſunt diſtinctæ, ibid.

Nemo

Nemo debet mittere falcem in meſſem alienam, nèc fines ſuos excedere, ibid.

Judex excedens ſuæ juriſdictionis terminos læthalitèr peccat, ibid.

38 *Reipublicæ interitus, in munerum perturbatione conſiſtit*, n. 38.

Regis voluntas eſt quòd omnes in pace vivant, & quòd unuſquiſque muneri ſuo incumbat, ibid.

Juris ordo confunditur ſi ſua unicuique juriſdictio non ſervatur, ibid.

39 *Judex Laicus poteſt cum Eccleſiaſtici licentia aſſumere declarationem in Eccleſia, & eam dare poteſt Rector Eccleſiæ*, num. 39.

Una juriſdictio alteri præjudicare non debet, ibid.

40 *Proſequitur quæſtio de non carcerandis Laicis ab Eccleſiaſtico Judice, & refertur quædam allegatio Gonz. Tell.* num. 40.

41 *Impugnatio fit contrà Gonz. Tell.* num. 41.

Doctor ſecundùm jura, quæ allegat eſt intelligendus, ibid.

42 *Referuntur DD. noſtram negativam tenentes*, num. 42.

43 *Exprimitur cauſarum diſtinctio facta à* Doct. *Vela, & impugnatur*, num. 43.

Quæ requirantur ad incarcerationem decernendam? ibid.

Carcer ad ſecuritatem eſt institutus, & datur, non ad pœnam, ibid.

44 *Jus Canonicum unicè expreſſit caſum hæreſis, ut in illo carcerare valeat Eccleſiaſticus Judex, & in quocumque alio jus Regium expreſsè reſiſtit*, num. 44.

Affirmativa contraria ſententia ſubſtineri non valet tametſi conſuetudine fuerit munita, ibid.

45 *Conſuetudo rationabilis eſſe non valet, quæ à jure improbatur*, numer. 45.

Etiam immemorialis conſuetudo ſublata cenſetur per generalem prohibitionem verbis generalibus, ibid.

Laici non poſſunt inducere conſuetudinem adverſus Jus Canonicum, ibid.

Quæ requirantur ad conſuetudinem legitimè inducendam? ibid. remiſſ.

Conſuetudo adverſus legem vires non capit, niſi ſcientia Principis interveniat, & ejuſdem tollerantia, ibid.

Proprio ore Princeps declaratum habet, abſque ſui ſcientia, & patientia conſuetudinem eſſe, ſi quæ fuerit carcerandi Laicos per poteſtatem Eccleſiaſticam, ex Jur. Reg. ibid.

Destructo ſuppoſito, non ſubſiſtit diſpoſitio, ibid.

Cum antecedens deſtruitur, omnia quæ ex illo ſequuntur proſternuntur, ibid.

Ubi fundamentum non eſt, ſuperædifficari non poteſt, ibid.

Obſervantia leges declarat, ibid.

Obſervantia interpretativa locum non habet in diſpoſitionibus claris, nec præjudicare queit regaliæ D. Regis, ibid.

46 *Superſtitioſis inventionibus non eſt excogitandum, quod non invenitur de jure diſpoſitum*, num. 46.

Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, ibid.

Qualitate attributiva juriſdictionis deficiente, & juriſdictio deficit, ibid.

47 *Juriſdictio contenti oſa cohæret territorio*, num. 47.

Territorium Judicis Eccleſiaſtici, reſtrictum eſt ad ſpiritualia, & ad ambitum Eccleſiæ, ibid.

48 *Argumentum contrà Concluſionem proponitur, & ſolvitur*, numer. 48.

Clericos capere quomodo poſſit Laicus Judex, ſicut & quivis privatus? ibid. *& quando?* num. 219. & ſeqq. *& quomodo remittere illos debeat ad ſuum Judicem?* num. 227.

De-

Deprecatio ſit ad D. Regem, dict. num. 48.

49 *Aliud argumentum ſit, & reſpondetur,* num. 49. & 138.

Quæ Clericorum bona Laicus Judex ſequeſtrare poſſit? ibid. numer. 49.

Bona temporalia Clericorum ſunt in territorio Principis Sæcularis, ibid.

Nèc bonum, nèc licitum, à calumnia eximitur, ibid.

50 *Laici quomodo carcerandi ſint ab Eccleſiaſtico Judice?* num. 50.

Praxis Valentini Archiepiſcopatus refertur, ibid.

Abſurdum eſt, ut promiſcuis actibus, rerum turbentur officia, ibid.

51 *Excommunicationis remedium extraordinarium eſt, & exerceri propterea nequit, niſi in defectum ordinarii,* num. 51.

Cenſuræ, quando, & quomodo inferendæ ſint, ex Concordato? ibid.

52 *Ubi actio ordinaria intentari poteſt, extraordinaria ceſſat,* numer. 52.

Carceratio Laicorum ideò prohibita eſt Eccleſiaſtico Judici, ſivè potius non permiſſa, nè pereat temporalis gladii juriſdictio, & omnis cauſa devolvatur ad forum Eccleſiaſticum, ibid.

53 *A Cenſurarum comminatione incipere non licet,* num. 53.

Correptio præcedere debet comminationem, ibid.

Excommunicatio eſt major omnium pœna in Eccleſia Dei, & mors canonica, ibid.

54 *Epiſcopus debet eſſe benignus, & non ſui ſenſus plus ſatis tenax,* num. 54.

Quomodo Epiſcopus increpare debeat ſubditos? ibid.

Levius eſt Judicem peccare in miſericordia, quàm in juſtitia, & ſeveritate, ibid.

Miſericordia, nèc Pauperi facienda eſt in alterius injuriam, ibid.

Qui nimis emungit, elicit ſanguinem, ibid.

In negotiis Sæcularibus, uti non poteſt cenſuris, nèc adhùc illarum comminatione, ibid.

55 *Judex Eccleſiaſticus in cenſurarum prolatione non poteſt juris ordinem prætermittere, & ſi ſecùs faciat, quas pœnas incurrat?* numer. 55.

Omnis Judex ità ſe gerere debet, ut non alitèr procedat quàm reo audito, & veritate cognita, ibid.

Judices Eccleſiaſtici quomodo melius, juſtius, & æquius procedere contrà Laicos poſſent, aut qua via melius proficiſci? ibid.

56 *Eccleſia gladio temporali non utitur, nèc gladium habet niſi ſpiritualem,* num. 56. & num. 75. *& quæ ſint ſpirituales pœnæ?* ibid.

Cùm remedia Eccleſiaſtica non ſufficiunt, aut non expedit illis uti, adhùc poſtquam ordinaria remedia executa ſunt; quid facere debeat Eccleſiaſticus Judex, nè ſubditorum exceſſus ipſi imputentur? ibid. numer. 56.

Cùm monitiones Judicis Eccleſiaſtici contrà Laicos non ſufficiunt, Sæculare brachium invocari debet, & praxis quædam refertur, ibid.

57 *Quædam ſunt delicta, quæ magis decet per Laicos Judices, quàm per Eccleſiaſticos puniri,* num. 57.

Eccleſiaſtici ſecretò nuntiare debent Laicis Judicibus delicta, quæ remedio opus habent, ex Jur. Reg. ibid.

58 *Quæ ſit utilitas in praxi antecedentis mandati Regii, & quæ damna ex illius inobſervantia fluant?* num. 58.

Indè ſumi non debet materia ſcandali, undè provida debet conſideratione ſedari, ibid.

59 *Quæ ſint media pacis conſequendæ?* num. 59.

Omnes tenemur pacem fovere, ibid.

Salus Populorum, integritas eſt Præſidentium, ibid.

Quantò ſublimior eſt delinquentis perſona, tantò major culpa in illa eſt, ibid.

60 *Quicumque Judex ex toto corde, & omni ſemota ſimulatione pacem quærere debet*, n. 60.

61 *Laicus Judex ea omnia providere tenetur quæ ad pacem Reipublicæ ſibi commiſſæ conducunt, contraria quæcumque repellendo, etiàm contrà Eccleſiaſticas perſonas*, n. 61.

62 *Malitia plebis ſubſannare ſolet pacem Judicis, & fortè ipſum Judicem*, n. 62.

Pax non eſt impiis, ibid.

Pax eſt bonis, ibid.

63 *Malitia plebis obſcurare ſolet Præſidis benemerita, àc de albo nigrum facere, & è contra, atque malum pro bono reddere*, n. 63.

64 *Non recedet malum de domo ejus, qui reddit mala prò bonis*, num. 64.

Maximè periclitantur Judices qui in officii ingreſſu inſulſitatem contraxerunt, aut quavis cauſa diſplicuerunt; & quæ frequentior eſſe ſoleat? ibid.

In viarum ingreſſu, errandi periculum eſt, ibid.

Facilis eſt itineris proſecutio dùm bonum fuerit inventum, ibid.

Sapientia, & intelligentia requiruntur ad ingrediendum, & egrediendum coràm Populo, ibid.

Quidam ſunt Populi, quos dignè judicare vix eſt aliquis qui poſsit, ibid.

Fælicitas in ingreſſu parùm Judici prodeſt, niſi etiam in exitu illam conſequatur, & Dominus utrumque cuſtodiat, ibid.

65 *Judex, & omnis homo, non injuriarum ultor eſſe debet, ſed convitia prò Deo contemnere, & patiens eſſe æquanimis, & manſuetus*, ex Jur. Reg. n. 65.

Doctrina, & exemplum ſunt finis Epiſcopalis adminiſtrationis, ibid.

Pontificalis poteſtas mitis, & paternalis eſt, non vi, nec profano modo exercenda, ibid.

Poteſtas Eccleſiaſtica, ad concordiam eſt inſtituta, non ad vim inferendam, ibid.

Epiſcopi præcipuè inſtituti ſunt ad pacem intèr Chriſtianos conciliandam, ibid.

Inteſtinæ diſcordiæ cum publico Reipublicæ damno oriuntur ſi Epiſcopi omnia ſursùm ſeorsùm revolvant, ibid.

Violentia, legibus inimica eſt, ibid.

66 *Nimia ſeveritas, odium parit*, num. 66.

Quæ damna ſequantur ſi cenſuræ inferantur abſque debita moderatione à S. Conſil. Trid. *juſſa, quæ refertur?* ibid.

Patres antiqui valdè obſervabant requiſitam moderationem in cenſuris inferendis, ibid.

67 *Cenſurarum metus compellit homines, ut non tàm ſatagant jura ſua tueri, quàm ab Eccleſia ſciſſos amplius ſe non videri, ex* Jur. Reg. n. 67.

68 *Sacrorum Canonum pænis egrè punitur, qui contrà Canones cenſuras pronuntiat*, n. 68.

Judicium in quo aliquis condemnatur injuſtè ſimile eſt violentiæ latronum, ibid.

69 *Juris inobſervantia, litium fomes eſt*, num. 69.

70 *Eccleſiaſtici Judices cenſuras inferentes, abſque moderamine à* Concil. Trid. *injuncto depoſitionis pœnam promerentur*, n. 70.

71 *Iniquum eſſet Clericos tolerari à Judicibus Eccleſiaſticis, & Laicos premi*, n. 71.

Prælatorum negligentia, nimia què diſsimulatio in cauſa eſt, nè Clericis privilegia ſemèl indulta ſalva Republica ſervari poſsint, ibid.

Defectus integritatis in Judice multa damna Reipublicæ affert; & quæ ſint? ibid. remiſſ.

Eccleſiaſticis tribuuntur præſentia Eccleſiæ damna per Legatos Concil. Trident. ibid.

Princeps ſupplere poteſt negligentiam Prælatorum; & quomodo? ibid. & n. 28.

72 Judicum concordia baſsis eſt boni communis Reipublicæ, n. 72.

Mundus non niſi ex concordia, & mutuis Officiis regi poteſt, ibid.

Tria ſunt quæ Domino placent, & primum eſt concordia, ibid.

73 Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis imitari debent duo Cœli luminaria magna; & quæ ſit horum virtus? n. 73.

Poteſtas Eccleſiaſtica, & Sæcularis, Soli, & Lunæ comparantur, ibid.

Alia Solis gloria eſt, alia Lunæ, ibid.

Sol in Cœlo ſua luce Lunam ſuperat, ibid.

Ordo omnia conſtituit, cœleſtia, & terreſtria continet, ibid.

74 Gladii ſpiritualis, & temporalis ſunt diſtincti, n. 74.

Gladius ſpiritualis collatus eſt à Domino Papæ, & materialis Imperatori, ibid.

Eccleſia Dei regitur, & defenditur gladio ſpirituali, & materiali.

Pontificum authoritas, & Regum poteſtas in multis conveniunt, & in multis differunt, ibid.

75 Poteſtas Eccleſiaſtica, & Sæcularis altera alterius ope indiget, n. 75.

Cultelus Eccleſiaſticus quas habeat pœnas? & quo gladio utatur Eccleſiaſtica poteſtas? ibid.

Utrumque gladium qui habere voluerit, utrumque perdet, ibid.

76 Dùm Judices competunt, Reſpublica perit, n. 76.

77 Excommunicatio non fertur à pare in parem, n. 77.

78 Par in parem imperium non habet, n. 78.

Juriſdictio exerceri nequit in perſonam æqualem, ibid.

79 Parium eadem eſt juris diſpoſitio, & judicium, & natura, & potentia, n. 79.

Non poteſt actus aliquis eſſe validus ſine potentia agendi, ibid.

80 Refertur facti cujuſdam contingentia, & judicium, & modus defendendæ Regiæ juriſdictionis oſtenditur, n. 80.

Laicus Judex denegare valet teſtimonia à Clerico petita, niſi exprimat ſinem ad quem illa vult, ibid.

Judex Laicus cogere Clericum poteſt, ut ſibi oſtendat quæ eſt allegaturus coràm Eccleſiaſtico; & ut quid? ibid.

Regularitèr appellare ſufficit ad Judicem competentem nullo expreſſo, ibid.

Regia Valliſoletana deciſsio refertur in quadam cauſa violentiæ prolata, ibid.

81 Clericus arceri debet ab omni munere temporali, n. 81.

Clericus foro renuntiaſſe cenſetur ex acceptatione Sæcularis Officii, ibid.

Clericus ratione Sæcularis Officii conveniri coràm Laico poteſt, ab iſto què pœna pecuniaria puniri, ibid.

Advocationis Officium omni jure Clerico prohibetur, ibid.

82 Clericus ſi Coronam reclamaverit, amittit Officia Regalia, eorumquè redditus, & indignus ſe conſtituit qualibet functione Sæculari, n. 82.

83 Privilegium meretur amittere qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, num. 83.

Cle-

Clericus, qui abutitur diſpenſatione Judicis Sæcularis, meritò privandus venit, ibid.

Clericus admitti non debet ad advocationis Officium, niſi diſpenſationem à Papa, & Rege obtineat, ibid.

Indultum ut Clericus advocare poſsit, quoàd jus Canonicum, Papæ reſervatum eſt, ibid.

Indulti hujuſmodi exemplum, quale ſit ? ibid. remiſſ.

Indultum iſtud concedi nequit ab Epiſcopo ex quantacumque ſit cauſa, ibid.

In Matritenſi Urbe Clerici nequaquam in Regiis Tribunalibus ad advocationis officium admittuntur, ibid.

84 *Monachus Clauſtralis nullum Sæculare officium exercere poteſt, niſi quibuſdam conditionibus; & quæ ſint* ? num.84.

85 *Advocatis expreſsè prohibitum eſt à jure Regio, nè patrocinentur contrà legem expreſſam*, num.85.

Judicibus commendatum eſt, ut curent ab Advocatis ſervari leges Regias, & ut violatores compeſcant ſummariè procedendo ſola veritate attenta, ibid.

Advocatus in officio delinquens tamètſi Clericus ſit mulctari poteſt in bonis temporalibus, & ab officio ſuſpendi à Judice Laico, prætèr alias pœnas, ibid.

Clericus mulctari à Laico Judice poteſt ſi coràm illo deliquerit ut pars, ſivè ut Advocatus, ſivè ut Notarius, ſivè utatur falſo inſtrumento, ſivè ut artifex, aut aliud Laicorum officium exercens, & quibuſdam aliis caſibus, ibid.

86 *Clerici in bonis temporalibus tamquam Sæculares perſonæ reputantur*, num.86.

Clerici coràm Sæculari in officio delinquentes, àn remittendi ad ſuum Judicem ſint, ut ab ipſo puniantur, poſtquam à Sæculari privationis dumtaxàt pœna impoſita fuerit ? ibid.

Executio mulctæ fieri à Laico poteſt in bonis temporalibus Clerici, non verò in Eccleſiaſticis, nequè in ipſius perſona, ibid.

Ratio redditur cujuſdam aſſultus facti, & methodi rigorosè non ſervati, ibid.

Satius eſt convenientia dici, quàm non dici neceſſarium, ibid.

87 *Bona patrimonialia Clericorum multùm differunt à bonis Eccleſiaſticis, nèc paria ſunt amborum privilegia*, num.87.

. . . Nihil à bonis Sæcularium diſtant, & de ſui natura profana ſunt, ibid.

88 *Dominium bonorum patrimonialium competit Clericis, non ut talibus, ſed ut civibus, & ut Sæculares ipſi reputantur*, num.88.

Eccleſiaſticæ perſonæ, earumquè bona Eccleſiaſtica, exempta ſunt à juriſdictione Sæculari, ibid.

Bona patrimonialia Clericorum, non ſemper ſunt exempta à juriſdictione Sæculari, & in illis pluries fieri poteſt executio per Miniſtros Laicos, ibid.

89 *Clerici, & eorum bona in cunabulis Eccleſiæ, Regum juriſdictioni ſubjiciebantur*, num. 89.

Reges habent jus in bonis temporalibus Clericorum, ibid.

90 *Exemptio Clericorum in profanis, bonorumquè temporalium, juris eſt poſitivi, àt in Spiritualibus, juris eſt Divini*, num.90.

Privilegium immunitatis perſonæ Clericorum eſt de jure poſitivo, ibid.

Privilegium fori Clericorum eſt de jure Divino, ibid.

91 *Deſignatio quotæ ad congruam ſuſtentationem Miniſtrorum Altaris, & effectuum, àc fructuum in quibus fieri debet, juris Divini non eſt, nèc Naturalis*, num.91.

92 *Immunitas perſonarum Eccleſiaſ-*

ſiaſ-

ſiaſticarum, earumquè rerum non reperitur expreſsè in jure Divino diſpoſita, num.92.

Agri Eccleſiæ antiquitus ſolvebant tributum, ibid.

Clerici habent verum dominium in bonis patrimonialibus, & de illis diſponere poſſunt, tàm inter vivos, quàm in ultimis voluntatibus, ibid.

Clerici teſtari poſſunt de adquiſitis intuitu Eccleſiæ, ibid.

93 *Patrimonialia, & quæcumque alia profana bona Clericorum exemptionem adepta ſunt à pietate Imperatorum, & Regum Catholicorum ob decentiam*, num.93.

Exemptio Clericorum in profanis, ex benignitate Imperatorum dimanavit, ibid.

94 *Privilegium immunitatis bonis Clericorum competit acceſſoriè òb perſonam*, num.94.

Bona ſequuntur privilegium, & conditionem domini, ibid.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ibid.

95 *Præoccupatio fit cujuſdam objectionis, & enervatur*, num.95.

96 *Extrà territorium jus dicenti impunè non paretur*, numer. *96.* & *97.*

98 *Multi ſunt in jure caſus, quibus adverſùs Clericos ipſorumquè bona procedere poteſt Judex Laicus, quin per hoc derogetur immunitati Clericorum in genere*, num.98.

Judex Laicus executionem facit in bonis Clericorum ubi foro non gaudent, ibid.

99 *Clerici ubi foro non juvantur à Sæculari Judice plectuntur*, n. *99.*

Princeps poteſt exemptos quoſlibet coercere, nè politica gubernatio alteretur, ibid.

Cura Reipublicæ Regi incumbit, ibid.

100 *Clerici negotiatores gabellam debent, & prò exactione executio in eorum bonis temporalibus à Laico fieri poteſt*, num.100.

101 *Clericus negotiator immunitate privatur*, num.101.

Clericus negotiator jure communi Laicorum, quantùm ad negotiationem uti debet, ibid.

Miles in Collegio exiſtens, declinare nequit juriſdictionem Rectoris ipſius Collegii, militiæ prætextu, ibid.

102 *Clerici vim inferentes, Regalias D.Regis uſurpantes, aut publicam quietem turbantes, corripi poſſunt per poteſtatem Sæcularem directivam, & etiam coactivam non contentioſam*, num.102.

Clerici, non inquieti, & Apoſtolorum imitatores eſſe debent, ibid.

103 *Pontifices ſoliti ſunt monere Principes, ut puniant Eccleſiaſticos Rempublicam turbantes*, numer.103.

Clerici ea facientes quæ dicta manent in num. 102. *puniri à Laica poteſtate valent in bonis temporalibus, & profanis*, ibid.

Bona temporalia Clericorum ſubjiciuntur juriſdictioni Regum, & aliorum Dominorum temporalium, ibid.

Laici Magiſtratus reſiſtere tenentur, impedire, & punire quamcumque etiàm minimam uſurpationem Regiæ juriſdictionis etiam adverſùs Clericos, ibid.

104 *Principes ad libitum novas contributiones imponebant in bonis patrimonialibus Clericorum*, numer.104.

105 *Bona temporalia Clericorum jure humano reguntur, & poſsidentur, & eo ſublato corruit poſſeſsio, atque Principis opem implorant, ut tutè poſsideant*, numer.105.

106 *Clerici òb res ſæculi, ſæculo tenentur*, num.106.

Clerici antiquitus Imperatoribus

bus parebant, & ſolvebant tributa, ibid.

Clerici hodie exempti ſunt à tributis etiam in bonis temporalibus ex benignitate Imperatorum, & à novis contributionibus ex Conſtitutionibus Pontificiis, ibid.

Quæ ſunt Cæſaris Cæſari reddenda ſunt, quæ ſunt Dei Deo, ibid.

107 *Clericus, qui voluerit non eſſe obnoxius Cæſari, quæ mundi ſunt non habeat*, num. 107.

108 *Epiſcopi quarè antiquitus non potuerint Clericos capere niſi Laicæ poteſtatis manu? & uſquequò hoc jus proceſſerit?* num. 108.

Epiſcopi antiquitus de ſpiritualibus in Eccleſia, & de Curialibus in Curia conveniebantur, ibid.

.... *Antiquitus territorio caruerunt*, ibid.

109 *Eccleſia Judicis Eccleſiaſtici territorium eſt*, num. 109.

Eccleſiaſtici Judices de quibus cauſis cognoſcant, & quo jure? ibid.

Cauſæ Eccleſiaſticæ ratione perſonæ, rei, vel loci, antè Principum abdicationem ad Sæculi Magiſtratus ſpectarunt, ibid.

Principes antiquitus magnam authoritatem in ſpiritualibus exercuerunt, ibid.

110 *Eccleſia eſt in Republica quoàd temporalia, non Reſpublica in Eccleſia*, num. 110.

Bona temporalia adhæſerunt Eccleſiæ per accidens poſt illam conditam, & ex diſpoſitione humana, ibid.

Sacerdotes antiquitus nihil terrenum poſſidere potuerunt, ibid.

111 *Clerici ſubditi Principis reputantur, & reputari volunt quoàd favorabilia*, num. 111.

112 *Leges temporales eos non ligant qui temporalibus carent*, num. 112.

Clerici dùm temporalem vitam gerunt, temporalibus ſubſunt, ibid.

Bona temporalia de temporali ſunt territorio, ibid.

Poteſtas Clericorum in criminibus, non in poſſeſſionibus eſt, àc propter illa, non propter has datæ ſunt illis claves, ibid.

Poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale, ibid.

Laicus poteſt in poſſeſſorio Judex eſſe contra Clericum, ibid.

113 *Clericis interdictum eſt nè profanis ſe immiſceant*, numer. 113. *& contrarium deteſtabile eſt*, ibid.

Clerici, à quibus abſtineri debeant? ibid.

114 ... *Negotiis ſæcularibus ſe immiſcentes non gaudent privilegiis Clericis conceſſis, & multas pœnas incurrunt*, num. 114.

.... *Non debent ambulare in contentione, & æmulatione*, ibid.

Contentio contraria eſt Eccleſiæ conſuetudini, ibid.

115 *Clericus depoſitarius conſtitutus à Judice Laico, poteſt ab ipſomet compelli ad reſtitutionem captis pignoribus*, num. 115.

116 ... *Tutor, curator, ſeu adminiſtrator Laici, converniri poteſt coràm Laico prò ratione reddenda, & etiam pro pupili debito ab ejus creditore*, num. 116.

117 ... *Teſtamentarius conveniri coràm Laico Judice poteſt*, num. 117.

Tutor pupili, & executor teſtamenti æquiparantur in jure, ibid.

Facti cujuſdam contingentia refertur, ibid.

118 *Clerici venantes, aut piſcantes contrà ſtatutum prohibitivum, à Laico Judice ſpoliari poſſunt avibus, canibus, & quibuſcumque aliis inſtrumentis concernentibus*, num. 118.

.... *Ligantur ſtatuto venationem, aut piſcationem prohibente*, ibid.

119 .... *Puniri ſecundùm* Doct. *Cortiad. nequeunt à Judice Laico pœ-*

pœnis pecuniariis, & impugnatur, num. 119.

120 Qui alterius Doct. ſententiam impugnat, ipſius argumentis ſatiſfacere debet, num. 120.

Viam ferro aperit, qui per contraria tranſit, & rumpit, ibid.

Facti cujuſdam contingentia refertur, ibid.

121 De una juriſdictione ad aliam, aut ad alterius Domini terminum tranſiri nequit abſquè Judicis, aut Domini licentia, etiam ex Jur. Divin. num. 121.

Qui transfert terminos proximi ſui maledictus eſt ex Jur. Deuter. ibid.

Venari, aut piſcari non licet in alieno territorio, aut poſſeſsione ſine voluntate Domini, ibid.

Uſus quorundam inſtrumentorum ad venationem prohibitus eſt; ad capienda verò quædam damnoſa animalia permiſſus; & quæ utraque ſint? ibid.

122 Leges, ſtatuta, edicta, & pœnæ ſtabilitæ ſunt, ut homines vitam, & mores rectè componant, & illarum metu juſta faciant, & mala vitent, & ad alios fines; & qui ſint? num. 122.

Iniquus non cognoſcit diſtantiam boni, & mali, ibid.

123 Leges Principis Sæcularis, ſtatuta, & edicta Judicum Laicorum obligant, & ligant Clericos tanquam Cives; & quomodo? num. 123.

Fruſtratoria eſſet lex, ſtatutum, & edictum, niſi poteſtas à qua emanavit efficax eſſet ad corripiendos inobedientes, ibid.

124 Juriſdictio ſine aliqua coercitione eſt inutilis, num. 124.

Juriſdictio in præcipiente non firmatur ſine obedientia, ibid.

Juriſdictio, & ſubjectio; imperium, & obedientia ſunt correlativa, ibid.

Vanum, & illuſſorium mandatum redderetur niſi eo ligatus obedire teneretur, ibid.

125 Repugnantia ſimùl ſtare non poſſunt, num. 125.

126 Judex Laicus executionem realem, non perſonalem facere poteſt contrà Clericum in profanis, numer. 126.

127 Quidam Doct. tenuit Clericos non ligari Laicorum ſtatutis, eò quòd paria eſſe putavit foro ſubjici, & ſtatutis ligari; & impugnatur, num. 127.

Qui foro ſubjicitur, univerſalitèr ſubjicitur, non qui ſtatutis quibuſdàm ſpeciali ratione ligatur; & quare? ibid.

Foro competenti parere neceſſe habemus, ibid.

128 Illud quod eſt minus generale, habetur loco ſpeciei, num. 128.

A particulari ad univerſalem non tenet conſequentia, nèc ab ſpecie ad genus, ibid.

129 Quædam imparitatis exẽmpla referuntur, num. 129.

Genus includit ſpeciem, ibid.

In toto pars continetur, non è contra, ibid.

130 Clerici, vaſſalli ſunt Principis Sæcularis, num. 130.

Epiſcopi quoad temporalia vaſſalli ſunt Principis Sæcularis, ibid.

131 Facti cujuſdam contingentia narratur, num. 131.

Quod ſcimus loqui poſſumus, & quod vidimus teſtari, niſi quadam de cauſa inconveniat, ibid.

132 Multi ſunt caſus in quibus Clerici, Sæculari ſubſunt juriſdictioni, & puniri poſſunt, num. 132.

133 Doct. Marta de inconſtantia notatus eſt à Doct. Carlevalio, numer. 133.

134 Clericus armis ſpoliari poteſt à Judice Laico poſt ſignum campanæ, num. 134.

135 Animalia Clericorum jure pignoris capi à Laico poſſunt prò damnis datis, & retineri donèc ſa-

ſatisfactio fiat damni , & pœnæ, num.135.

136 *Judex Laicus pignora capere poteſt Clericis negotiatoribus ob gabellam , & tributa , quæ debuerint*, num.136.

137 *Aucupium , & venatio Clericis prohibetur Jure Canonico*, n.137.

Capta à Clerico per venationem , auferri in pœnam criminis poſſunt à Laico Judice, ibid.

Vera dicere , noſtra què firmare non ſufficit , niſi etiam contraria refutentur, ibid.

138 *Argumentum proponitur à paritate àb Eccleſiaſtico Judice ad Laicum*, n. 138.

139 *Magna eſt differentia intèr Judicem Eccleſiaſticum , & Laicum; & in quibus , & quare ?* n. 139.

140 *Diſparitas ratio aſignatur inter utrumque Judicem*, n. 140.

141 *Bona Laici non ſunt in territorio Judicis Eccleſiaſtici*, n. 141.

Territorium Eccleſiaſtici Judicis reſtrictum eſt ad Eccleſiam,& ad Spiritualia, ibid.

Probatur noſtra concluſio , quòd Judex Eccleſiaſticus nequit executionem facere in bonis Laicorum; benè verò Sæcularis in bonis profanis Clericorum, ibid.

142 *Argumentum à perſonis ad bona frequens eſt in jure*, n. 142.

Injuſta dicitur detentatio , & carceratio Laicorum à Judice Eccleſiaſtico facta , propter defectum juriſdictionis , etiam in his cauſis in quibus competens eſt, cujuſcumque ſint naturæ, ibid.

Judex Eccleſiaſticus tamètſi juriſdictionem habet in Laicos in his caſibus in quibus competens eſt, uti dumtaxàt poteſt contrà illos pœnis ſpiritualibus , nullatenus verò temporalibus , nèc illos carcerare in ulla cauſa, ibid.

143 *Judices Laici de cauſis Clericorum , & Clerici ad eoſdem de conſuetudine recurrere valent*, n. 143.

144 *Clerici conveniri poſſunt ſuper actione reali coràm Judice Laico, ubi viget conſuetudo , ut in Valentino Regno , & generalitèr reconveniri*, n. 144.

145 *Non debet quis quem dedignare Judicem , cujus in agendo arbitrium ſequutus eſt*, n. 145.

146 *Clerici ad contributionem quoàd immobilia in dicto Regno Valentiæ compelli poſſunt abſquè Pontificis Bulla*, n. 146.

Judex Laicus in Valentiæ Regno poteſt abſquè Eccleſiaſtico procedere ad diſtractionem immobilium Eccleſiaſticorum , etiam ex cauſa coràm Eccleſiaſtico Judice agitata, ibid.

Judex Eccleſiaſticus in Valentino Regno non valet de cauſa bonorum immobilium cognoſcere.

147 *Eccleſiaſtici tàm Sæculares, quàm Regulares adquirere nequeunt in Valentiæ Regno immobilia bona , niſi certis conditionibus à D. Jacobo I. ordinatis*, numer. 147.

*Clerici coràm Sæculari Domino propter feuda conveniuntur.*ibid

. . . Conveniri poſſunt in dicto Regno coràm Sæculari in cauſa evictionis, ibid.

Fidejuſor per Clericum datus, coràm Sæculari Judice conveniri poteſt, ibid.

148 *Nullum horum , quæ præcedunt permitti poſſet ſi Clericorum exemptio jurisDivini eſſet*, n.148.

Pontifex diſpenſare nequit in Jure Divino, ibid.

Conſuetudo facere nihil poteſt contrà Jus Divinum, ibid.

149 *Judex Laicus quoties competens eſt ad cognoſcendum de cauſa Clerici , competens etiam eſt ad executionem faciendam in bonis temporalibus ejuſdem ; & multi ſunt caſus in quibus iſtud evenire poteſt*, num. 149.

150 *Judex Laicus poteſt contrà Cleri-*

ri-

ricum exequi ſuam ſententiam quando ei nocet, n. 150.

Facti cujuſdam contingentia refertur, ibid.

Admiſſa cognitione, regularitèr fruſtrà movetur quæſtio de executione, ibid.

151 *Clerici arma portantes ſpoliari, & puniri poſſunt à Judice Laico*, num. 151.

152 *Edictum Principis Sæcularis armorum prohibitivum comprehendit Clericos, & privilegiatos omnes*, n. 152.

153 *Arma turbant publicam quietem, & Reipublicæ ſtatum*, numer. 153.

154 *Armorus uſus Clericis prohibetur jure Canonico*, n. 154.

Clericus arma deferens, ſi tertiò à Prælato ſuo monitus non deſtiterit, amittit omne privilegium Clericale, & multas pœnas incurrit, ibid.

155 *Quædam* Doct. *Cortiadæ opinio refertur, & refutatur ex* Jur. Reg. n. 155.

Inquiſitio fieri poteſt ex Jur. Reg. *ſuper armorum delatione*, ibid.

156 *Clerici arma portantes àn civi-*
157 *litèr in temporalibus puniri in Hiſpania poſsint à Laico Judice ſicut in Galia?* n. 156.& 157.

158 *Pœna eos omnes comprehendit quos lex alligat, & à legis vinculo non ſeparatur exactio pœnæ*, num. 158.

Pœnæ ſanctio, portio legis eſt, ibid.

Lex neceſsitatem infert, & in exactione pœnæ neceſsitas conſiſtit, ibid.

In ſublunaribus finem præcedunt neceſſariò media, ibid.

Cui conceditur finis, conceduntur ea per quæ devenitur ad finem, & cui conceditur antecedens, regularitèr conceditur etiam conſequens, ibid.

159 *Lex omnis poſt ſe trahit execu-*
160 *tionem*, n. 159. & 160.

Gladium habere non debet ſine cauſa Legislator, ibid.

Qui malum fecerit, timere debet, ibid.

Fruſtrà ferretur lex ſi ſubditi ad executionem cogi non poſſent, ibid.

Inutilis, vacua, & nulla lex eſt ſine coercitione, ibid.

161 *Subjectio idem valet quòd ſub-*
162. *jectus, & ſubjectus idem quòd ſubditus, & alterius imperio parens, & Hiſpanè ſignificat: obra de ſometer, y ſojuzgado*, n. 161. & 162.

163 *Clerici omnes ſummiſsionem, & obedientiam Principi in temporalibus debent ex* Jur. Reg. *n.* 163.

164 *Laicus Judex retinere poteſt arma Clericis aprehenſa, nèc lex ulla Canonica hoc prohibet, neque vetat Civilis*, n. 164.

Nullà Canonica, vèl Civili lege invenitur prohibitum, quòd pecuniariæ pœnæ exactio à Laico Judice fiat ex bonis temporalibus Clericorum propter fractionem legis obligantis ipſos, ibid.

Quædam quæritur differentiæ ratio, & non reperitur, ibid.

165 *Publica utilitas, non ſolùm utilitati privatæ præfertur, ſed & ipſius Principis commodo*, n. 165.

Argumentum fit à paritate prò noſtra affirmativa concluſione, ibid.

166 *Argumentum fit contrà noſtram concluſionem, & diluitur*, n. 166.

Laicus Judex incapax omninò eſt inſtituendi proceſſum criminalem contrà Clericum, & ſi secùs fecerit, nullus eſt proceſſus, ibid.

Judex Laicus nullam juriſdictionem habet in Clericum, nequè ullam coertionem, ibid.

Immunitas Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum, Dei ordinatione, & Canonicis ſanctio-

nibus ſtatuta eſt, ibid.
Quam fidem faciant tertius, & quartus libri Eſdræ? ibid.
167 *Delicta, quædam dolo, quædam culpa ſolùm perpetrantur, & hæc tripliciter eſt*, num. 167.
Pœna delicto commenſuranda eſt.
Suadetur noſtra concluſio, & contrariorum fundamenta enervantur, ibid.
168 *Data authoritate, atque neceſſitate ſtatuendi òb Reipublicæ ſalutem, obligatio legis omnes etiàm Clericos comprehendit*, num. 168.
Clerici tenentur non ſolùm ad legem, ſed èt ad pœnam in lege contentam; & quare? ibid.
Cùm lex pœna muniatur, ſeparari à legis vinculo pœna non poteſt òb naturalem, & inſitam qualitatem, ibid.
Leges Principum ex Pontificum approbatione à Canonibus non differunt, ſuas què fecerunt Apoſtolici Antiſtites, ibid.
Clerici cogi poſſunt ad obſervantiam legum dummodo Canonibus non contradicant, ibid.
Lex juſta, & honeſta Principis Sæcularis, nèc Canonibus contraria, in quacumque re diſponat Clericos obligat ſi ipſorum mentionem faciat, quia ab ipſis Romanis Pontificibus tacitè videtur recepta.
Legis condendæ poteſtas fruſtraretur ſi ad earum executionem opportuna poteſtas deficeret, ibid.
169 *Quod Papa confirmat, nemo infirmat*, num. 169.
170 *Princeps ſtatuta, & leges facere poteſt quæ jus Canonicum confirment, & roborent, interpretentur, & declarent*, num. 170.
Armorum pœna, & quævis alia à Clericis debita, exigi in temporalibus à Laico poteſt extrajudicialitèr, & ſine proceſſu, ibid.
Judicialis cognitio contra Clericos ſublata eſt, non verò extrajudicialis, ibid.
Extrajudicialis cognitionis proceſſus, ut ità vulgò dicam, quomodo formetur? ibid.
171 *Reſumuntur noſtræ concluſionis fundamenta*, ibid.
Princeps liberè ſine Pontificis conſenſu leges ferre poteſt, ibid.
172 *Caſus difficilis quis propriè dicatur?* num. 172.
Nihil tàm difficilè eſt quin inquirendo inveſtigari poſſit, ibid.
Deprecatio ſit ad Supremum Senatum, ibid.
Supremi Magiſtratus in juriſdictionum controverſia, aut juris quæſtione valdè difficili, dubium referre D. Regi tenentur, aut à Conſilio abſtineri in judicio, ibid.
Reſpondere abſquè contentione concluſioni noſtræ opportunum erit, ſi quiſnam fuerit diffiſſus, ibid.
173 *Clerici tenentur ad contribuendum prò perimendis, & colligendis locuſtis, & compelli poſſunt à Judice Laico captis pignoribus ſi ipſorum Superiores negligentes fuerint*, num. 173.
174 *Arma magis lædunt publicam utilitatem quàm locuſtæ; & quare? & probatur noſtra concluſio*, ibid. & num. 174.
175 *Judex Laicus poteſt capere pecora, & alia animalia quorumcumque Eccleſiaſticorum damnum dantia, & alia etiam pignora prò ſatisfactione damni, & pœnæ*, num. 175.
Et etiam animalia capere quicumque privatus poteſt, ibid.
Facti contingentia refertur, & praxis, ibid.
Arma magis offendunt publicam utilitatem, quàm animalia.
176 *Judex Laicus poteſt Clericum coràm eo litigantem in expenſas, ſi meruerit condemnare*, n. 176.
Judex cauſæ principalis, eſt etiam Judex expenſarum, ibid.
Judex Laicus poteſt in temporalibus

bus Clerici in expenſas damnati executionem facere, ibid.

Arma majus inferunt præjudicium publicæ utilitati quàm temeraria lis, ibid.

177 Judex Laicus poteſt capere bona Clerici negotiatoris prò exactione gabellæ ab eo debitæ, & cognoſcere àn negotiator ſit, àn non, ſi de hoc dubitetur, n. 177.

Clerici negotiatores in infima claſſe fidelium locantur, longè què omnium abſunt à perfectione evangelica, & noſtræ probantur concluſiones, ibid.

178 Bona Clericorum varia ſunt; & quæ ſint Patrimonialia? n. 178.

Revertere unde veneris, nihil grave eſt, ibid.

179 Praxis, & ſtylus refertur defendendi Regiam juriſdictionem, n. 179.

180 Laici ſe ſubmittere non debent, nèc poſſunt Judici Eccleſiaſtico, nequè iſtius juriſdictionem ullo modo prorrogare, nèc Regiam declinare, nèc comparere coràm ipſo abſque invocatione brachii Sæcularis, n. 180.

Laici compelli nequeunt àb Eccleſiaſtico Judice ut coràm ipſo declarent, ibid.

Laici quovis modo ex dictis, Regiæ juriſdictioni præjudicantes, puniri poſſunt à Sæculari Judice,

181 Judex Laicus tenetur ſubditos ſuos defendere, & impedire Regiæ juriſdictionis uſurpationem, num. 182.

Judex Laicus, ſi opus fuerit, exhortare poteſt Eccleſiaſticum Judicem, abſque metu excommunicationis, ibid.

182 Regiæ juriſdictionis defenſio expenſis pœnarum fieri debet, etiàm Cameralium in neceſsitatis cauſa, abſque licentia regia, & quædam diluitur objectio, n. 182.

183 Exempla non reſtringunt regulam ad caſus expreſſos ſi reſponſio, & diſpoſitio generalis eſt comprehendens omnes ſimiles caſus, n. 183.

Regia juriſdictio, & quædam aliæ lites defendi poſſunt ex propriis bonis Civitatis, & in defectum collecta imponi poteſt, ibid.

184 In legum interpretatione, non tàm verba ſpectanda ſunt, quàm mens, & intentio Legislatoris, num. 184.

Intentio non debet verbis deſervire, ſed verba intentioni, ibid.

Verba non ſunt captanda, ſed qua mente ſint dicta animadvertere convenit, ibid.

Re intellecta faciles eſſe debemus in verborum uſu, ibid.

185 Verba non debent intelligi ſecundùm quod ſonant, n. 185.

Lex non eſt impoſita verbis, ſed rebus, ibid.

Ceſſante ratione legis, ceſſat lex, ibid.

Ceſſante cauſa finali, ceſſat diſpoſitio, & effectus, ibid.

Probatur concluſio ſtabilita in n. 182. ibid.

186 Ubi eſt eadem ratio, eadem debet eſſet juris diſpoſitio, n. 186.

Identitas rationis facit quòd caſus non expreſſus ſit comprehenſus in caſu deciſſo, & quòd caſus omiſſus habeatur prò expreſſo, ibid.

Species expreſſa cenſeri debet loco exempli, ibid.

187 Similis æquitatis ratio, ſimilia jura ſuadere videtur, n. 187.

A diverſis non fit illatio, ibid.

188 De ſimilibus, ſimile debet eſſe judicium, n. 188.

189 Pœnæ quæcumque cùm expenduntur, præcipuè Camerales, earundem redintegratio proteſtanda eſt; & quomodo? n. 189.

190 Neceſsitas facit licitum quod aliàs eſt illicitum, n. 190.

Ætymologia nominis Neceſsitas declaratur, ibid.

Neceſsitas non habet ferias, nèc legem, ibid.

191 *Civitatis, aut Opidi bona aſſumi poſſunt ad juriſdictionis defenſionem ſi pœnæ non ſuppetunt, aut non ſufficiunt*, num. 191.
192 *Neceſſitate impellente collecta imponi poteſt inter vicinos etiam exemptos*, num. 192.
Cauſa juriſdictionis eſt popularis, & ad omnes tangit, ibid.
193 *Iterum probatur noſtra concluſio in* num. 182. *expoſita* n. 193.
Facti contingentia, & judicium refertur, ibid.
Regium Superius Tribunal conſulendum eſt, quoties corporalis pœna in ſententia continetur ab inferiori Judice prolata, ibid.
Longum iter eſt per præcepta, breve, & efficax per exempla, ibid.
194 *Argumento clarior fit noſtra concluſio, & quorundam DD. eliditur ſententia*, num. 194.
195 *Potius quærenda eſt ratio quàm authoritas ſequenda, nec deterrere hæc debet etiamſi ſublimis ſit* Doct. *ut contrà illam veritas non indagetur*, num. 195.
196 *Frequentèr contingit homines variè cenſere, & diverſimodè judicare*, num. 196.
Variæ ſunt hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam gratificari volentium, ibid.
197 *Probabilius, & veriſimile ſemper eſt ſequendum*, num. 197.
198 *Inveriſimilitudo imaginem habet falſitatis*, num. 198.
Inveriſimilia diſonant, ibid.
199 *Judices Ordinarii àn per ſe ſoli poſſint liberationes pœnarum, aut etiam bonorum Civitatis emittere abſquè Decurionum concurſu, àn accummulativè cum illis?* numer. 199.
200 *Reſolutio traditur prò privativa judicum facultate*, num. 200.
201 *Multa Sacræ Paginæ loca referuntur adversùs homines illos, qui faciunt, loquuntur, aut judicant, & accuſant contra alios idipſum, quod per eos actum eſt*, num. 201.
Itèm probatur noſtra concluſio ex Jur. Reg. ibid.
202 *Deindè probatur à ratione*, numer. 202.
Quilibet Judex Ordinarius per ſe ſolus rationem pœnarum reddere tenetur in ſindicationis judicio abſque Decurionibus, ibid.
203 *Soli Judici abſque Decurionibus pœnarum ratio reddenda eſt ab illarum depoſitario ex* Jur. Reg. *& ſolus Judex ejuſdem electionem habet ex* eod. Jur. Reg. num. 203.
204 *Singularis locutio de unica perſona intelligitur, & pluralis, duorum, aut trium numero contenta eſt*, num. 204.
205 *Probatur quoque ab inconvenienti noſtra concluſio*, num. 205.
Nullus de facto alieno teneri poteſt, nèc deterioris conditionis fieri alterius cauſa, ibid.
206 *Inſuper probatur etiam ab inconvenienti noſtra concluſio*, numer. 206.
Cauſæ criminales viciſſim ſinè magnis expenſis fulminari, & definiri nequeunt, ibid.
207 *Liberationes bonorum Civitatis, aut Opidi nullatenus fieri poſſunt à Rectoribus, abſquè Judicis interventu ex* Jur. Reg. *niſi minutæ ſint expenſæ, de quibus informari Judex debet*, num. 207.
Expenſæ minutæ, quæ intelligantur, aut ſint? ibid.
208 *Decuriones quantacumque magna vigeant dignitate capi poſſunt, & in carcerem detrudi à quocumque ſuo Ordinario Judice, & ipſi neminem capere poſſunt, illo præſente*, num. 208.
209 *Decuriones quemcumque Reum in fragranti repertum capere poſſunt, cùm nullus adeſt juſtitiæ miniſter; & quarè?* num. 209.
210 *Clericus in fragranti repertus* ar-

arreſtari poteſt à quocumque privato, num.210.

..... *Capi, ligari, & detineri à privato poteſt, ut eum à flagitio divertat*, ibid.

..... *Capi etiam poteſt ab Officiali publico ratione boni communis, & titulo defenſionis Reipublicæ abſente Prælato ex indulgentia Innocentii IV.* ibid.

..... *Capi poteſt ſi familia poteſtatis inveniat ipſum de nocte, nec cum lumine incedat honeſtè; & quare?* ibid.

..... *Capi poteſt abſente Prælato cùm ad alterius injuriam præparatus eſt, & compeſci nequit*, ibid.

211 ..... *Coerceri poteſt à Judice Laico ubicumque Eccleſiaſtica poteſtas deficit*, num.211.

212 *Præoccupatur objectio diſciſſuræ factæ, & ratio illius redditur*, num.212.

213 *Reſtitutio termini adversùs omiſſam probationem, & allegationem petenda eſt intrà quindecim dies publicationis*, num. 213.

Ablativus abſolutus conditionem importat, ibid.

Conceſsio ad determinatum tempus ulterius protendi non debet, ibid.

214 *Judex ſecundùm leges indicare debet maximè juxtà recopilatas*, num.214.

Leges recopilatæ obligant omnia tribunalia etiàm ſuperiora ex Jur.Reg. ibid.

Amentis eſt dicere quaſdam leges recopilatas corruptas eſſe per non uſum, ibid.

Leges recopilatæ impræſcriptibiles ſunt per non uſum, aut per contrarium uſum ex Jur.Reg.ibid.

Leges recopilatæ obligant quamvis publicatæ non ſint, ibid.

215 *Judices Laici vigilantiſsimi debent eſſe in defenſione Regiæ juriſdictionis*, num.215.

Judices, & etiam Advocati inquirere debent quoſcumque etiam minimos defectus proceſſus Eccleſiaſtici ad violentiæ recurſum benè præparandum, & defendendum, ibid.

Judices prompti eſſe debent ad puniendum non tantùm graviora delicta, ſed etiam levia, & venialia, ibid.

Judices crudeles dici nequeunt eò quòd venialia delicta puniant, ibid.

Severitas in punitione delictorum, ars eſt benè vivendi, ibid.

Judices Deum timere debent, ibid.

Judices pugnare debent prò juſtitia, ſine timore humano, ibid.

216 *Judices facere debent judicium, & juſtitiam*, num.216.

Judices impatientes debent eſſe injuriæ alienæ, & injuſtitiæ, ibid.

Qui antecedentia fecerint, boni Judicis præmia conſequentur; & quæ iſta ſint? ibid. remiſſ.

Qui ſecùs fecerint, mali Judicis pœnas patientur; & quæ hæ ſint? ibid. remiſſ.

217 *Tanta cura in Judicum electione adhiberi debet, ut tales ſint electi qui tamquam boni ſe gerant*, num.217.

Quæ ſervari debeant in electionibus quoàd officia, tàm Eccleſiaſtica, quàm Sæcularia? ibid.

218 *Nobiliores in electionibus ad officia, ſignantèr Sæcularia præferri debent*, num.218.

219 *Judex Laicus poteſt Clericum capere, & ligare ſine metu excommunicationis, & ſine peccato, ſi aliàs vitari non poteſt quòd injuriam inferat*, num.219.

Clericus à Laico capi poteſt ſi Alguazelum injuriaverit, ſi aliàs compeſci nequit, ibid.

Quidam ſunt Clerici adeò inurbani, ut in contemnendo Judices Sæ-

Sæculares gloriam , & honorem conſtituant, ibid.

Nemo fratrem ſuum ſpernere debet ; & quarè ? ibid.

220 *Clericus capi à Laico poteſt ſi juſta ſuſpicio ſit pacem publicam ab eo turbari*, num.220.

P. Dian. reprehenditur à D. Creſp. ibid.

Exemptio Clericorum , jura ſubjectionis omninò non ſubſtulit, ibid.

Clericus à Laico capi poteſt ad vitandum inſtans delictum, ibid.

Captura dumtaxat juriſdictionalis Clerici prohibita eſt à Bulla Gregoriana , non paternalis , & ſubſidiaria, ibid.

221 *Quæritur differentiæ cujuſdam ratio, & non invenitur*, num.221.

Actus qui fieri poteſt ex duplici poteſtate , ſi ſimplicitèr fiat , cenſetur ex ea factus ex qua ſubſtineri poteſt, ibid.

222 *Quando actus fieri poteſt cum delicto , & ſine illo , ſemper præſumitur , & fit interpretatio in excluſionem delicti*, num.222.

223 *Clericus de fuga ſuſpectus à Laico capi poteſt , & ſi alitèr ab injuria compeſci nequit*, n.223.

224 *Quilibet privatus capere poteſt Clericum debitorem ſuum fugientem , abſque metu excommunicationis , aut etiam de fuga ſuſpectum , vèl rem ſuam aſportantem*, num.224.

Clericus capi à Laico poteſt quando contrà ipſum delictum committit, ibid.

.... *Capi poteſt quando eum provocat , & diffidat ; & quarè?* ibid. remiſſ.

..... *Offendens Officiarios Regios , civilitèr puniri in profanis à Laico poteſt*, ibid.

225 ..... *Irreverentèr loquens coràm Laico , capi ab iſto poteſt*, numer.225.

..... *Ex propoſito non ſervans debitum honorem Laico , eum non ſalutando , & caput non detegendo , capi ab eodem poteſt*, ibid.

.... *Reſiſtens Judici Laico exequenti , capi poteſt*, ibid.

..... *Quædam ex prædictis faciens , non modò capi , ſed & mulcta pecuniaria puniri à Laico poteſt*, ibid.

226 .... *In omnibus prædictis caſibus capi , & carceri mancipari ſine metu excommunicationis à Laico poteſt in vim defenſionis*, num.226.

..... *Offendens Judicem , maximè eum non ſalutando , capi à Laico poteſt*, ibid.

Honor præcipuè in ſalutatione conſiſtit, ibid.

Clericus capi à Laico nequit in quoquam ex dictis caſibus ſi alitèr ab injuria compeſci poteſt , aut grave periculum in mora non eſt, ibid.

227 *Clericus cauſam dans , ut juſtè à Laico capi poſsit , & debeat , ut ad ſuum Judicem Eccleſiaſticum illum remittat , manibus teneri , reprimi , & ligari ab Alguazelo poteſt*, num.227.

..... *Remitti debet ad ſuum Judicem , decentèr , & non ignominioſè*, ibid.

..... *Remitti poteſt cum catena cuſtodiæ cauſa , maximè ſi reſiſtat remiſſionem fieri; & quid de conſilio ?* ibid.

Facti contingentia refertur, ibid.

.... *Remitti poteſt cum cuſtodibus expenſis ipſius Clerici , aut ipſo inope exiſtente , expenſis ipſius Prælati , & ſatius hoc eſt quàm cum catena*, ibid.

Alimenta Clerico præſtita à die capturæ uſquè ad diem traditionis, ſolvi debent ab eodem, aut ab ejuſdem Prælato, ibid.

228 *Ratio traditur òb quam caſus omnes proximè relatos in præſenti quæſtione deduxerimus*, n.228.

QUÆSTIO II.

UTRUM EPISCOPI POSSINT HABERE familiam armatam; & àn Laicos carcere valeant.

1 CUM in antecedenti quæſtione, de juriſdictionis, ſivè poteſtatis Epiſcopalis origine egerimus, inſpiciendum modò venit, àn hæc Epiſcoporum poteſtas ſit meri, aut mixti imperii, àn utrumque includat, ſivè ut clarius univerſis, & utilius dicamus, àn poſsint habere familiam armatam, Laicos què carcerare.

2 Multi fuere, qui non tantùm de Laicis, horum vè reſpectu, verùm & de Clericis hujuſmodi poteſtatem negarunt, firmitèr tenendo neutros capi ab Epiſcopis poſſe, quos refert D.Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. in princ. allegat.* 107. *p.* 3. & alios addit *in num.* 35. *ad med.* & dicemus *infr. h. q. num.* 108. Verumtamèn de puncto iſto noſtrum non eſt agere quantùm ad Clericos attinet, & inveriſimile judicamus, Epiſcopos hac poteſtate carere circà Clericos in cauſis criminalibus corripiendos, ad quod ſummè neceſſaria eſt copia perſonæ ut legitimè ſubſtantietur proceſſus; nequè haberi poſſent niſi caperentur, utpotè naturali ratione ſuademur, experientia què docemur, Reos criminum, pœnam aufugere, adeoquè perſonam ſubtrahere. Adhùc tamèn magis arduum putamus prædicta poteſtate Epiſcopos fungi circà Laicos carcerandos utpotè exemptos, cùm expreſsè reſiſtat præceptum negativum *noſ. Jur. Reg. in l.*14. & 15. *t.*1. *lib.* 4. *Recop.* quarum Rubricæ ſic ſe habent. *Que los Jueces de la Igleſia no prendan las perſonas, ni hagan execucion en bienes de los Legos. Que ningun Fiſcal, Alguacil Ecleſiaſtico pueda prender, ni hacer execucion en perſona Seglar, ni en ſus bienes*; & cum multis docent Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *num.* 170. Curtell. *de Priſc.* & *recent. Eccleſ. libert. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 16. & 64. àc penè innumeri apud Ayll. ad Gom. *tom.*3. *cap.* 10. *num.*8. verſ. *Item*, prætèr alios *infr.* referendos. Etenim familia armata Epiſcopis non convenit; idem Curtell. *dict. quæſt.*10. *per tot.* & *quæſt.* 98. *eod. lib.* 2. *in duabus ultim. lineis,num.*3.& eſt maximè notandum, quòd lex ſemper intelligenda eſt eo modo, qui magis verbis Rubricæ, ſub qua ſita eſt conveniat, D. Molin. *lib.*1. *de Primog. cap.*12. *num.*28.

Quamvis enim in aliquibus caſibus, videlicèt in ſpiritualibus omnibus, & mixti fori delictis (in quibus præventioni locus eſt apud omnes, ex quibus ſunt P. Pichler *Soc. Jeſu, in Jus Canon. lib.*2. *t.* 2. *num.* 54. Jul. Clar. *in Prax. Crim. lib.* 5. *Sent.* §.*fin. quæſt.*37. & §. *Hæreſis, n.*25. cum aliis ab his relatis, & in illis juriſdictio præventione adquiratur, juxtà communem, teſtante Marta *de Juriſd. part.* 4. *caſ.* 147. *num.* 1. & *part.* 2. *caſ.* 2. *num.* 20. & 21. Miñan. *in Baſ. Pontif. juriſd. pag.*764. *num.*69. Carlev.*de Judic. lib.* 1.*t.*1. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *per tot.* ubi videri 3

po-

poteſt quid ſit præventio , ſicut & in *num. 869.* & quotuplex ſit *num. ſeq.* àc de ejuſdem effectibus , ex *num. 898.*) Eccleſiaſticus Judex, qualis eſt Epiſcopus, & etiam ab illo deſignatus, poſsit in Laicos animadvertere monitione , diſciplina , & correctione ſpirituali , & cum armis ſpiritualibus ſivè Eccleſiaſticis tanquàm talis Judex Eccleſiaſticus, cùm iſta duntaxàt propria ſint militiæ Clericorum juxtà Curtell. *lib. 2. quæſt.* 10. *num.16. & 32.* & 2. ad Corinth. 10. *verſ.4. Nam arma militiæ noſtræ carnalia non ſunt*, nequaquam verò armis temporalibus, *l. 6. tit. 4. lib. 1. Recop.* quæ ſic incipit: *Los Jueces Eccleſiaſticos no pueden , ni deben uſar para execucion de la Juſticia Eccleſiaſtica , ni aprovecharſe de las armas temporales* , quia prætèr alia fundamenta , & prætèr D. Pauli doctrinam proximè relatam , propria & quidèm privativa ſunt arma temporalia Judicum Laicorum , ut cum aliis tenet Seſſe *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap. 9. §. 2. ex num. 30.* nàm arm. Regni , & arma Sacerdotii à Deo diſcreta ſunt, Curtell. *lib. 2. quæſt. 4. num. 67. in fin.* juncto *num.48. & q.10.n.49.*

4 Licèt enim P. Pirhing. *h. t.* defendat *in ſect. 3.§.3. num. 56.*probabilius eſſe Epiſcopum poſſe Laicos capere , & incarcerare non ſolùm in cauſa hæreſis, juxtà *cap. Ut commiſsi 12.* & *cap. Ut Inquiſitionis 18. de Hæret.* in 6. ſed etiam òb alia crimina , ſivè merè Eccleſiaſtica , ſivè mixta (cum ipſius venia , & ſalva conſuetudine quibuſdam caſibus , de cujus vi theoricè dubitamus ex dictis , dicendis què) non probat ratio in qua ſe fundat , quæ conſiſtit in eo, quòd ad merum imperium quod Epiſcopus habet , & exercet in ſuo foro Eccleſiaſtico , pertinet jus facinoroſos capiendi , incarcerandi , & puniendi ; nam præterquàm quòd hæc omnia abſolutè prolata , & ad Laicos contracta , falſa videntur tanquàm expreſsè contraria Regiæ diſpoſitioni legum recopilatarum *in num. 2. & 3.* citatarum & doctrinæ Jul. Clar. *lib. 5. Sent. §. fin. quæſt. 37. num.* 8. D. Epiſcopi Covarr. *Pract. QQ. cap. 10. num. 2.* cum aliis quos refert , reproductis etiam hucuſquè dictis ; retorquemus argumentum.

Judex Sæcularis poteſt mulctam indicere adversùs Eccleſiaſticos , qui ſuis gubernativis , & æconomicis Ædictis non obtemperant , aut legibus municipalibus , quas vulgò dicimus *de Ordenanza* , Carlev. *de Judic. lib.1.diſp.2.q.3.n.* 158. Ant. Sabel. *in Summ. diverſ. tract. §. Clericus 18. num. 65.* verſ. *Contrariam nihilominus* cum maxima DD. turba , & ex *num.* 44. cum proximè referendis; aut cùm regiarum legum ordinationi certis caſibus contraveniunt in Reipublicæ damnum, eò quòd illis omnibus parere debent , & ligantur ratione directiva proptèr publicam utilitatem , & commune bonum Clericorum , & Laicorum , & quia veniunt nomine Civium , & eorum privilegiis gaudent , àc fruuntur omnibus Reipublicæ commodis , ſicut cæteri vicini ex ſententia D. Covarr. *tom. 1. part. 2. cap. 6. in Init. num. 20. & Pract. QQ. cap. 33. & cap. 35. num. 4.* cum *ſeqq.* & Canoniſtarum in *C. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtit.* ubi Decius *num. 27. in fin.* Panorm. *num. 13.* Felin. *à num. 37.* ſignantèr *num.* 80. *&* 81. Salced. *Prax.Crim.cap.55.* Bellarm. *lib. 1. de Cleric. cap. 28.* Sot. *de Juſt. & Jur. lib. 1. quæſt. 6. art. 7.* Victor. *de Poteſt. Eccleſ. relect. 1. quæſt. ult.* Medin. *de Reſtit. q. 36.* Caſtr. *de Leg. pœn. lib. 1. cap. ult.* Suar. *de Legg. lib. 3. cap. 34. lit. A. §. Nihilominus, n. 6.* Laiman. *de Legg. lib. 1. tract.4. cap.13. per tot.* Villar. *Goviern. Eccleſ. p.2.q.12.art. 5. per tot.* Vazq. 1. 2. *q.96.art.5.diſp.167. cap.*

cap. 4. *num.* 28. Arav. in D.Thom. *quæſt.* 97. *diſp.* 3. *ſect.* 5. *diffic.* 4. *num.* 9. D. Auguſt. Barboſ. *in Repert. Jur. Canon.* verb. *Lex*, *pag.* 133. *col.* 2. ubi multa notabilia reperies, P. Thom. Delben. *de Immunit. Eccleſ. cap.* 9. *dubit.* 1. quaſi per *tot.* ſignantèr *num.* 2. Valer. *de Different. utriſq. for.* verb. *Clericus differ.* 1. *num.* 2. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 122. cum *ſeqq.* D. Salg. *de R. P. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 64. & 65. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 8. *num.* 1. 2. 19. & *per tot. quæſt.* 16. *num.* 10. & *quæſt.* 21. *num.* 16. & 17. Cur. Philip. *part.* 1. §. 5. *num.* 4. etiamſi minimi Magiſtratus ædicta ſint bonæ inquam gubernationis, obediendum adhùc eſt, nè Prætoris Majeſtas contemni videatur, *l. Ait Prætor*, §. *Ait Prætor*, *ff. de Nov. oper. nuntiat*, *l. pen. ff. de Inſtit. legat. l. Servo*, §. *Cum Prætor*, *ff. ad Trebel.* Mart. *de Juriſd. part.* 1. *caſ.* 52. *num.* 12. (& ſi Clerici contra fecerint, poteſt Judex Sæcularis ex æconomica poteſtate mulctas illis imponere, & in eorum bonis exequi, Parej. *de Inſtrum. edit. reſol.* 9. *à num.* 79.) & ità expreſsè deciſſum eſt in Regia *Pragmat. D.D. Philippi V.* relata in *Aut.* 4. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop.* his verbis: *Cuyas leyes*, *y Reales reſoluciones reſpectivas à las coſas*, *y no à las perſonas*, *que miran al bien comun*, *y mejor regimen de eſtos mis Reynos*, *obligan directivamente à los Eccleſiaſticos como miembros del Cuerpo politico*, *ſin ofenſa de ſu immunidad*, & *Aut.* 1. *dict. tit. & lib.* cum *l.* 11. & 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* atquè dicemus etiam *infr. n.* 123. & 130.

6 † Ergo poterit etiam dictus Judex Laicus mulctam exigere propria authoritate ex bonis Eccleſiaſticis? Conſequentia eſt falſa, tamètſi antecedens eſt verum: nota quòd dixi, *ex bonis Eccleſiaſticis*; fortè enim habebit Clericus bona temporalia, & profana, quæ ſequeſtrare poterit, ut diximus ex Pareja, ubi proximè, & latius dicemus *infr. h. q. à num.* 85. *cum ſeqq.* & *à num.* 100. *uſq. ad* 177. & ſignanter *in num.* 126. & *Membr.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 36. aliis què in locis.

Ità paritèr, licèt Laicus ſemèl quòd delictum commiſsit Eccleſiaſticum, vèl mixtum, Reus factus ſit Eccleſiaſticæ juriſdictionis (privativè in primo caſu, in ſecundo verò dumtaxàt præventivè) cùm tamèn perſona ſempèr induta ſit Sæculari qualitate, & de illa proptèr delictum Eccleſiaſticum nudari non poſſit, nèc Eccleſiaſticam induere, quia ſempèr Laicus manet, indè eſt, quòd executio in ejuſdem perſonam, aut bona fieri nequit abſquè brachii Sæcularis auxilio, *cap.* 1. *de Offic. Ordin. cap. Poſtulaſti de Homic. cap. Cùm Laicus*, *de For. comp. l. Placet*, *C. de Sacroſ. Eccleſ.* D. Covarr. *tom.* 2. *Pract. QQ. cap.* 10. *num.* 2. Jul. Clar. *lib.* 5. *ſent.* §. *fin. quæſt.* 37. *num.* 8. Seſſ. *de Inhibit. cap.* 9. §. 2. *ex n.* 30. Villad. *cap.* 2. *Inſtruct. n.* 50. *pag.* 38. Cortiad. *deciſſ.* 26. *num.* 58. ſignantèr 60. & 63. *deciſſ.* 231. *num.* 4. & 6. & *deciſſ.* 232. *num.* 30. *l.* 14. & 15. *tom.* 1. *lib.* 4. *Recop.* quia Judex Eccleſiaſticus non poteſt carcerare Laicos extrà caſum hæreſis, vèl ſortilegii, ut tenet idem D. Covarr. ubi proximè, & latius *infr. h. q. à num.* 42. *ad* 51. ſignantèr *num.* 47. & *num.* 95. cum *trib. ſeqq. à n.* 141. & 142. àc defendit D. Barboſ. *in Repertor. Jur. Canon.* verb. *Eccleſiaſticus*, *pag.* 68. *col.* 1. aſſerens communem eſſe opinionem, quam cum multis probat, & quòd Judex Eccleſiaſticus non poteſt allegare conſuetudinem ſicut etiam tenet Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *n.* 170. cum aliis quos *in not. margin. allegat. lit. d.* ut ſunt Segur. & Azeved. etiam docet Paz *Prax. Eccleſ.*

tom.

tom. 2. *prælud.* 2. *num.* 55. (quod berè nota) quia Laici immediatè, & directè ſubſunt juriſdictioni Sæculari, *l.* 14. *t.* 1. *lib.* 4. *Recop. l.* 15. *eod. tit. & lib.* Joann. Dartiſsius *in Comment. Decret. Graciani, part.* 1. *pag.* 20. *col.* 2. *lit. E.* Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. verſ. *Por las quales palabras*, & verſ. *Tambien hace*, & *num.* 167. multi apud Miñan. *Baſſis Pontif. juriſd. pag.* 192. *ſect.* 2. *num.* 51. quamvis hic contrariam tenet per *tot. ſect.* 3. *ex pag.* 197. nequivit autèm ſufficientèr ſolvere difficultatem quam agnovit *in pag.* 200. *num.* 73. ſe què temperavit *in pag.* 206. *n.* 86. & dicemus *infr. q.* 3. *n.* 59.

8 Nec mirum eſt quòd Judices Eccleſiaſtici non poſsint carcerare Laicos adhùc in cauſis in quibus ipſi ſunt competentes contrà illos, ut dictum reliquimus *in nn.* 34. & *anteced. n.* 7. àc dicemus *infr. num.* 36. & melius *in num.* 142. nàm non omnibus Judicibus, quibus cognitio, àc definitio alicujus cauſæ jure competit, licet, nèc permiſſum eſt, quæ ſemèl definierint executioni mandare, ſiquidem multa ſunt quæ liberam hanc executionem abſquè alterius Judicis auxilio, & miniſterio poſsint impedire, D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 10. antè *num.* 1. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *per tot.* ſignantèr *num.* 167. allegatus à D. Salgad. *de R. P. part.* 2. *cap.* 4. *ex num* 36. *cum ſeqq.* ubi penè innumeros DD. producit, àc multa jura Canonica, *Partit. & Recop.* ità ut ſi legerit qui anceps fuerit, pacem inveniat, & anxietatem abjiciat, vide etiam Cortiad. *deciſ.* 132. *num.* 30. & præterquàm quòd putari non debet id falſum eſſe quod omnes aut plures ſenſerunt, D. Solorz. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 29. verum abs dubio eſt, quòd juriſdictio competit, vèl ex juris diſpoſitione, vèl ex conceſsione aliqua, D. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 30. Utrumque porrò abeſt à Judice Eccleſiaſtico quoàd Laicos, nèc in aliquo legitur Doctore niſi opinativè: ergo undè carcerandi facultas? Si ad jus non ſcriptum, conſuetudinem nempè recurſus fiat, obſtant quæ dicemus *infr. h. q. num.* 44. & ſententia D. Barboſ. *in Repert. Jur. Canon.* verb. *Eccleſiaſticus, pag.* 68. *col.* 1. ubi tenet, quòd in puncto iſto non poteſt allegare conſuetudinem Eccleſiaſticus Judex, ut jam diximus *in num. anteced. circ. fin.* cum aliis.

9 Et quamquàm replicent aliqui quòd iſta procedere nequeunt in caſibus exceptis, ſcilicèt, in ſpiritualibus, & mixtis delictis, quorum cognitio, ſignantèr illorum privativè pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, adeoquè privativè etiam pertinere debet in Laicorum perſonas, & bona, executio, quin Sæcularis Judex quoquo prætextu immiſceri valeat niſi cum offenſione Eccleſiaſticæ juriſdictionis: non obſtat, nàm præterquàm quòd in ſuo robore manent rationes *in nn. anteced.* expoſitæ, reſpondetur, quòd quamvis permitteremus gratis auxilii Sæcularis implorationem non eſſe ſimplicitèr neceſſariam (quod minimè concedimus) negari non valet quòd ſecundùm quid neceſſaria ſit, nàm ad hoc ut Judici Laico innoteſcat ſubditum ſuum in caſum exceptum deliquiſſe, opus eſt ejuſdem auxilium inplorari *ex noſ. Jur. Reg. in LL. ſup. citat. num.* 1. & 6. ſic ſentientibus DD. *in duob. nn. anteced.* allegatis, actorum què proceſſum, aut authenticum tranſumptum exhiberi † aliàs 10
auxiliare non tenebitur ex ſententia Avilleſii *in C. Prætor.* 20. *Gloſſ. in* verb. *Uſurpan, num.* 20. Sabel. *diverſor. tract. tom.* 2. §. *Judex* 41. *num.* 32. verſ. *Si tamèn*, nèc illius ſententiam exequi cognitione non habita ex *eod.* Sabel. *tom.* 1. §. *Clericus* 18. *num.* 80. & verſ. *An autèm*, & *tom.* 4. §. *Sacerdos* 1. *num.* 2.

2. verſ. *An autèm*, Menoch. *de Interd. remed.* 3. *de Retin. poſſeſſ. n.* 360. & colligitur ex Villad. *cap.* 2. *Inſtruct. num.* 50. *pag.* 38. & *cap.* 5. §. 20. *n.* 53. & 54. *pag.* 211. D. Salgad. *de R. P. part.* 3. *cap.* 16. *n.* 34. Cortiad. *deciſſ.* 132. *num.* 55. & *deciſſ.* 26. *num.* 75. Mart. *de Juriſd. part.* 4. *caſ.* 151. *num.* 12. D. Covarr. *lib.* 1. *Variar. cap.* 1. *num.* 10. & latius dicemus *in Membr.* 2. *quæſt.* 1. *per tot.* Tractat quæſtionem iſtam Miñan. *in Baſ. Pontif. juriſd. pag.* 223. *ſect.* 9. *per tot.* quatuor referens ſententias, & illarum fundamenta, & *in ſect.* 10. *ex n.* 175. *pag.* 236. àc multi apùd Ayll. ad Gom. *tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. verſ. *Item, de auxilio.*

11 Noſtra concluſio ſuadetur non tantùm ex rationibus eſſentiæ jam aſsignatis ex *num.* 7. verùm etiam ex alia congruentiæ ratione, nàm poſſet ſententia eſſe notoriè injuſta, vèl nulla, aut non lata juxtà Juris ordinem illo què prætermiſſo, quibus & aliis caſibus non teneretur Laicus Judex auxilium impartire Judici Eccleſiaſtico, ut tenet Cortiad. *dict. deciſſ.* 26. *ex num.* 75. & Miñan. *in Baſ. Pontif. juriſd. pag.* 238. *num.* 184. & 185. maximè ſi pars opponeret, quia nullitas oppoſita contrà ſententiam, ipſius executionem impedit, ſignantèr quandò nullitas eſt notoria apparens ex proceſſu, Guid. Papæ *in Deciſſ. quæſt.* 50. *n.* 2. Barboſ. *vot.* 97. *num.* 37. D. Valenz. *conſ.* 9. *num.* 8. D. Salg. *de Retent. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 96. Cancer. *Variar. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 35. & 36. Scac. *de Appellat. quæſt.* 11. *à num.* 193. vide quæ dicemus *infr. num.* 32. & *h. Membr. quæſt.* 6. *num.* 77. & *Membr.* 2. *quæſt.* 1. *ex n.* 2. *ad* 6.

12 Ità igitur vera ſunt proximè dicta, quòd quamvis ſententia judicii executivi, vulgò *de remate*, exequi debeat quacumque appellatione minimè obſtante, *l.* 64. *Taur. l.* 3. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* ſemèl quòd datus ſit fidejuſſor, *l.* 2. & 4. *dict. tit.* & *lib.* fallit tamèn cùm ſententia evidenter injuſta eſt, & ex Actis conſtat, Rodrig. *de Execut. cap.* 6. *num.* 52. in verb. *Alter caſus ſit, ſi ſententia ſit evidentèr injuſta, &c.* D. Salg. *de R. P. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. Cur. Philipp. *in Judic. execut. num.* 3. *ò otra nulidad notoria, &c.* Aceved. *in l.* 2. *tit.* 17. *lib.* 4. *num.* 30. quippè ſententia nulla adeò executionem reſiſtit, ut nèc tres conformes executionem mereantur ſi notoria nullitas ſit, D. Salg. *de R. P. part.* 3. *cap.* 22. & 26. tamètſi contradicat Guid. *quæſt.* 579. *num.* 4. *ex Clement.* 1. *de Sent.* & *Re Jud.* & hodiè *l.* 5. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop.* & prò communi regula Carlev. *de Judic. tom.* 3. *diſp.* 16. D. Eſcob. *de Purit. part.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 2. *n.* 25. 37. & 44. multos allegans, & *art.* 4. *num.* 67. & 68. D. Valenz. *conſ.* 22. *num.* 63. D. Salg. ubi proximè, *num.* 25. & *part.* 4. *cap.* 14. *num.* 190. Bobad. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 207. Quomodo autèm poterit Judex Laicus prædicta cognoſcere cùm ad ſubditi ſui carcerationem imploratus fuerit niſi Acta inſpexerit? Quando verò hoc facere poſsit, quando non, latius videre poteris in DD. allegatis à Sabel. *in Summ. dict.* §. *Judex* 41. *num.* 32.

Sed dicet aliquis, quòd prædicta in id tendere videntur, ut Eccleſiaſtica poteſtas Laicæ ſubdita ſit: 13
porrò tàm craſsiſsimus abſit error, nàm versùs dicta pari paſſu ambulant ambo Judices, tàm Eccleſiaſticus, quàm Laicus, alteruter enim antequam auxilium impartiatur, tenetur in animæ judicio perſcrutari àn ſuffragium impertire debeat, àn non, quin mandatum illicitum cujuſvis ex utriſque obliget mandatarium, nèc à reatu excuſet, ut probabimus *infr. h. q. à num.* 30. uſq. ad 38. vide

vide quoquè quæ dicemus *in Membr. 2. quæſt. 2. n. 1. & 2.*

14 Nec obſtat ſi replicetur, quòd Judex requiſitus ad exequendum dicitur nudus, & merus executor, ut docent Paz *in Prax. part. 5. tom. 1. cap. 2. num.* 10. D. Covarr. *Pract. QQ. C.* 10. ſub *num. 7. ad med.* D. Salgad. *de R. P. part.* 4. *cap. 6.*

15 *num.* 74. † nèc itèm obſtat quòd Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis mutuò ſibi præſtare tenentur auxilium in exequendis mandatis, & ſententiis, & quòd in hoc pares ſunt, ut putarunt D. Covarr. *Pract. tom. 2. cap.* 10.*n.* 1. Vela *part. 2. ad cap. 1. de Offic. Jud. Ordin. num. 64. in fin. num.* 70. *& diſſert.* 45. *n. 93.* Cortiad. *deciſſ.*132. *num.*21.*&* 22. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 176. *circ. fin.* Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *n. 66.* D. Abreu, *Victim. Real*, *pag.* 138. *num.* 284. eò quòd juriſdictio Eccleſiaſtica ſit cum Laica omninò connexa, juxtà Curtell. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 36. & 37. & ex *n.* 48. *ad* 50. immò, ut aliqui volunt, quòd inferior ſit Eccleſiaſtico Laicus Judex; nàm licèt inferior ſit ordinis reſpectu quo caret Laicus, & in ordine ad finem, juxtà Miñan. *pag.* 477. *n.* 416. *& pag.*283.*n.*4. atquè in Spiritualibus omnibus, & mixtis ab illo præventis, juxtà Bobad. cum multis, *lib.* 2. *cap.*17. *num.* 80. non tamèn quoàd exercitium, & uſum, ut dicemus *infr. num.* 76. & probat Curtell. *dict. quæſt.* 4. *num.* 66. 80. *&* 100. nàm unuſquiſque Judex in ſua linea & ſphera, independens omninò eſt, ſuis dumtaxàt Superiori-

16 bus reſpectivè ſubditus; † ex quo fundamento ruit prima objectionis pars, quæ tantummodò procedit in inferiore, qui non poteſt à ſuperioris mandato reſilire, nèc ultrà fines ſibi ipſi conſtitutos progredi, ſed ità ſe gerere debet atquè ſubnixus eſſe comiſsionis, & delegationis tenori, quòd prout illi præcipitur obediens exequatur, nullomodo pèr exceſſum attentas, nàm ſi nuda executio illi commiſſa eſt, minimè cauſæ cognitionem aſſumere debet, ut probabimus *infr. num.* 34. & ſi exceptiones à quacumque ex partibus opponantur, diſtinguere adhùc debemus; aut reſpiciunt merita cauſæ principalis, & remittere debet ad Superiorem, *l. penult. ff. de Confeſſ.* aut dumtaxàt reſpiciunt executionem ipſam, & de his poteſt cognoſcere, atquè pronuntiare; èt verò de his quæ impugnant ſententiam, ut ſunt exceptio nullitatis, falſorum inſtrumentorum, & ſimilium, tamètſi pronuntiare non poteſt, benè tamèn audire, & ſi veras repererit, ad priorem Judicem remittere; ſin verò falſas, illis ſpretis exequi. Hæc Minſing. *Centur. 3. obſerv. 69. per tot.* in idem omninò conſentit Guid. Pap. *in Deciſſ. quæſt. 329. num. 3. in fin. quæſt.* 419. *& quæſt.* 574. *num.* 1. *&* 2. Avil. *in C. Prætor*, 20. *Gloſſ.* verb. *Uſurpan*, *num.* 19. *&* 20. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 20. *à n.* 45. *ad* 51.

Secùs autèm procedit de æquali ad æqualem intèr quos ad executionem non devenitur, nèc proceditur ad auxilii impartitionem ad eandem, niſi cum juſtificatione requiſitoriæ ſufficientèr inſtructæ, alias injuſtam fortè ſententiam, nullam vè, aut non latam juxtà juris ordinem exequeretur, quod nefas eſt † prætèr- 18
quàm quòd juriſdictio in præcipiente non firmatur ſine obedientia imperati, Poſt. *deciſſ.* 667. *num.* 7. cum aliis adductis *infr. n.* 124. *&* 161. quia obedientia unius eſt correlativa imperio alterius, & è contra, aliàs mandatum illuſum remaneret. Suppoſito ergo quòd Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis æquales ſunt, ut demonſtravimus *num.* 15. imperio locus non eſt, àc conſequentèr nèc obedientiæ. † Quia par in parem 19
imperium non habet, & obedientiam non niſi ſubditus debet, ut probaba-

batur *infr. num.* 78. & adhùc verè inferior Judex non tenetur exequi ſententiam ſuperioris injuſtam in criminalibus, Sabel. *in Summ.* §. *Judex* 41. *num.* 57. junctis quæ dicemus *in Membr.* 2. *quæſt.* 1. *à n.* 1. *ad* 10. ſignantèr *num.* 6. *&* 9. quantò igitur potius non tenebitur qui inferior non eſt?

20 His adde JudiciLaico,non Eccleſiaſtico commiſſum eſſe àPrincipe Populum ſuum illius què vicinos, atquè vaſſallos, quia ille & non iſte Principis miniſter eſt, cui Reipublicæ cura incumbit, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.*

21 10. *num.* 88. † Quæ fortiſsima ratio in tantum adſtringit Judices Ordinarios Laicos, quòd ſi Princeps ipſe Executores miſſerit, & extrà modum exequantur, & vaſſallos cedant, permittere nullatenus debent, ſed Principi cum juſtificatione referre, aut quàm mitius poſsint, in obſequium, & reverentiam ejus à quo ſunt miſi, ulteriorem impedire proceſſum, aut ſi caſus exigat carcerare, Avil. *in cap. Prætor*, 1. *Gloſſ.* verb. *Mandato*, *num.* 33. *&* 34. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 21. *ex num.* 96. cum *ſeqq. & num.* 109. cum *duob. ſeqq.* Villad. *cap.* 3. *ex num.* 69. uſque ad 74. Carlev. *tit.* 1. *diſp.* 17. *& diſp.* 18. ubi multos allegat, D.Salg. *de R. P. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 15.

22 † Ob eandem què rationem poteſt Judex inferior punire Officiales ſui Superioris delinquentes in ſuo territorio, & notum eidem Superiori facere, Guid.Pap.*in Deciſſ. quæſt.* 328. *num.* 1. *ex l. In Officiales, C. de Offic. Rector. Prov.* cum Bart. ad eam, & producit Azor. *in Summ. dict. tit.* verſ. *Sunt autem multa*, Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 21. *à num.* 109. uſq. ad 120.

23 Quomodo igitur his benè perpenſis auſum habere quiſquam poterit abſquè temeritatis merita nota ad aſſerendum obſecundare teneri Laicum Judicem injuſto Judicis Eccleſiaſtici præcepto? Aut quomodo juſtitiam, vèl injuſtitiam præcepti agnoſcere Laicus valebit abſquè Actorum inſpectione? Quomodo vè fovebit illius decreta fortè injuſta, nè dicam iniqua, (tamètſi totum evenire poſsit, quoniam nemo habet de ſuo niſi mendacium, & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis, atquè juſtitiæ ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire, ut non deficiamus in via: ita legitur apud *Arauſicanum II. Can.* 22. & conducunt Pſalm. 61. *verſ.* 10. † 115. *verſ.* 11. ad Rom. 3. *verſ.* 4. Prov. 20. *verſ.* 9. facit Eccleſ. 3. *verſ.* 19. Iſai. 53. *verſ.* 6. 4. Eſdr. 3. *verſ.* 21. & 22. àc 35. quoniam plenum injuſtitia eſt ſæculum hoc, & infirmitatibus 4. Eſdr. 4. *verſ.* 27.) auxilium cæcis oculis impartiendo? Et quomodo demùm vaſſallos vexari patietur ſi fortaſsis evenerit? Quemadmodum quondam fuiſſe factum legitur 2. Eſdr. 5. *verſ.* 15. *ſed & miniſtri eorum depreſſerunt Populum. Ego autem non feci ità propter timorem Dei.* † Maximè cùm Judex Laicus 24
tantam authoritatem habeat ob Reipublicæ commune bonum, quòd illo exigente ſupplere poteſt negligentiam Judicis Eccleſiaſtici juxtà Menoch. *de Interd. remed.* 3. *de Retin. poſſ. ex num.* 354. *ad* 358. Curtell. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. lib.* 2. *quæſt* 15. *num.* 23. *&* 24. ubi refert Carolum Magnum, & Ludovicum Pium negligentiam Prælatorum ſuppleviſſe, & *quæſt.* 7. *num.* 2. vide Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 93. quamquàm Sabel.*diverſor.tract.* contrarium defendat, *tom.* 1. §. *Actor.* 11.*num.* 2. verſ. *Ceſat etiam*, & Seſſ. *de Inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 33. & expreſsius *n.* 35.

Licèt enim Judicis intentio talis 25
eſſe præſumitur, qualis de jure eſſe debet, Poſt. *deciſſ.* 74. *num.* 8. *& deciſſ.* 301. *num.* 7. licèt itèm præſumitur prò ſententia, & authorita-

ritate Judicis, idem Poſt. *obſerv.* 12. *num.* 13. Paz *Prax. Eccleſ. p.*8. *tom.* 1. *cap. unic. num.* 15. verſ. *Nec repugnat*, junctis *infr.* dicendis *h. Membr. quæſt.* 3. *num.* 51. *cum duob. ſeqq.* quod augetur in Judice Eccleſiaſtico ipſius charactere conſi-
26 derato: † Tamèn ut homo fragilis errare poteſt, ut diximus *num.* 23. & in *Præfat. num.* 22. ſi non ſcientèr, & ex propoſito, (quod incognitum nobis eſt utpotè non perceptibile per corporales ſenſus, & in interiori reconditum ſoli Deo reſervatum, qui eſt ſcrutator cordium, Hymnus Audi benigne conditor: *Scrutator almæ cordium*, Sap. 1. *verſ.*6. † 15. *verſ.* 20. Eccli. 7. *verſ.* 5. 3. Reg. 8. *verſ.* 39. *in fin.* 1. Paral. 28. *verſ.* 9. Pſalm. 7. *verſ.* 10. Hier. 17. *verſ.* 10. ad Hebr. 4. *verſ.* 12. & 13. *Clement. Exivit de Paradyſo*, *de V. S.* Gloſſ. *in Clement. unic. de Reliq. & venerat. Sanct. l.* 2. *ff. de Interrogat. action.* Maſcard. *de Probat. concl.* 94. cum multis quos allegat, & diximus *in Præfat. num.*65.
27 & *infr. h. q. num.* 34. † quapropter, & aliis, non ſemper creditur Judicis aſſertioni, Corat. *de Clauſul. tom.* 18. *in tract. DD. pag.*370. *numer.* 1. Maſcard. *de Probat. concl.* 951. ubi videre poteris quibus caſibus credatur, quibus non, & in Poſt. *obſerv.* 75. *num.* 8. & *deciſ.* 54. *num.* 12. Farin. *quæſt.* 60. *numer.* 124. D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 10. *num.*56. dicemus què *infr. quæſt.* 6. *n.* 23. & 24. & *Membr.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 33. licèt ſæpius interiora ex exterioribus cognoſcantur ſecundùm *eund.* Maſcard. *concl.* 1068. *num.* 2. & Gracian. *Agudeza, y Arte de Ingen. tom.* 2. *pag.* 382. *col.* 1. verſ. *Tanto*) ex ignorantia tamèn, aut negligentia in non juſtum flectere fortè poterit Judex Eccleſiaſticus, quod prætermittere non debet Judex Laicus, nèc patientèr ferre in præjudicium tertii, multò què minus patrocinari auxilium impertiendo.

In mente tamèn ſempèr retine nullatenùs poſſe Judicem Laicum juriſdictionem contentioſam exercere in Clericum, ſivè Judicem, ſivè non Judicem, ſed tantummodo directivam juxtà caſus contingentiam, ut diximus *in Præfat. numer.* 43. & *infr. h. q. num.* 166. ſuos enim Superiores habent Judices Eccleſiaſtici, & cæteri Clerici quibus ſubſunt, paritèr àc Laici Laicis, ut vitetur Poteſtatum confuſio, ſalva ſempèr in ſupradictis, & dicendis S. R. E. correctione. 28

Sin autem ſequamur communem Legiſtarum opinionem ſecundùm quam Judex Laicus non tenetur ſtare proceſſui formato per Eccleſiaſticum, ut teſtatur Jul. Clar. *lib.*5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 96. *num.* 7. Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 175. *cum ſeqq.* Seſſ. *de Inhibit. cap.* 30. *num.* 83. & 84. & dicemus *infr. h. Membr. quæſt.* 3. *n.*62. & *Memb.* 2. *quæſt.* 1. *per tot.* quid mirandum veniet, quòd de viribus ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici ille cognoſcat ad ſuum impertiendum auxilium, cùm iſtud, meo videri ſit multo minus quàm ejuſdem proceſſui non ſtare, & poſt acta viſa illa repellere, non tàm prò juſtitia, vel injuſtitia, quàm òb fidem non adhibitam, paritèr àc faciunt Eccleſiaſtici Judices cum Laicorum proceſsibus, eò quòd probationes ab iſtis factas inſtàr extrajudicialium habendas voluerit, P. Dian. *funct.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 31. verſ. *Cùm igitur*, *pag.* 38. *col.* 1. & alii adducti a Miñan. *in Baſ. Pontif. Juriſd. pag.* 799. *num.* 164. Paz *in Prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 11. 29

Ex quibus omnibus ſatis deſcendit ſolutio ad ſecundam partem replicæ in *nn.* 14. & 15. contentæ, quòd nempè Judex Laicus juvare tenetur Eccleſiaſticum in exequendis 30

mandatis, & ſententiis ejuſdem; nàm in juſtis teneri non negamus, nullatenus verò in injuſtis. An autèm juſtæ, injuſtæ væ ſint ſciri non poteſt à Judice Laico, niſi Eccleſiaſtici Acta inſpiciat, ſibi què fides illorum fiat docente D. Covarrub. *Variar. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 10. vide dicenda *in quæſt. ſeq. num.* 62.

31 Sed fortè aliquis mirabitur ſententiam tanquàm pro additamento allatam *ſupr. num.* 20. & interrogabit, àn Princeps Laico Judici populum commiſſerit quoàd ſpiritualia? Et tamètſi nullum in hoc opere credimus eſſe verbum quod hujuſcemodi dubitationi, & interrogationi auſam præbeat; reſpondetur ſatis notum per ſe eſſe, quòd nullus Judex ab altero fieri rogat (neque debet, quin pœnæ reus ſit eò quòd alterius juriſdictionem prorroget) quod per ſeipſum facere poteſt: cùm ergo Eccleſiaſticus Judex Laici auxilium invocat ad executionem realem, aut perſonalem Sæcularis perſonæ, bonorum vè (de quo, & non ultra eſt quæſtio) eò quòd neutram per ſe facere Eccleſiaſticus valet (in hæreſis dempto crimine, & ſortilegii, ut dictum manet ſub *num.* 7.) ſicuti ſatis probatum reliquimus ex *num.* 1. nulli ſenſato dubium eſſe queit nihil ſpirituale admiſceri, ſicut nèc in quavis alia executione, quia licèt quæſtio apùd Eccleſiaſticum Judicem controverſa, juris fuerit, tamèn executio facti eſt, & hujus non incapax Laicus, ut probavimus in *Præfat. num.* 44. & aliis in locis ibi citatis, àc melius in *Membr.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 38. ergò benè ſtabilita manet illa ſententia, quin ſuſpicari liceat Eccleſiaſticæ juriſdictioni aliquid adhùc in ſomnio nos detrahere voluiſſe, cùm de temporalibus Clericorum, & Laicorum, àc de Sæcularis Judicis ſuffragio versùs hæc miniſtrando, aut fortè quibuſdam caſibus in jure exceptis quoàd illa, nempè profana, exercendo judicio dumtaxàt agamus, nèc ultrà quàm quouſquè in jure, & apùd magnæ authoritatis DD. etiàm Eccleſiaſticos, & nonnullos Epiſcopos, & S. R. E. Cardinales quoſdam, abſquè ullo periculo licere receptum eſt, quin minimè ſpiritualia, aut Eccleſiaſticam juriſdictionem lædamus, nèc minimum hujus botrym Laico attributum velimus, nèc quavis via ſtudeamus, ut videre eſt in *Præfat. num.* 43. ſin autèm perverſus noſtris tribuatur ſenſus, per nos non ſtat. Quicumque adhæſitaverit, DD. conſulat, & cùm apta, ſalutaris què doctrina ſuam inebriaverit mentem, fœdus nobiſcum iniet.

Sed adhùc dicet aliquis, quòd ſi Judex Eccleſiaſticus errare ut homo poteſt, & fortaſis injuſtum decernere, ut diximus ſub *num.* 23. quidni etiam Laicus cùm Angelus non ſit, ſed homo paritèr, non illa altiſsimi Sacerdotii Dignitate præditus, nèc ità ut ille Deo dicatus? aut cùr non tanta, aut major illius habebitur, quàm iſtius fides, atque fiducia? Sed nonnè, (retorqueo) qui illud dicit, hoc negat? Qui primum affirmat, nonnè ambigit quotoſquoſque homines erroris capaces eſſe? Maximè cùm de homine indefinitè, ſic què univerſalitèr ſtatutum ibidem fuerit, quòd nihil ex ſe habet niſi mendatium, & peccatum. Verum igitur omninò eſt, quòd omnis homo, & omnis Judex errare poteſt, & propterea, ſi Eccleſiaſticus Judex Laici ſuffragium implorat, maximè ad executionem ſententiæ, aut multæ, inveſtigare hic tenetur, àn notoriè injuſta ſit, prout diximus in *nn.* 9. 10. 17. & 23. ſicut etiam Eccleſiaſticus facit, & facere tenetur ſi à Laico imploratus ſit, ut de utroque Judice diximus *in Præfat. num.* 68. nàm unuſquiſque ſui rationem Domino redde- 32

re

re tenetur, àc de ſuis reſpondere operibus, non de alienis: idcircò quivis Judex imploratus cùm non inferior, ſed æqualis ſit in juriſdictione, implorantis ſententiam perſcrutari tenetur etiàm in animæ judicio, non tàm curans de facto alieno, nèc tàm fidens, nèc diffidens de Judice invocante, quam ſui ipſius damnationem coràm Domino, & apùd Superiora Tribunalia juſtè devitans, non tàm alterius ſententiam reprobando, quàm ſui ipſius damnationem aptè avertendo, atquè averſando, cùm noſtra conſcientia ex noſtris operibus, non ex alienis rogationibus, nequè præceptis juſtificetur, aut damnetur, quin excuſari apùd Dominum, nequè erga hujus mundi Magiſtratus poſsit quicumque Judex fuerit exquo ad alterius rogitum, aut juſſionem aliquid injuſtum fecerit, aut auxiliaverit, ut videre eſt *h. Membr. quæſt. 6. num.* 74. *&* *Membr.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 5. nàm obedientia potius Deo, quàm hominibus debetur, *dict. quæſt. 6. num.* 74. & injuſto Judicis præcepto obedientia non debetur, ut dicemus *in tract. de Cenſur. art.* 5. *num.* 31. ſub *n.* 52. & ſub *num.* 56. àc in verſ. *Cæterum*, *ibid.* nèc adhùc Pontifici peccatum etiàm veniale præcipienti,
33 *ibid. art.* 5. *num.* 31. † Ob eandem rationem tenetur Judex non exequi mandata Regia contrà Deum, contrà Fidem, contrà Conſcientiam, aut contrà Jus, ſivè forum expreſſum, *l.* 15. *tit.* 4. *lib.* 2. *l.* 1. 2. 3. 6. *&* 10. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recop.* Avil. *in cap. Prætor.* 1. *Gloſſ.* verb. *Mandamientos, num.* 14. *&* 15. & in multis aliis caſibus ab *eod.* recenſitis, *ibid. à num.* 16. uſquè *in fin.* capitis. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 1. *num.* 89. quoſdam producens DD. & *Partit.* leges in hujus ſententiæ comprobationem. Quid igitur mirum, quòd non teneatur Laicus Judex injuſtas Eccleſiaſtici Judicis literas adimplere? Nonnè præſumitur infidelem fore Regem, irreligioſum, injuſtum, aut alterius juri quovis modo lædere volentem? Præſumitur nonnè Officialem ſuum, quantacumque dignitate præditus ſit, præcellentiorem eſſe, aut futurum in virtutibus contrariis vitiis prædictis? Abſit tale facimus. Sic ergo, exquò dicatur Eccleſiaſticum Judicem errare poſſe, & caſum fingere ad Laici carcerationem decernendam, prout dicemus *in num. ſeq.* & Sæcularem moneamus, ut cùm imploratus fuerit cautè provideat, prædicta omnia ſtudiosè cavendo, nè poſt jam factum, ineptè defleat; nequaquàm intendimus Eccleſiaſtico precellentiorem eſſe Laicum Judicem in veritate, in juſtitia, & ſimilibus, nèc magis de iſto, quàm de illo confidi; nec ſenſati eſt credere, tàm ſceleſtè calamum nos coinquinaſſe. Si quis abs ratione hæc fuerit miratus, DD. conſulat, & majora videbit. Utinàm objectiones omnes, quas adversùm hæc ſcripta immeritò faciendas putamus, ad manus antevenirent noſtras priuſquàm typis opus mandaremus, ut ſolutionem antevertere valeremus, quemadmodum horum quæ tetigimus facimus, ex quibus percipies, quàm fallibilis ſit humana cogitatio eorum maximè, quæ ad uniuſcujuſque inſtitutum non attinent. Verùm quis immunis eſſe poterit ab obtrectatorum linguis, ſi penſitemus quòd Eminentiſsimus Cardin. Joannes à Turrecremata ſecurus ab eis ratus non fuit in quinque *lib. in Graciani Decret. volum.* 1. *in Epiſt. dedicat.* ad SS. P. *Scio non defuturos qui opus ipſum calumnientur, me què ſuperfluo, & vano labore deſudaſſe contendant.*

Nèc itèm obſtat, quòd Judex, cui 34
nuda alicujus actus executio demandatur, cognitionem cauſæ aſſumere non poteſt ſupèr viribus ſententiæ, ut opinatur Seſſe *de Inhibit. cap.* 30.

§.

§. *unic. ex num.* 89. quia hoc intelligitur, & procedit de ſuperiore ad inferiorem, ut diximus *à num.* 15. & in caſu hæreſis, vèl ſortilegii, ut dictum manet *num.* 7. non autèm in æqualibus, ut ſatis probavimus ex *num.* 17. dignum etenim caveri cenſemus; (ut plenius ſatisfaciamus replicæ *ſup.* factæ *in num.* 9.) quòd niſi Judex Laicus cauſæ cognitionem aſſumeret ad auxilium impartiendum, fingere poſſet Judex Eccleſiaſticus caſum exceptum ſuo libitu, ut incarceraret Laicos; & qualibet doctrina ità cauta eſſe debet, quòd viam malitiis hominum potiùs claudat, quàm aperiat, quia cùm animus noſter ſoli Deo patet ex Maſcard. *concl.* 1278. *num.* 5. (propterea intentionem, & voluntatem plùs reſpicit Deus quàm actus, Can. *Si quandoquè in fin.* 15. *quæſt.* 6.) & ex adversò nobis obſcuretur ità ut directò probari non poſsit, juxtà *eund.* Maſcard. *concl.* 94. *de Probat.* ideò ſic cauti eſſe debemus, quòd futuri caſus contingentiam, quantùm ex nobis eſt, cum humana providentia provide vitemus ſi volumus ſenſibilem ictum actus practici fugere, vigilantiſsimè curando, & accuratè ſtudendo qualitèr actus, qui præjudicialis æſtimatur non eveniat, *l.* 72. §. *fin. ff. de Verbor. oblig. non eſſe ſpectandum ut inſula ruat.* D. Salg. *de Retent. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 3. D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 114. *num.* 56. & 57. & faciunt quæ diximus *in Præfat. num.* 40. *ad med.* nàm minus quæ prævidentur jacula feriunt.

35 Mirum ergo non ſit Judicem Laicum prætendere proceſſus fidem ſibi ab Eccleſiaſtico fieri quoties ejus auxilium impartiri neceſſum ſit, nè fortè protegat quod deleri mereatur, nàm Laicus non poteſt exequi mandatum injuſtum Judicis Eccleſiaſtici, quia pratèr alia fundamenta, mandatum illicitum non excuſat mandatarium, & Laicus peccaret ſi obediret, *cap. Univerſitatis, de Sent. excomm.* & Felin. in eo, *in* 1. *notab.* Valer. *de Different utriuſq. for.* verb. *Clericus, differ.* 2. *num.* 3. reproductis *ſup.* dictis ſub *num.* 13. & dicendis *in quæſt. ſeq. n.* 62.

36 Quanquàm autèm caſus ſupèr quo Judex Eccleſiaſticus in Laicum procedit ſit verè exceptus, atquè privativè pertinens ad illum, & ſimul delictum adeò grave, quòd reus neceſſariò carcerandus veniat, & abs dubio ſit auxilium impartiri deberi à Judice Laico; adhùc tamèn tradi Reus non debet Curiæ Eccleſiaſticæ, ſed in carcerem Sæcularem deponi ad illius diſpoſitionem, in quantùm de jure locus ſit; & non ultrà, juxtà multos DD. apùd D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 10. *num.* 2. multa etiam allegantem Canonica jura, & Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 37. *num.* 8. & hoc ipſum exprimere voluiſſe videtur D. Auguſtin. *ſerm.* 6. *de Verb. Domini* : *Major poteſtas Dominus, da veniam Imperator, tu carcerem, ille gehènnam minatur.* Almayn. *de Domin. nat. & civ.* in poſtrema editione, *pag.* 696. citatus à Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. q.* 11. *num.* 18. ubi ſequentia refert tanquàm ab illo ſumpta: *De ratione poteſtatis Laicæ eſt pœnam civilem poſſe infligere, ut ſunt mors, exilium, bonorum privatio, &c. ſed nullam talem pœnam inſtitutione Divina infligere poteſt Eccleſiaſtica poteſtas, IMMO NEC INCARCERARE, ut pleriſque Doctoribus placet, ſed ad ſolam pœnam ſpiritualem extenditur.* Sic què cenſuris dumtaxàt, contrà Laicos uti Judex Eccleſiaſticus poteſt, etiam in his caſibus in quibus adversùs illos procedere queit, non autèm executionem facere in eorum perſonis, aut bonis, ut tenent multi allegati *ex num.* 1. *ad* 4. & *num.* 7. & ſi præ-

prædicta cuicumque ardua viſa fuerint, conſulat Aufrer. *in Clement.* 1. *num.* 98. cum *trib. ſeqq. de Offic. Jud. Ordin.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. per *tot.* ſignantèr *num.* 167. D. Salg. de *R. P. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 36. cum *duob. ſeqq.* ubi multa jura, & DD. allegat Seſſ. *de Inhibit. cap.*
37 9. §. 2. *ex num.* 30. *ad* 35. † alioquin niſi ita foret, poteſtas Eccleſiaſtica, & Sæcularis confunderentur, quod eſſet abſurdum, cùm ſint diſcretæ, àc diſtinctæ poteſtates, ut probat Gloſ. *noſ. text.* in verb. *Secundùm quod Canones cenſent.* Can. 2. 9.6. *diſt.* Can. *Convenior,* 23. *quæſt.* 8. *cap. Solite, de Majorit. & obed.* Extrav. *Unam Sanctam, eod. tit.* Imol. *ibid. num.* 5. Abb. *num.* 6. & communitèr DD. *in noſ. text.* ità ut una non debeat mittere gladium in ſubditos alterius juriſdictionis cùm gladii ſint diſtincti, ut probabimus *infr. num.* 74. nèc debeat aliquis mittere falcem in meſem alienam, nèc fines ſuos excedere *Clement.* 1. *in princ. de Hæret.* & Judex qui contrà facit, læthaliter peccat, Miñan. *in Baſsi Pontif. juriſd. pag.* 253. *num.* 9. & 10. ubi multa jura, & DD. allegat, reproductis hùc quæ diximus *ſup. num.* 1. 2. 3. & 7.

38 Sin verò contrà fiat, quia Eccleſiaſticus Judex hujuſmodi confuſionem fortè appetat indiſtinctè de omnibus cognoſcendo, & Laicos carcerando, Miniſter verò Sæcularis integerrimæ ſit juſtitiæ, munus què ſuum exactè adimplere velit, & juſtiſsimis mandatis legum noſtri Regni obtemperans, prout debet, Eccleſiaſtico Judici juſtè reſiſtat; non modò concordia juriſdictionum non aderit, verùm controverſiæ magnæ in Republica orientur, ut quotidiè dolentes videmus cum maximo illius diſpendio, quia Reipublicæ interitus in munerum perturbatione conſiſtit, Can. *Quod quidam,* 1. *quæſt.* 1. Can. *Perlatum* 90. *diſt.* Oſſor. *lib. de Reg. inſtit.* Regis autem voluntas eſt, quòd omnes in pace vivant, & quòd unuſquiſque muneri ſuo incumbat, *l.* 1. circ. *princ. l.* 5. *tit.* 14. *lib.* 8. *Recop.* nàm juris ordo confunditur ſi ſua unicuique juriſdictio non ſervatur, Vela *tom.* 2. *part.* 1. *in Prælect.* ad *noſ. text. num.* 176. Guid. Papæ *in Deciſſ. quæſt.* 436. *num.* 3. ex Can. *Pervenit,* 11. *q.* 1.

Sit exemplum noſtræ ſententiæ 39 quòd quamvis Judex Sæcularis poſſit procedere, & cum effectu procedat adversùs delinquentem rebellem, qui ad Eccleſiam confugit, & etiam poſsit ad eam, vèl ad alium quemlibet Sacrum locum accedere ad effectum declarationis ab illo ſuſcipiendæ, maximè in Eccleſiis Regii Patronatus (ut quampluries fecimus in Granatenſi Regno, & Opido Exitani, vulgò *Salobreña*, àc in Locis juriſdictionis, & territorii ſtatim ut volebamus, illicò præſtita licentia à Vicario Eccleſiaſtico, in prædicto Opido, & ab Æconomis in cæteris Locis;) non tamen per hoc ſequitur quòd iſtud fieri poſsit propria authoritate niſi in quibuſdam caſibus exceptis, de quibus inferius dicemus *in Membr.* 2. *QQ.* 3. 4. & 6. nàm regula communi, Judicis Eccleſiaſtici licentia, aut Rectoris Eccleſiæ opus eſt, Cortiad. *deciſſ.* 228. *num.* 27. Anton. Sabel. *diverſor. tract. tom.* 2. §. *Judex* 41. *num.* 29. verſ. *Sed contrarium,* & *num.* 33. àc *tom.* 4. §. *Teſtes*, 12. *num.* 54. & ſi aliàs faceret Judex Laicus, juſtè excommunicaretur òb violationem immunitatis loci Sacri: ergo ità paritèr Judex Eccleſiaſticus invocare tenetur brachii Sæcularis auxilium cùm quiſque Laicus factus fuerit ſuæ juriſdictionis reus proptèt caſum exceptum cùm cauſa; v. g. Spiritualis ſit, quia una juriſdictio, alteri præjudicare non debet, Can. *Imperium*, Can. *Quoniam, diſt.* 10. Can. *Si Imperator,* 96. *diſt.* Bobad. lib. 2. *Polit.*

cap. 18. *num.* 14. *&* 15. & diximus *ſup. in Init. num.* 8. ad *med.* & in *h. quæſt. num.* 37. *& infr. à num.* 74. Propterea auxiliare tenetur Sæcularem Eccleſiaſticus Judex ad examinandum Laicum in loco immuni, ut paulò antè diximus, & tenet Miñan. *in Baſi Pontif. juriſd. pag.* 220. *num.* 124. & praxi receptum eſt in hac Matritenſi Urbe, & numquàm alicubi contrarium audivimus.

40 Gonzalez Tellez in noſtri capitis repetione non fuit auſus palàm defendere Judicis Eccleſiaſtici poteſtatem ad incarcerandum Laicos quamvis inclinari videatur, ni fallor, ad eam, ut colligitur ex ejus locutione ad *num.* 7. quæ ſic eſt: *Quomodo autem pro diverſitate delictorum hodiè poſsint Epiſcopi* (nota adverbium *hodiè*, quo determinat propoſitionem denotans ultimum, & præſentem ſtatum, quaſi hodiè jus eſſet novum antiquum derogans, & facultatem Epiſcopis tribuens carcerandi Laicos) *procedere in incarceratione laicorum, exponunt Salgad. de Reg. Protect. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 210.

41 &c. † Sed minus benè allegat dictum Salgad. qui nunquàm tale quid cogitavit, immò tàm procùl fuit ab hac ſententia, tamètſi Eccleſiaſticus fuit, quòd expreſsè contrarium fortitèr, & ſuo ſubtili more defendit, & probat *in dict. part.* 2. *de R. P. cap.* 4. *num.* 36. & quod Salgad. dixit *in loc.* à Gonz. citato eſt, *quòd poteſtas neceſſaria in actu producendo, ſeu conficiendo, eadem requiritur in eo ſolvendo, vèl deſtruendo, quia legitimum eſt argumentum de facto ad diſtratum, quia cùm militat eadem ratio in ſententia interlocutoria quæ in revocatione ejus, legitimè appellatur ab utraque*: hæc ſunt ejus verba in *loc.* præallegato, quæ cùm nihil innuant de poteſtate carcerandi Laicos; neſcimus qua ratione vir tàm doctus ea extorquere voluerit contrà expreſſam ſententiam *ejuſd.* Salgad. quaſi eam non vidiſſet, quod non credimus, maximè cùm videmus illum allegare contrà producentem, niſi dicamus errorem typis commiſſum fuiſſe, & allegaſſe, D. Salgad. ab argumento ex ipſius verbis deducto ad denotandum ſententiæ ipſius aſſenſiſſe, nam *Doc.* ſecundùm jura quæ allegat eſt intelligendus, D. Matheu de *Re Crim. controv.* 30. *num.* 52. Minſing. *cent.* 6. *obſerv.* 61. *num.* 6. & cum aliis Miñan. *Baſsis Pontif. juriſd. pag.* 693. *n.* 65. *col.* 2. *in fin.*

Noſtram quoquè negativam ſententiam amplexi ſunt Tiber. Decian. *in tract. Crim. lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 15. *& lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 47. ad *fin.* Jul. Clar. §. *fin. lib.* 5. *Sentent. quæſt.* 37. *num.* 8. Palac. Rub. in *cap. Per veſtras, not.* 2. §. *Sed eſt pulchra dubitatio*, Cevall. *de Cognit. per viam viol. part.* 2. *quæſt.* 93. *num.* 37. Anguian. *de Legg. lib.* 3. *controv.* 30. *à num.* 12. Vela *in tract. de Poteſt. Epiſcop. part.* 1. *num.* 106. cum *ſeqq.* D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 10. *num.* 42. verſ. *Tertiò*, D. Salgad. de *R. P. part.* 2. *cap.* 4. *à num.* 36. Petr. Cened. *in quæſt. Canon. quæſt.* 39. *per tot. dict.* Cevall. *Commun. contr. comm. tom.* 4. *q.* 897. *num.* 37. Avil. *in cap. Prætor.* 20. Gloſſ. verb. *Uſurpan, à num.* 14. uſque ad 18. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *num.* 167. antè *med.* & expreſsius *in num.* 170. *&* 173. Paz *Prax. Eccleſ. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 54. & alii *ſupr.* citati *num.* 7. vide in *quæſt. ſeq. n.* 63. 42

Doct. Vela *in tract. de Poteſt. Epiſc. part.* 1. *num.* 106. *cum ſeqq.* & Paz *in Prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *ſub num.* 55. *&* 56. diſtingunt inter cauſas civiles, & criminales civilitèr intentatas, & tenent quòd in his ad capturam Laicorum Eccleſiaſticus Judex procedere nequit; benè verò in cauſis criminalibus criminalitèr intentatis; cujus diſtinctionis 43

tionis rationem non percipimus, nàm potiſsimum, & radicale fundamentum ad hoc ut Judex, quicumque ſit, ad capturam Rei contra quem procedit devenire poſsit eſt, quòd prædictus Reus capturam mereatur, & habere fundatam ſuam juriſdictionem adversùs illum, ità ut ſit Judex competens in illum tanquàm ſui territorii ſubditum. Supponimus autèm, quòd carcer ad ſecuritatem eſt inſtitutus, & datur, non ad pœnam, *cap. Quamvis, de Pœn. in 6. l. Aut damnum*, §. *Solent, ff. de Pœn. l.* 4. *&* 6. & Bart. ad eas, *in tract. de Carcere, numer.* 2. Paz *in Prax. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. Anton. Gom. 3. *tom. Variar. cap.* 9. *numer.* 6. ante *med.* Avil. *in cap. Prætor.* 18. Gloſſ. verb. *Carcel, à num.* 1. *ad* 6. ubi ſatiſfacit argumentis in contrarium adductis. Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 15. *num.* 4. *&* 8. in verſ. *Y ſiendo la carcel*, & variis objectionibus in *num.* 6. reſpondet, D. Salgad. *de Reg. Protect. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq.* P. Steiger è Soc. Jeſu, *in Repet. Jur. Canon.* verb. *Carcer*; ità eſt ex *Doct.* Velæ doctrina, ſicuti & *Doct.* Paz, (& nos quoquè fatemur) quòd in multis caſibus valet Judex Eccleſiaſticus cognoſcere de cauſis civilibus, & criminalibus civilitèr intentatis adversùs Laicos: ergò cum nulli dubium eſſe queat, quòd in hujuſmodi caſibus fundatam habet ſuam juriſdictionem Eccleſiaſticus Judex, àc per conſequens, quòd competens eſt, ſicut etiam quòd in multis ex his cauſis captura dignus poteſt eſſe Reus, ut ſcire debet quicumque juris profeſſor; neceſſariò ſequitur, quòd etiam capere in his poterit ſicuti poteſt Laicus Judex, & eodem modo quo juxta Velam, & Paz poteſt Eccleſiaſticus Judex in criminalibus, criminalitèr intentatis; atqui hoc non poteſt ex dictis Doctoribus in illis: ergò neque in iſtis; & ſi in his valet, quarè non paritèr in illis eiſdem poſitis fundamentis, ſcilicèt, legitimatione, & competentia juriſdictionis ad cognoſcendum, & procedendum, & Rei merito, ità ut ex parte cauſæ, juriſdictionis, & Rei nihil addatur Judici, nec detrahatur in unis potiùs, àc in aliis? Ergò vitioſa eſt cauſarum differentia. Major, & minor ſunt propoſitiones æternæ veritatis in jure, & confeſſæ à *Doct.* Vela. Conſequentia eſt neceſſaria juxtà Dialecticæ regulas, maximè cum prædicti *Doct.* liberè, & abſquè fundamento legali relatam differentiam ſtatuerint, nèc ullam eſſentiæ rationem aſsignaverint, nèc adhùc divinari poſsit, nàm quantùm ad facultatem carcerandi reſpectu Judicis, quid magis habent cauſæ criminales, criminalitèr intentatæ, quàm civilitèr, aut quid minus iſtæ, dummodò in iſtis dignus captura Reus ſit ex cauſæ meritis, ſicut & in illis? Ergò voluntaria eſt, atquè imaginaria Velæ, & Paz diſtinctio: ergò benè ſentimus, quòd in neutris cauſis poteſt Judex Eccleſiaſticus capere Laicos, & ità paritèr ſenſit D. Salg. *de Reg. Protect. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 36. cum *duob. ſeqq.* innumeros allegàns DD. cujus verba ità aperta ſunt, ut omnem removeant dubitandi facultatem. Qui non quieſcerit, legat, & revera teſtamur, quòd antequàm videremus hanc ſententiam fuiſſe tentam à prædicto D. Salg. jam conceperamus eandem, naturali, àc legali ratione ſic nobis ſuadente, & amodò perlecta tàm ingenioſi *Doct.* ſententia, & interſpecta tàm celebri confirmatione judicii noſtri, amœnati fuimus, eò quòd conjecturamus veritatis potiùs quàm voluptatis veſtigiis nos adhæſiſſe, vide quæ dicemus infr. ſub *numer.* 141. *&* 142.

Hæc

44 Hæc difficultas tantummodo evadiri noſtro videri poſſet ſi reperiretur textus concludens, & roborans Velæ, àc Paz diſtinctionem, ſed unicè invenitur expreſſum in caſu hæreſis, *cap. Ut commiſsi* 12. *cap. Ut inquiſitionis* 18. *de Hæret. in* 6. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *numer.* 171. cum aliis in *num.* 7. & 42. productis, & quidquid dicatur erit divinare, cùm neutiquam inveniatur in jure deciſſum, immò contrarium expreſsè, & abſolutè ſtatutum legimus in *Jur. Reg. ex leg.* 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* quæ ſunt omninò videndæ, ubi contraria conſuetudo improbatur in odium capturæ Laicorum à Judicibus Eccleſiaſticis decernendæ, & docet D. Barb. *in Repert. Jur. Canon.* in verb. *Eccleſiaſticus*, *pag.* 68. *col.* 1. cum multis quos allegavimus *dict. numer.* 7. & 42. àc 142.

45 Et præterquàm quòd conſuetudo rationabilis eſſe nequit quæ à jure improbatur, juxtà Gloſſ. *lit.* C. *in cap. fin. de Conſuetud.* locum ſibi vendicare nequit nèc adhùc immemorialis ſtante hujuſmodi generali prohibitione conſuetudinis per verba generalia, quo caſu, etiam immemorialis ſublata cenſetur. Gregor. Lop. *in leg.* 6. *tit.* 29. *part.* 3. *gloſſ.* 4. Deindè, quia Laici non poſſunt inducere conſuetudinem adversùs Jus Canonicum, Vazq. 1. 2. *diſp.* 177. *numer.* 1. ergò nèc Clerici poſſunt eam inducere adversùs Regium. Inſupèr, etiàm juris Tyrones ſciunt multa requiri ad conſuetudinis legitimitatem, quæ tradunt Inſtitutiſtæ ad §. 9. *lib.* 1. *Inſtit. tit.* 2. *de Jur. Nat. Gent. & Civ.* & quòd tunc illa obtinet adversùs legem cùm ſcientia Principis præſumitur, & ejuſdem acquieſcentia, D. Larr. *allegat.* 92. *num.* 15. & *allegat.* 110. *numer.* 32. D. Salg. *de Reg. Protect. part.* 3. *cap.* 10. *numer.* 34. *juncto cap.* 1. *de Conſtit.* & reproductis quæ diximus in *Manifeſt. legal. p.* 3. §. 7. *num.* 34. & 35. at Princeps in noſtræ quæſtionis caſu perpetuum profitetur diſſenſum in *dict. leg.* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. in fin. Y mandamos, que lo ſuſodicho aya lugar, ſin embargo de qualquier coſtumbre, que ſe alegue, ſi la ha avido; porque aquella ha ſido ſin nueſtra ciencia, y paciencia.* Dicite nunc mihi (ajebat Paulus ad *Galat.* 4. *verſ.* 21.) qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis? Deſtructo igitur ſuppoſito, non ſubſiſtit diſpoſitio, D. Salg. *de Reg. Protect. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 68. & cùm antecedens, ſeu præſuppoſitum deſtruitur, omnia quæ ex illo ſequuntur proſternuntur, Can. *Cùm Paulus*, 1. *quæſt.* 1. *l. Altejus*, *in fin. cum l. ſeq. ff. de Aqua pluv. arcend. l. Nam origo*, *ff. Quod vi aut clàm*, àc ubi fundamentum non eſt, ſuperædificari non poteſt, *cap. fin. de Præbend. in* 6. *l. Secum*, *ff. de Except. rei jud. l. Qui ædes*, *ff. de Uſurp. & uſucap.* D. Salg. *de Reg. Prot. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 23. Ubi ergo adinveniemus, obſecro, fundamentum Eccleſiaſticæ poteſtatis ad carcerandos Laicos ſi conſuetudo aut non eſt, nèc ſic vocari meretur, aut nulla eſt? Verum eſt, quòd obſervantia leges declarat *l. Si de interpretatione*, *ff. de Legg. cap. Cum dilectus*, *de Conſuet.* D. Valenz. *conſil.* 33. *num.* 193. & quòd in dubiis ſequenda eſt D. Caſtill. *tom.* 5. *cap.* 93. §. 7. *num.* 8. D. Solorzan. *lib.* 3. *Polit. cap.* 33. verſ. *Y haciendoſe aſsi*; ſed etiam verum eſt, quòd obſervantia interpretativa, locum non habet in diſpoſitionibus claris, qualis eſt quæ legitur in noſtra lege Regia, Surd. *conſ.* 426. *numer.* 44. Cancer. *lib.* 1. *Variar. cap.* 8. *num.* 181. D. Salg. *de Retent.*

tent. part. 1. *cap.* 9. *num.* 73. D. Larr. *alleg.* 92. *num.* 11. & 12. & quòd præjudicare nequit regaliæ N. D. Regis Renat. Chopin. *de Juriſd. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 6. D. Caſtill. *lib.* 7. *Controv. cap.* 41. *num.* 65. verſ. *Deducitur, etiam.* D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 230.

46 Si igitur verum eſt, quòd non eſt ſuperſtitioſis inventionibus excogitandum, vèl inducendum quod non invenitur de jure diſpoſitum teſtante Maſtrill. *lib.* 3. *de Magiſtrat. cap.* 10. *ex num.* 45. cum Can. *Conſuluiſti,* 2. *quæſt.* 5. ea ratione, quia quod lex non dicit, nèc nos dicere debemus, ubi quaſdam leges allegat, & dumtaxàt producemus *l. Illam,* 19. *C. de Collat.* quomodo carcerandi Laicos in Eccleſiaſtico Judice poteſtas defendi poterit non tantummodò non exiſtente lege prò ea, ſivè in ipſius favorem, ſed immò contrà expreſſam diſpoſitionem Regiam noviſsimæ Recopilationis paulipèr impreſſam? Nèc ubi eſt qualitas attributiva juriſdictionis hujuſmodi? Qua deficiente, & juriſdictio deficit, Gloſſ. *in l. Mancipia,* verb. *Advocandum, C. de Serv. fugit.* Menoch. *de Præſumpt. lib.* 6. *quæſt.* 15. *num.* 47. ſi in puncto juris nullum adeſt expreſſum prò Eccleſiaſtico Judice; benè verò contrà; & ſi ad obſervantiæ factum reſpicimus, improbatam legimus, neque pèr milles annos præjudicare poteſt, ut vidimus proximè.

47 Sed quid mirum quòd Judex Eccleſiaſticus carcerare nequeat Laicos, ſi juriſdictio contentioſa cohæret territorio, ut dicemus *infr. h. Membr. quæſt.* 6. *num.* 105. reproductis inferius dicendis *h. quæſt. à num.* 95. *ad* 98. & Laici ſunt de territorio Sæcularis Judicis, utpotè territorium Eccleſiaſtici reſtrictum eſt ad Spiritualia, & ad ambitum Eccleſiæ, ut videbimus *h. quæſt. num.* 109. & 141.

Nèc oberit ſi replicetur, ergo 48 nèc Laicus Judex capere Clericos poterit; nàm diſtinguendum eſt, quòd, ſcilicèt, non poteſt contentioſè, nèc in judicio, neque ut Judex; benè verò tuitivè, defenſivè, ſivè directivè, & extrà judicium, ſicuti poteſt, & quivis privatus, proùt dicemus *infr. num.* 210. & 224. & *Membr.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 58. aut ſi fallor, & hæc ita non ſunt, obſecro Sacram Majeſtatem D. Regis ut à novæ Recopilationis volumine deleri jubeat prædictas *leges* 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* nè ſint litium productivæ, & inutilium diſputationum fomentum, aut quòd dubium declaret ſi quodcumque eſt, aut S. Sedem ità facere, ſi opus fuerit, deprecetur, àc certò ſciamus quæ obſervare debeamus, àn nempè Eccleſiaſticus Judex executionem facere poſsit in perſonis, & bonis Laicorum, àn non, nàm idem de utriſque jus prædictæ leges Regiæ ſtatuunt, & AA. claſsici defendunt proptèr expoſita fundamenta.

Nèc refragatur ſi arguas; ergo 49 nèc Judex Laicus executionem facere poterit in Clericorum bonis; nàm ſi de Spiritualibus loqueris, ſivè Eccleſiaſticis, verum eſt, quòd non poteſt, ut defendimus *infr. h. quæſt. num.* 88. benè verò poteſt in temporalibus, & profanis, ſicuti dicemus *h. quæſt. à num.* 85. *uſq.* ad 155. & dictum reliquimus *ſupr. num.* 5. & ratio eſt, quia bona temporalia Clericorum ſunt in territorio Principis Sæcularis, ut videre eſt *infr. num.* 140. & faciunt dicenda *à num.* 89. *ad* 115. cum *num.* 140. & 149. Hæc igitur obruoſa fundamenta qui non cœperit obruetur, & utinàm noſtri memoriam obruere non ſatagat, cùm nèc bonum nèc licitum exemptum à calumnia, ſit Bobad. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 4. circ. *med.*

Procedat igitur Judex Eccleſiaſticus adversùs Laicus cùm poſsit, & 50 eos

eos cum neceſſum ſit aſſecuret cum Laici auxilio, cuſtoditos què habeat in carceribus fori Sæcularis, nàm ità in Laicos jus dicere ſinè impedimento poterit quietè, àc pacificè, ut in Valentino Archiepiſcopatu practicari certificatum de viſu nobis fuit, & ſic unaquæque juriſdictio illeſſa ſervabitur, illarumquè concordiam jubilo canemus, cùm aliàs abſurdum ſit ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia, ut ajebat Imper. Juſtinian. *in l. Conſulta divalia* 23. *C. de Teſtam.*

51 Nèc proptèr hoc recurſum faciant Eccleſiaſtici Judices ad excommunicationis remedium quod cùm ſit ſubdiarium, & extraordinarium, exerceri nequit niſi in defectum ordinarii, prout jubetur à S. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 3. verb. *In cauſis verò*, & toto *tit. de Sent. excomm.* Mart. *de Juriſd. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. & in *tract. de Prævent. cap.* 2. *num.* 11. Caniſ. *in Jus Canon. tit.* 23. *lib.* 3. *pag.* 350. Valenſ. *in Paratit. lib.* 5. *tit.* 39. §. 14. *num.* 2. verſ. *Inſupèr*, & itèm præcipit Concordatum Urbium Romanæ, & Hiſpaniæ, ratificatum à S.Majeſtate D.D. *Philippi V.* fœlicis recordationis, in S.R.Palacio S.Ildephonſi die 18. *Octobris*, anno 1737. *art.* 10. cujus hæc ſunt verba: *No debiendoſe uſar de las cenſuras ſino es* in ſubſidium, *conforme à la diſpoſicion de los Canones Sagrados, y al tenor de lo que eſtà mandado por el S. Concilio de Trento en la* Seſsion 25. de Regul. cap. 3. *ſe encarga à los Ordinarios, que obſerven la dicha diſpoſicion conciliar, y canonica; y no ſolo que las uſen con toda la moderacion debida, ſino tambien que ſe abſtengan de fulminarlas ſiempre, que con los remedios de execucion Real, ò perſonal ſe pueda occurrir à la neceſsidad de imponerlas: y que ſolamente ſe valgan de ellas quando no ſe pueda proceder à alguna de dichas execuciones contra los Reos, y eſtos ſe moſtraren contumaces en obedecer los Decretos de los Jueces Eccleſiaſticos.* Expreſſum quoquè eſt hoc juſtiſsimum mandatum in Bulla *Clementis* Pap. XII. incip. *Venerabiles Fratres* 2. *inſr. in* §. 17. cum *not. ejuſd.* & dicemus num. 66.

Ratio harum diſpoſitionum eſt 52
manifeſta *in dict. Concord. & Bull.* quia ubi actio ordinaria intentari poteſt, extraordinaria ceſſat, nèc remedio extraordinario locus eſt cùm ordinarium adeſt, *l. Quædam, ff. de Edendo*, & ibi Bart. *num.* 1. Gloſſ. *in l. Vinum, ff. Si certum petat.* Sot. *in* 4. *Sent. diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 2. *col.* 6. circ. *fin.* & affert rationem: nè pereat temporalis gladii juriſdictio, & omnis cauſa devolbatur ad forum Eccleſiaſticum. Abb. *in cap. Novit.* 52. *de Judic.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *num.* 169. D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 320.

Cùm autèm neceſsitas à S. Con- 53
cilio, & Concordato requiſita, cum effectu evenerit, non ſunt inferendæ cenſuræ Eccleſiaſticæ niſi magna cum conſideratione ab eiſdem præventa, & expetita; nèc licet ab earum comminatione incipere *l.* 1. *C. de Execut. rei judic.* Gloſſ. Bart. & DD. *in l. De pupilo*, §. *Meminiſſe, ff. de Nov. oper. nunt.* Alex. *in l. Filius familias*, §. *Divi*, *col. fin.* de *Legat.* 1. Villad. *cap.* 3. *Inſtr. num.* 204. *pag.* 77. nam comminationem præcedere debet correptio, Eccli. 19. *verſ.* 17. & quia excommunicatio eſt major omnium pœna in Eccleſia Dei, Can. *Corripiuntur*, 24. *quæſt.* 3. D. Covarr. *in cap. Alma mater*, *part.* 1. §. 8. *num.* 5. circ. *princ.* Jul. Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 77. *num.* 1. Mart. *de Juriſd. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. & mors canonica, Miñan. *Baſſ. Pontif. juriſd. pag.* 116. *num.* 55. *in fin.* Caniſ. *in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 23. *pag.* 349. cum Can. *Nemo Epiſcoporum*, 11. *quæſt.* 3. † 54

præ-

præterquàm quòd Epiſcopus debet eſſe benignus, & non ſui ſenſus plùs ſatis tenax, D.Barboſ. *de Poteſt.Epiſcop. part.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 12. *num.*8. increpareque debet ſubditos cum benevolentia, & in ſpiritu lenitatis, ad *Galat.* 6. *verſ.* 1. tanquàm ſi nutrix foveat filium ſuum, 1. *Theſſ.* 2. *verſ.* 7. in omni patientia, & doctrina, 2. *ad Thimot.* 4. *verſ.* 2. quem admodum fecit Dominus Populo ſuo, ut nos inſtrueret, 4. *Eſdræ* 1. *verſ.* 28. & 29. nàm levius eſt Judicem, maximè Eccleſiaſticum, peccare in miſericordia, quàm in juſtitia, & ſeveritate, Can. *Alligant*, 36. *quæſt.* 7. *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recop. in fin.y haràn juſticia con piedad*, Matth. 23. *verſ.* 23. Luc. 6. *verſ.* 36. Paz *in Prax. tom.* 1. *cap.* 3. §. 12. *ex num.* 99. *ad* 104. Caſiod. *lib.* 1. *Variar. Epiſt.* 14. attamèn ſinè alterius præjudicio, quia facienda non eſt miſericordia pauperi in alterius injuriam, Exod. 23. *verſ.* 3. & 6. Levit. 19. *verſ.* 15. cæterùm, qui nimis emungit elicit ſanguinem, *cap.* 10. *de Renuntiat.* Proverb. 30. *verſ. ult.* Minimè autèm cenſuris uti poteſt, nèc pèr conſequens illarum comminatione in negotiis ſæcularibus, & profanis, D. Abreu, *Victim. Real*, *p.*224. *n.*465.

55 Nèc debet Judex Eccleſiaſticus in cenſuris inferendis juris ordinem prætermittere, cùm illum ſervare teneatur omnis Judex Reo citato, & veritate cognita, Scac. *de Sent. & Re Jud. quæſt.* 4. *gloſſ.* 9. *num.* 3. & latius dicemus *in q. ſeq. num.*15. *ad med.in quæſt.*6.*h.Membr. num.* 63. & *in tract. de Cenſur. num.* 17. nèc vim facere, contrà jura canonica procedendo, non obſtantibus legitimis appellationibus, aliàs potiùs ligaretur, quàm ligaret, & incurreret ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ pèr menſem, *cap. Sacro* 48. *de Sent. excomm.*& pœnas, *cap.*1. *eod.* D.Covarr. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 9. *num.* 8. verſ. *Cæterum.* Immò in Bullam Cœnæ Domini, D. Salgad. *de R. P. part.* 1. *cap.*1. *prælud.* 5. *num.* 236. & *ſeq.* cum dicendis *in tract. de Cenſur. num.* 34. quarè melius facerent Judices Eccleſiaſtici ſi levi mulcta, aut graviori juxtà delicti qualitatem Reos Laicos corriperent reflectendo omnia maximè notabilia, quæ hanc in rem congeſsit P. Sannig. Ordin. Minor. Reform. *in Schol.Canon. lib.* 5. *tit.* 37. *cap.* 1. *num.* 5. àc latius dicemus *infr. in tract. de Cenſur. num.* 15. & ad illius exactionem Sæculare brachium invocarent proùt irremiſsibilitèr neceſſe habent, niſi cum juſtitiæ, & pacis violatione, àc prò libero arbitrio legibus adverſo, & concordiæ juriſdictionum inimico alitèr fiat contrà *h. noſ. text.* ut cenſuit *dict.* P. Sannig. *lib.* 1. *h. tit. de Offic. Jud. Ordin. cap.* 7. *num.* 4.

Nàm Eccleſia gladio temporali non utitur, Can. *Inter*, 32. *quæſt.* 2. *gladium non habet niſi ſpiritualem*; & ſi iſtud non ſufficiat, ad Superiorem referant, & cum juſtificatione æquo animo conſulant, & ità non imputabuntur eis ſubditorum exceſſus, ut minatur *text. in cap. Irrefragabili* 13. *in princ. h. noſ. text.* ſic què fieri jubetur à Pontifice *Pelagio*, in Can. *De Benedicto* 5. 32. *quæſt.* 1. ubi præcepit Subdiacono ſuo mittere Benedictum Reum ad Præſidem Provinciæ; & *illum quidèm ad Lucium defenſorem in Apuliæ Provinciæ patrimonium ſinè dilatione fac migrare*, & à Synodo Turonenſi, Can. 41. *quos oportet per Sæcularis potentiæ diſciplinam à tàm prava conſuetudine coerceri, qui pèr ſalutifera Sacerdotum monita non fuerunt revocati*, & *in noſ. Jur. Reg. à l.* 56. & 58. *tit.* 6. *part.* 1. *l.* 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* & hoc ipſum præconio declarant verba *noſ. text.* & *cùm opus fuerit publicum convocent auxilium*, etiam què *Gloſſ.* quibus notum fit, iſtud implorari de- 56

deberi cùm monitiones Judicum Eccleſiaſticorum fructum non adferunt proptèr reorum pertinatiam, & contemptum; & iſtam praxim vidimus ab aliquibus Eccleſiaſticis Judicibus ſervari ſpeciatim à cariſsimo Don *Dominico Sans Valero & Cano*, Vicario in Opido Exitani, vulgò *Salobreña*, viro integerrimo, qui, & paritèr alii Æconomi ſecretò nos conſcios fecerunt quorundam delictorum mixti fori ut illa vitaremus, aut cùm opus eſſet Reorum expertam contumaciam frænaremus monitionibus ab illis ſpretis.

57 Et revera videtur quòd magis decet quibuſdam caſibus Judicem Laicum, quàm Eccleſiaſticum, ut docet D. Auguſtin. relatus in Can. *Sunt quædam*, 23. *quæſt.* 5. *Sunt quædam enormia flagitia, quæ potiùs pèr Mundi Judices, quàm pèr Antiſtites, & Rectores Eccleſiarum vindicantur, &c.* & D. Bernard. *lib.* 1. *de Conſid.* ad Eugen. *cap.* 6. Curtell. *lib.*2. *quæſt.*88. *num.* 2. in verb. *Ex quò fit, ut in Hiſpaniis*, quapropter ſi aliquis Judex Eccleſiaſticus ità ſeverus ſit, & gladii exercendi cupidus, quòd pèr ſeipſum quæcumque omnia mixti fori delicta punire velit, plurimorum notam incurret, hac què ratione arbitramur à quibuſdam cauſis arceri oportere, & libentèr exonerari Judices Eccleſiaſticos, Laicis què Officialibus privatim, & ſecretò denuntiare, ut præcipit, *l.* 10.*cap.*6.*tit.*1. *lib.* 1.*Recop.* †

58 & ſi ità practicarent, vitarentur ſcandala quæ pariunt novitas, & cenſurarum ſtrepitus, quibus ſæpiſsimè uti ſolent, ſi non feſtinantèr ſuis mandatis obedierint Laici, ut experientia docemur contrà præceptum Can. *in cap.* 10. *de For. compet.* jubentis, *nè indè ſumatur materia ſcandali, undè provida debet conſideratione ſedari*, & itèm contrà præceptum *Concord. & Bull. citat.* ſub *num.* 51. maximè cum certum ſit quòd Judices Eccleſiaſtici nòn valent imperare Judicibus Laicis, ſed dumtaxàt requirere, ut videre eſt *in Membr.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 3. in *fin.*

Quod ſi non ita prò arbitrio facerent, proùt ſolent quidam Eccleſiaſtici Judices, ſed immò prædictis mandatis obſecundarent, utì debent, àc tenentur, eſſet pax in Urbibus, quam fovere omnes debemus, ſignanter Eccleſiaſtici Pſalm. 121. *verſ.* 6. *Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem*, & verſ. ſeq. *Fiat pax in virtute tua.* Pſalm. 147. *verſ.* 14. *Qui poſſuit fines tuos pacem.* Pſalm. 84. *verſ.* 9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.* Ad Rom. 12. *verſ.* 18. *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Deuter. 20. *verſ.* 10. *Si quando acceſſeris ad expugnandam Civitatem, offeres ei primùm pacem*, Joſue 9. *verſ.* 15. *Fecit quoquè Joſue cum eis pacem, & initio fœdere policitus eſt.* Eſth. 16. *verſ.* 8. *Undè providendum eſt paci omnium provinciarum.* Pſalm. 33. *verſ.* 15. *Inquire pacem, & perſequere eam.* Jerem. 29.*verſ.*7. *Et quærite pacem Civitatis ad quam tranſmigrare vos feci: & orate prò ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax vobis.* Hymn. Hominis superne conditor: *Diſſolve litis vincula, adſtringe pacis fœdera.* Iſaì. 26. *verſ.* 3. *Servabis pacem.* † 32. *verſ.* 17. *Et erit opus juſtitiæ pax.* † 52. *verſ.* 7. Zach. 8. *verſ.* 19. ad Rom. 10. *verſ.* 15. Eccli 5. *verſ.* 12. *Et proſequatur te verbum pacis, & juſtitiæ.* Ad Rom. 14.*verſ.* 17.cum *duob.ſeqq.*& ad Hæbr. 12. *verſ.* 14. Salus ergo populorum integritas eſt Præſidentium, *Can.* 5. *diſt.* 61. Dartiſ. *Oper. Canon. p.* 1. *col.* 2. *lit.* E. *pag.* 142. Et ſi ſecùs fecerint, tantò major eorum culpa erit, quantò ſublimiores ſint perſonæ, D. Auguſt. *tract.* 110. in

in Joannem. D. Iſidor. *lib.* 1. *de Sum. bon. cap.* 18. argumento *text.* in *cap. Homo Chriſtianus* 5. ubi *gloſſ.* & in *cap. Si Papa, 6. diſt.* 40. *cap. Cùm quidam* 12. ubi *gloſſ.* in verb. *Dignitate, de Jur. jur.* Juvenal *Satyr.* 8.

60 Hoc autèm toto corde, & ex animi plenitudine profiteri debet quilibet Judex Eccleſiaſticus, & qualiſcumque Miniſter Laicus procùl à ſimulatione, *ità ut ſit pax ſua, & juſtitia ſua ſicut gurgites maris*, ex Iſaiæ 48. *verſ.* 18. ne pax ſua, ſit pax materialis, & nomine tantùm, Jer. 6. *verſ.* 14. *Pax, pax: & non erat pax*, † & 8. *verſ.* 11. quia hoc erit fallere, Ezech. 13. *verſ.* 10. *Eò quòd deceperint Populum meum dicentes:*
61 *pax, & non eſt pax*, † & providere poteſt, àc debet nè turbetur pax Reipublicæ ſibi commiſſæ, quæcumque eidem contraria, ſeu adverſantia repellendo, & pericula arcendo, Cencd. *Canon. QQ. cap.* 4. *num.* 14. Innocent. in C. *Si verò, de Sent. excomm.* D. Salg. *de R. P. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 276. D. Solorz. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. pèr *tot.* D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 3. pèr *tot.* & ſignantèr à *num.* 17. D. Ramos ad *Legg. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 7. pèr *tot.* Caball. *Reſol. crim. caſ.* 149. *à num.* 13. Felin. *in cap.* 2. *de Præſcript. num.* 2. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *à n.* 227. Giurb. *conſ.* 49. *num.* 24. etiàm contrà Eccleſiaſticas perſonas, illas, & quaſcumque removendo, *l. Quicumque* 14. *C. de Epiſc. & Cler.* Barboſ. *in Collect.* ad illam *num-* 2. D. Matheu *de Regim. Valent. cap.* 7. §. 1. *à num.* 209. D. Creſp. *dict. obſerv.* 3. pèr *tot.* D. Salced. *de Leg. polit. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 33. D. Larr. *alleg.* 64. *num.* 16. & *alleg.* 102. *num.* 4. D. Solorz. *lib.* 3. *de Jur. Indiar. cap.* 27. D. Salg. *de R. P. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 274. Fraſſ. *de R. Patronat. cap.* 42. *à num.* 32. D. Solorz. *lib.* 4. *Polit. cap.* 29. & maximè *l.* 13. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recop.* vide *in quæſt. ſeq. num.* 63.

Fortè tamèn malitia Plebis, Judicis pacem illudet, & ipſum Judicem eam gratis offerentem, aut potiùs illum opprobriis replebunt gratis, & ſibilabunt, ut clamabat Rex David in Pſalm. 119. *verſ. fin. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis*, quia ex Iſaiæ 48. *verſ.* 22. † & 57. *verſ.* 21. *non eſt pax impiis*; attamen Pax eſt bonis, Sap. 3. *verſ.* 9. 62
† Itèm Prætoris viſibilia, àc nota benemerita zelabit, & obſcurare conabitur, multa què prava adversùs ipſum malitioſè affectabit, & quàm fœda affectatione ſtudioſè calumniabit, faciens de albo nigrum, & de nigro album, ut benè ſerſit Laurent. Gracian. in ſuo opere *Agudeza, y Arte de Ingen. tom.* 2. *pag.* 404. *col.* 2. in *princ. Las virtudes, ò vicios del oficio ſon muy viſibles*, & pag. 376. col. 2. ad med. *Ay algunos que luego topàn con lo malo, y lo entreſacan de mucho bueno, porque conciben como viboras, y rebientan por parir*, & pag. 423. col. 2. *El odio, de las virtudes hace vicios, y la liſonja, de los vicios virtudes*, junctis *inſr.* dicendis *h. m. q.* 6. *n.* 87. & melius *n.* 114. àc *m.* 2. *q.* 2. *n.* 15. 63

Deindè, non tantum gratias non aget prò benefitiis acceptis, verùm prò illis mala retribuet, de quo dolebat ſe Pœnitens Rex, Pſalm. 34. *verſ.* 12. *Retribuebant mihi mala prò bonis.* Cæterùm; *qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus*, Proverb. 17. *verſ.* 13. facit 1. ad *Theſſ.* 5. *verſ.* 15. & hæc maximè fieri ſolent adversùs Judices illos, qui in Officii ingreſſu diſplicent, aut fortaſsis gratiam amittunt, quia fortè anteceſſorem perſequentibus congratulari noluerunt, alia vè de cauſa, juxtà eund. Gracian. *dict.* 2. *tom. pag.* 398. *col.* 2. *En las entradas de los caminos es el rieſgo del* 64

errarlos, que acertados una vez, con facilidad ſe proſiguen. 2. Paralip. 1. *verſ.* 10. *Da mihi ſapientiam, & intelligentiam, ut ingrediar, & egrediar coràm Populo tuo: Quis enim poteſt hunc Populum tuum dignè judicare?* Et facit Sap. 9. *verſ.* 10. Joann. 10. *verſ.* 9. nèc prodeſt fœlicitas in ingreſſu, niſi etiàm in exitu conſequatur, ex proximè allegato *text.* Par. & Pſal. 120. *verſ. fin. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum.*

65 His tamèn conſtanti animo prò Deo ſpretis, accepto *ejuſd.* Graciani conſilio, in *dict. tom.* 2. *pag.* 334. *col.* 1. circ. *fin. debe el hombre ſer muy ſufrido*, & pag. 336. col. 2. *enſeñan las fieras à los hombres à que hagan poco caſo de los agravios, y que no ſean vengativos*, & ibid. *debe el hombre triunfar de los publicos convicios, no haciendo caſo de ellos*, & pag. 337. col. 1. *como ni de los deſayres*, quod ſignificare videtur *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recop. y que ſean manſos*, & eſt Sacris Literis proditum, Pſalm. 146. *verſ.* 6. *Suſcipiens manſuetos Dominus*, Eccli. 5. *verſ.* 13. *Eſto manſuetus.* † 10. *verſ.* 17. & 31. Matth. 5. *verſ.* 4. † & 11. *verſ.* 29. & etiam humanis, Cicer. prò *Leg. Manil. pag.* mihi 7. ad *med. nùnc præſentem vident tanta temperantia, tanta manſuetudine, tanta humanitate, ut ii beatiſsimi eſſe videantur, apùd quos ille diutiſsimè commoratur*: & juxtà dicta *in Præfat. num.* 72. & dicenda *in Membr.* 2. *q.* 9. *n.* 57. paulò poſt *med.* 62. 63. & 71. ſummè invigilare debent Judices omnes prò communi ſubditorum bono, præcipuè Paſtores, & ità ſimùl ad Deum dirigent Populos ſibi commiſſos doctrina, & exemplo, quod eſt finis Epiſcopalis adminiſtrationis, ex Concil. Trident. de *Reform. ſeſſ.* 22. Barbòſ. *part.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 3. *n.* 17. nàm Pontificalis poteſtas, mitis, & paternalis eſt, non vi, nèc prophano modo exercenda, Curtell. de *Priſc. & recent. Eccleſ. libert. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 69. & probat ex authoritate D. Petri 1. *Epiſt.* 5. *verſ.* 2. *Paſciſte qui in vobis eſt gregem Dei ex animo, non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum*, & idem Curtell. *ibid. num.* 68. loquendo de exercitio poteſtatis Epiſcoporum, ſic explicat: *Mitis eſt, paterna eſt, non vi elata, non dominationis faſtu, non denique profano more, nam poteſtas Eccleſiaſtica ad concordiam eſt inſtituta, non ad vim inferendam*, & *num.* 69. ſignantèr Epiſcopi ad pacem intèr Chriſtianos conciliandam præcipuè inſtituti ſunt, ut latius probat *in quæſt.* 18. *dict. lib.* 2. *num.* 13. ubi notat quàm damnoſum ſit ſi inteſtinis diſcordiis, quæ pacem in malum publicum erumpunt, omnia ſursùm feorsùm revolvant, & adducit *text.* in Can. *Neque enim* 7. 24. *quæſt.* 5. qui ſpecialiſsimus eſt, prætèrquàm quòd violentia eſt legibus inimica, Gelaſ. P. *Epiſt. ad Ezech. comit.*

Sin verò contrà fecerint, (quod 66
non creditur) Populorum turbidinem, iram, & contemptum nanciſcentur, maximè ſi in cenſurarum comminatione, & executione non utantur moderatione à S. Concil. requiſita, *in ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 3. *Quamvis excommunicationis gladius nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in Officio Populos valdè ſalutaris; ſobriè tamèn magna què circumſpectione exercendus eſt*, proùt faciebant PP. antiqui, Navarr. *in Manual. cap.* 27. *num.* 49. & 50. & diximus *ſupr.*
num. 51. † Nàm prætèr damna pro- 67
ximè relata, pleroſque compellit cenſurarum metus jura ſua prò derelicto relinquere, ut exprimit *Aut.* 4. *cap.* 12. paulò poſt *med. tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. obligando por eſte medio à mis Catholicos vaſſallos à que no atiendan (devotamente temeroſos) à mas defenſa, que libertarſe del horror*

ror de verſe miembros ſeparados de la Santa Igleſia Catholica.

68 Sin autèm hòc neceſſario temperamento neglecto Judices Eccleſiaſtici cenſuras intulerint, timere debebunt Sacrorum Canonum ſeveritatem, & terrorem, Can. *Ipſe* 60. 11. *quæſt.* 3. *Ipſe ligandi, atquè ſolvendi poteſtate ſe privat, qui hanc prò ſuis voluntatibus, & non prò ſubjectorum moribus exercet.* Can. *Judicare*, ead. *Cauſ. & quæſt. Judicare, de ſubditis dignè nequeunt, qui in ſubditorum cauſis, ſua vèl odia, vèl gratiam ſequuntur*, cap. 1. de *Sent. excomm.* in 6. *Cautè provideat Judex Eccleſiaſticus*, & in verſ. *Si quis autèm*, & verſ. *Caveant autem.* Mart. *vot.* 131. *num.* 6. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 541. *&* 543. Pignat. *conſult.* 44. *tom.* 9. *num.* 27. Caram. *Theol. fundam. mor. num.* 3181. verſ. *Et quid ergo dicemus.* Can. *Non in perpetuum*, 5. 24. *quæſt.* 3. *cap. Sacro*, 48. *de Sent. excomm.* Valenſ. *in Paratit. Decretal. lib.* 5. *tit.* 39. §. 2. *n.* 3. Curtell. *lib.* 1. *de Priſc.* & *recent. Eccleſ. libert. q.* 41. *n.* 15. *col.* 1. ubi quandam allegat Epiſtolam, Mar. Remenſis Arch. ad Honorium P. *Si aliquis Epiſcopus aliquem contrà legem excommunicat ſibi poteſtatem ligandi tollit*, & latius dicemus *infr. in tract. de Cenſur. art.* 3. *num.* 15. *in fin. & art.* 5. *num.* 30. *&* 34. cum *ſup.* dictis *h. quæſt. num.* 55. & dicendis *infr. num.* 70. Judicium enim in quo aliquis condemnatur injuſtè, ſimile eſt violentiæ latronum, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4.

69 Sed cùm pluriès videamus prædicta omnia ſæpiùs contemni, paritèr ſentimus intricatas lites contendi, quin profit quòd S. Concilium Trid. Concordatum, & Bulla *Clementis P. XIII. ſupr. citat. in n.* 51. ſtatuerint modum, fines, & debitum ter-

70 minum: † Cæterùm ſi hoc moderamen Judicibus Eccleſiaſticis injunctum, ipſi non ſervaverint, & cenſuris abutantur, depoſitionis pœnam promerentur, Pignat. *tom.* 9. *conſult.* 162. *num.* 4. Laurent. *Vicar. Epiſc. quæſt.* 295. † foret enim ini- 71
quum ſi Judices Eccleſiaſtici eſſent admodum ſtricti in Laicos, & in Clericos deſides, àc in eos quos patrocinari intendunt, Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 23. circ. *fin.* verſ. *Et revera videmus.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 109. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 8. *num.* 73. ubi mirabile refert Dominici Sot. teſtimonium in 4. *Sentent. diſt.* 25. *quæſt.* 2. *art.* 1. ajentis, *Prælatorum negligentiam, àc nimiam diſsimulationem in cauſa eſſe, nè Clericis privilegia ſemèl indulta, ſalva Republica ſervari poſsint*; in quo faciunt Eccleſiaſtici Judices contrà id quod matura ratione diſpoſitum eſt à noſtro *Jur. Reg. in l.* 3. 10. *&* 14. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* ex quo, maxima in Republica oriuntur damna, quæ expreſsit idem Curtell. *dict. quæſt.* 8. *num.* 75. & pèr Legatos Concilii *Trid.* Eccleſiaſticis tribuuntur præſentia Eccleſiæ damna, ut ipſe affert, *lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 4. *&* 5. quam obrem mirum non ſit, ſi Princeps ſupplere valeat Prælatorum negligentiam, *eod.* teſtante Authore, *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 82. *quæſt.* 8. *à num.* 61. *uſq. ad fin. & quæſt.* 15. *ex n.* 9. & latius ex aliis probavimus *ſupr. n.* 24.

Potiùs autèm præ oculis habere 72
debebant Eccleſiaſtici Judices, Reipublicæ commune bonum, quod omnia jura appetunt, cujus baſsis eſt Judicum concordia. Audi precor ex ore Pontificis *Gregorii VII. lib.* 1. *Epiſt.* 19. & Imp. Juſtiniani *in Novell.* 6. *Ut ex utriuſque concordia, Chriſtiana Reſpublica cummulatiſsimis incrementis augeatur*, Mundus enim non niſi ex concordia, & mutuis officiis regi poteſt, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 55. *num.* 4. *& quæſt.* 4. *num.* 48. àc minimè

benè

benè gubernari poteſt niſi abſquè contentionibus, Philon.*lib. de Legg. ad Cajum*, *col.* 8. Pſalm. 132. *verſ.* 1. *Ecce quàm bonum*, *& quam jucundum habitare fratres in unum.* Tria enim ſunt, quæ Domino placent, & primum eſt concordia, Ec-
73 cli. 25. *verſ.* 1. & 2. † quo quidem bono optimo (ad cujus conſecutionem noſtrum intendit opus) frui non poteſt niſi data opera ad imitanda Cœli luminaria magna, quorum fulgura minimè implicantur, *cap. Solitæ*, 6. *de Majorit. & obed. Fecit Deus duo magna luminaria*, *id eſt*, *duas inſtituit poteſtates*, *quæ ſunt pontificalis authoritas*, *& regalis poteſtas*; & Gen. 1. *verſ.* 16. *Fecitquè Deus duo luminaria magna*, *luminare majus*, *ut præeſſet diei*, *& luminare minus*, *ut præeſſet nocti.* D. Auguſt. *de Bono viduit. cap.* 6. *In Cœlo ipſo*, *ſua luce Sol Lunam ſuperat.* Nacianc. *Orat.* 26. *alia enim Solis gloria eſt*, *alia Lunæ*: *ordo itaque omnia conſtituit*: *ordo cæleſtia*, *& terreſtria continet.*

74 Hinc igitur ordo exegit, quòd gladii ſpiritualis, & temporalis eſſent diſtincti, Luc. 22. *verſ.* 38. *Domine*, *ecce duo gladii hic. Cap. Unam ſanctam*, *de Majorit. & obed.* Cæſarius Ciſterciènſis *Homil.* 2. *in Dominic. Advent. Unus gladius ſpiritualis eſt*, *qui Papæ collatus eſt à Domino*: *alter materialis quem tenet Imperator*, *ſimilitèr à Deo collatus*; *hoc duplici gladio regitur*, *& defenditur Eccleſia Dei.* Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 55. *num.* 6. ſic què Pontificum authoritas, & Regum poteſtas in multis conveniunt, & etiam differunt, ut videre eſt apùd Dartiſium, *Oper. Canon. p.* 1. *diſt.* 10. *pag.* 18. & *pèr tot. diſt.* 96. *pag.* 171. & utriuſque poteſtas altera alterius ope indiget, ex *eod. dict. part.* 1. *col.*2. *lit.* B. *pag.* 18.
75 † ſignantèr porrò notandum venit, quòd Eccleſia gladio temporali non utitur, Can. *Inter hæc*, 33. *quæſt.*2. *Gladium non habet niſi ſpiritualem*, videlicèt interdictum, ſuſpenſio, excommunicatio, quæ ſpectant ad cultelum Eccleſiaſticum. Vide Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *num.* 2. pèr *tot.* ſignantèr *pag.* 890. *col.* 2. & aureis verbis ſcripſit D. Bernard. ad Eugenium III. *lib.* 4. *lit.* H. *pag.* 157. *Aggredere ſubditos verbo*, *ſed non ferro*; *utrumque gladium habere ſi voles*, *utrumque perdes*, & diximus *ſup. quæſt.* 1. ſub *num.* 2. & *h. q. num.* 36. *&* 37. Propterea cùm D. Petrus ſcidit auriculam Malco, correptus à Domino fuit, Matth. 26. *verſ.* 51. *&* 52. *Coverte gladium tuum in locum ſuum.* Exornat Gonzalez in *C. Solitæ*, *de Majorit. & obed.* Marca *in Concord. Sacerd. & Imper. lib.* 2. *cap.* 1. D. Salced. *lib.* 1. *de Leg. polit. cap.* 6. *&* 18. *à num.* 34.

Sin verò his ſpretis, non con- 76
trà Laicos utcumque, Judices Eccleſiaſtici procedant, ſed etiam contrà eorum Præſules, & Officiales publicos, Sæculares nempè Judices, valdè major erit noxa Reipublicæ, cùm contrà fieri deberi, multa ſuadeant, prætèr hucuſquè dicta, potiſsimè defectus juriſdictionis circà cauſas merè temporales, & prophanas, ut patefecimus ſub *numer.* 2. circ. *fin.* & *num.* 56. àc proximè, ſpeciatim in terminis excommunicationis ferendæ in illis, ut videre eſt *ſup. h. q. num.* 54. *in fin.* Deindè, quia Ordinarius Judex Laicus æqualis eſt Judici Ordinario Eccleſiaſtico òb paritatem juriſdictionis quoàd uſum, tamètſi non quoàd finem, ut diximus *ſupr. à num.* 15. *ad* 19. † 77
& excommunicatio non fertur à pare in parem, *cap.* 10. *de Majorit. & obed. cap. Cùm animarum*, 6. *de Conſtit. in* 6. Abb. *in cap. Cùm in jure*, *num.* 3. *de Offic. deleg.* Mart. *de Juriſd. p.* 3. *num.*28. † Quia par 78
in

in parem imperium non habet, *cap.6. de Conſtit. cap. 20. de Elect.* & *elect. poteſt. gloſſ. fin. in cap. ult. de Reſcript. in 6. l. 2. tit. 7. part. 3.* ubi *gloſ. 1. quæſt. 6. & gloſſ. 2. lib. 5. tit. 1. part. 7.* quia juriſdictio exerceri nequit in perſonam æqualem, Barboſ. *lib. 1. cap. 1. ſect. 3. §. 3.*
79 *num.* 134. † & parium eadem eſt juris diſpoſitio, & judicium, *cap. Inter corporalia*, *cap. Sicut ergo*, *de Translat. Epiſc.* & eadem eſt natura, *l. Si ſocer, in fin. ff. Solut.matrim.* & eadem eſt potentia, *lib.1. §. Veteres, ff. de Adquir. poſſ. l. Si Reus, ff. de Duob. reis*, & non poteſt actus aliquis eſſe validus ſinè potentia agendi, Imol. *cap. 28. §. Sunt, num.* 4. hæc ergo deficit in negotiis merè ſæcularibus, & prophanis, in quibus immiſceri nequit Judex Eccleſiaſticus, ex *ſup. dictis num.* 2. circ. *fin.* 54. in *fin.* 56. & 76. àc per conſequens ipſorum reſpectu, non modò ſuperior non eſt, ſed nèc æqualis.

80 His, & aliis à nobis allegatis judicaturam à Sacra Majeſtate exercendo, & ejus Supremo Cameræ Conſilio, cùm Vicarius Eccleſiaſticus intendiſſet pèr cenſuras compellere Tabelliones,& Procuratores Audientiæ noſtræ, ut deponerent, àc teſtificarent de injuria, quæ contrà veritatem à nobis in Prætorio facta dicebatur cuidam Clerico Beneficiato, (qui quidem caſus mixti fori eſt, Mart. *de Juriſd. part. 2. cap. 27. num. 6.* Bobad. *lib.2. Polit. cap.17. num.* 132. Sabel. *in Summ. diverſor. tom. 3. §. Laicus, 2. num.* 4.) & ipſi comparare nolluiſſent, multò què minùs declarare coràm Canonico delegato Collegiatæ Alpharenſis, niſi Sæculare brachium (noſtri quidem) invocaretur, hac què de cauſa, prætèr eos, quorum copia haberi non potuit proptèr occultationem, quam aliqui fecere cenſurarum terrore ſtupefacti, àc perterriti, *ut ſup.* diximus in *num.* 67. cæteri de facto excommunicati fuiſſent, & illorum defenſionem juriſdictionis nomine ſtuduiſſemus requiri faciendo prædictum Vicarium cum quodam exorto; ad illius calcem decretum interpoſuit revocando cenſuras à dicto Canonico fulminatas, & illos abſolvi juſsit, àc cum effectu abſoluti fuerunt in ſuis domibus ſinè ulla pœnitentia: & cùm prædictus Beneficiatus, quem Notarius quidam Presbyter aſſociavit, nos requiſiviſſet in prædicto Prætorio, ut præciperemus teſtimonia illi à Tabellionibus præberi mulctæ eidem impoſitæ, (& exactæ auxilio à Vicario præſtito) & ſuſpenſionis pèr annum ab advocationis Officio, quia in illo officiando deliquit certam termini reſtitutionem prò quadam ſua clientula adversùs ommiſſam probationem, & allegationem iterùm,atquè iterùm tenacitèr petendo poſt quindecim dies à probationum publicatione contrà expreſſam Regiam diſpoſitionem, & illa dari non juſſerimus niſi prædictus Clericus exprimeret finem ad quem illa volebat (prè oculis habendo doctrinam D. Creſp. *part. 2. obſerv. 110. num. 26.* ſignantèr in *Summario*, & D. Salgad. *de R. P. part. 4. cap. 14. num.* 81. cum aliis ab eo productis ubi docet, quod Judex Sæcularis poteſt cogere Clericum ut ſibi oſtendat ea, quæ eſt allegaturus coràm Eccleſiaſtico, ut videat àn ſint concludentia, & quòd aliàs procedat ad ulteriora) & coràm quo Judice ſe præſentare intendebat, (tamètſi Laico ſufficit appellare ad Judicem competentem nullo expreſſo, ſicut etiam Clerico coràm ſuo Judice litiganti, Guid. Papæ *in Deciſſ. quæſt. 436. num.* 59.) cùm conſcii fuiſſemus quòd prædicta teſtimonia ille appetebat ad recurſum introducendum coràm Eccleſiaſtico Judice, ut cum effectu adhùc ſinè illis introduxit; & itèm cùm querelam ad-

verſùm nos inſtituiſſet ſupradicti noſtri Decreti cauſa, & ipſius executionis, literæ què fuiſſent expeditæ ſupèr ejuſdem revocatione, tàm quoàd mulctam, quàm quoàd ſuſpenſionem, illius reſtitutionem præcipientes cum cenſurarum comminatione, aggravatione, & reaggravatione, &c. Et juriſdictione ipſius Vicarii à nobis illicò declinata, appellatione interpoſita, & regio violentiæ auxilio proteſtato, ad Valliſoletanam Regiam Cancellariam Acta fuiſſent miſſa à prædicto Vicario de mandato Supremi Conſilii, etiam accùmmulatis illis, quæ contrà Tabelliones, & Procuratores fulminata fuere cum cæteris omnibus de quibus mentio facta eſt; Regium Decretum interpoſitum fuit die 18. Auguſti, anni 1745. & declaratum *prædictum Vicarium violentiam feciſſe in cognoſcendo, & procedendo, illius què proceſſum, & Acta nullius eſſe momenti, & originalem ipſum ad nos remittendum*; remiſſus què fuit cum effectu, quod quidem Decretum à practicis dictum *Auto de legos*, concordat cum ſententia Rodrig. *de Annuis redit. lib.* 1. *quæſt.* 17. *numer.* 70.

81 Ex ſupradicto practico exemplari, præterquàm quòd probantur, quæ antè illud ſtatuimus, multa deduces non parùm utilia. Primùm, quòd Clericus arceri debet ab omi munere temporali, nàm ex acceptatione Sæcularis Officii, foro renuntiaſſe cenſetur, Curtell. *lib.* 2. *de Priſc.* & *recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 19. *num.* 17. & conveniri illius ratione poteſt coràm Sæculari, & ab iſto pecuniaria pœna puniri, D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 55. *num.* 52. ubi allegat Bobad. Carlev. Curtell. Salgado, Larr. & multos ab his relatos, ſicut & à Diana fuiſſe teſtatur. Itèm, quòd expreſsè arceri debet ab advocatione forenſi, quæ omni jure illi prohibetur, Novellarum, Leonis Conſtitutionum, Sacrorum Canonum, & Legum hujus Regni, nàm in Novellis extat *conſtitutio* 123. *cap.* 6. *in L. C.* Conſtitutio, *Qui à Divina bonitate* 86. & facit *conſtit.* 68. in Jure Pontificio, *cap. Magnopere* 3. *cap.* 6. *& ult. Nè Clerici*, vèl *Monachi negot. ſæc. ſe immiſc. C. Sed nèc procurationes*, & alia *dict. tit. cap. Quanquàm de Cenſib.* & *Clement. Præſent. eod. tit.* in Jure Regio, *l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *l.* 15. *tit.* 16. *lib.* 2. *l.* 19. 20. *&* 21. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop.* & dicemus *infr. num.* 113. ubi multi allegantur AA. hoc ipſum defendentes.

Secundùm, quòd ſi Clericus advocatus, Judicis Laici permiſsione (nè dicam indebita SS. Canonum, & Regiarum Legum diſpenſatione) abutitur, maximè ſi Coronam reclamaverit, id eſt, juriſdictionem Sæcularem declinaverit, indignus ſe conſtituit hujuſmodi functione, & qualibet alia fori Sæcularis, *l.* 3. 4. *&* 5. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recop.* atquè amittit officia Regalia, & eorum redditus, Ayll. ad Gom. cum aliis multis ab eo productis, *tom.* 3. *cap.* 10. *numer.* 8. id què æquiſsimum eſſe affirmat D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 10. *num.* 6. † Nàm ſi privilegium meretur ammittere quicumque permiſſa ſibi abutitur poteſtate, *l. fin. tit.* 18. *part.* 3. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 27. *& quæſt.* 71. *num.* 5. D. Auguſtin. *Sermon. de Temp.* 247. quantò potiùs qui abutitur voluntaria permiſsione, cùm Sæcularis Judex poſsit, aut potiùs debeat Clericum non admittere ad advocationis officium, illius què libellum ex officio repellere, niſi diſpenſationem à D. Rege, & Hiſpaniæ noſtræ Nuntio D. Papæ nomine obtineat, ut dicemus *infr. in Membr.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 42. nàm hæc diſpenſatio, quoàd Jus Canonicum, Summo Pontifici pertinet cui reſervatum eſt indultum iſtud, Pirrh. Corrad. *Diſpenſat. Apoſ-*

Apoſtol. lib. 5. *cap.* 5. *num.* 1. 3. *&* ſignantèr *num.* 6. juncto *cap.* 4. *num.* 8. ubi tradit hujuſmodi indulti exemplum; illud verò concedere nequit Epiſcopus ex quantacumque ſit cauſa, ut idem Corrad. tenet *in dict. cap.* 5. *num.* 1. *&* 3. & ſic videmus practicari in hac Matritenſi Coronata Urbe, in cujus Regiis Tribunalibus nullus Clericus exercet advoca-
84 tionis officium. † Idem jus procedit in Monacho Clauſtrali, qui Advocatus eſſe non poteſt, ſicut nèc Officialis, ſeu Judex, Arbiter, Procurator, nec defenſor, niſi de Superioris, aut Epiſcopi licentia, expoſcente Monaſterii utilitate, Guid. Papæ *in Deciſ. quæſt.* 563. *à numer.* 1. *ad* 3. multa Jura Canonica producens, & in Notis ad ipſum *ibid. lit. C.* vide P. Mend. *de Ordin. Militar. diſquiſ.* 2. *quæſt.* 2. *numer.* 58.

85 Tertium, quòd ſi his omiſsis, tametſi indebitè, libellare permittatur Clericus, & patrocinetur, aliquid vè petat contrà expreſſam legem Regni, facit adverſus legem Regiam *l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop.* Cùm igitur earum obſervantia Laicis Judicibus commendata ſit, & expreſsè juſſum, ut Advocatos violatores compeſcant ſummariè procedendo ſola veritate attenta, *l.* 23. *eod. tit. &* *lib.* cum *l.* 36. *tit.* 1. *lib.* 3. *Recop.* poſſunt, & debent quem invenerint reum etiam Clericum ab officio, ſuo prudenti arbitrio ſuſpendere præter alias pœnas à jure diſpoſitas, *l.* 3. *dict. tit.* 16. *lib.* 2. *Recop.* & etiam mulctare in bonis temporalibus, & prophanis, Bart. *in l. Si quis obrepſerit, in fin. ff. de Falſis, l. Athletas*, §. *fin. ff. de His, qui not. infam.* Gramat. ſuper *Conſtit. Reg. lib.* 1. *pag.* 28. *col.* 4. Didac. Perez *in leg.* 1. *tit.* 6. *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 189. *in fin.* verſ. *Et idem.* Salced. *in Addit. ad Bernard. Diaz, in Prax. cap.* 63. *pag.* 234. verſ. *Illud verò*, Petr. Cened. *in Collect. ad Decretal. cap.* 39. *num.* 4. *pag.* 161. Paz *in Prax. annot.* 5. *num.* 5. *&* 43. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 110. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *numer.* 229. ubi multos allegat *lit. B. col.* 1. *pag.* 1096. facit D. Creſp. *pag.* 2. *obſerv.* 49. *num.* 1. *&* 6. Aufrer. *in tract. de Poteſt. Sæcul. tom.* 11. *in Tract. DD. regul.* 1. *numer.* 7. *pag.* 330. ſivè Clericus ſit Advocatus, ſivè pars, ſivè Notarius ſi coràm Sæculari delinquat, ut in *dict. loc.* & etiam ſi falſo utatur inſtrumento juxtà eundem *dict. tom.* 11. *num.* 8. *&* 23. verſ. *Et ſimilitèr*, *pag.* 331. aut ſi fuerit artifex, *dict. pag. num.* 24. aliud vè Laicorum officium aſſumpſerit, *num.* 25. *ibid.*

Hujuſmodi autem poteſtatis ratio eſt, quia in bonis patrimonialibus Clerici habentur uti perſonæ ſæculares, D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 51. *num.* 7. *&* 26. cum aliis quos allegat Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 76. *numer.* 9. Cortiad. *deciſ.* 21. *num.* 59. *&* 60. *&* *deciſ.* 224. *numer.* 17. *&* 18. & quanquàm ipſe dicat, quòd Clerici privari poſſunt ab officiis, remittendos autem eſſe ad ſuos Judices ut puniantur; contrarium expreſsè defendit Bobad. *in dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 229. & alii in *num. anteced.* producti, àc videri poſſunt relati ab Ayll. *in Addit. ad Gom. tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. & Bernard. Laurent. *tom.* 11. *in Tract. DD. num.* 16. *pag.* 329. ubi defendit, quòd executio mulctæ pecuniariæ fieri poteſt in bonis temporalibus Clerici, tametſi non in ipſius perſonam, nec in bonis Eccleſiaſticis, & convincitur ab exemplari, & judicio in *num.* 80. relato; quàmobrem Cortiadæ doctrinæ minimè aſſentiendum eſſe putamus etiam ex aliis gravibus fundamentis, argu- 86

mento eorum, quæ diximus *ſupr. num.* 5. & dicemus à *numer.* 100. *ad* 178. ſignantèr in *numer.* 115. 126. *cum octo ſeqq. &* 149. *& Membr.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 29. *ad* 36. *&* 46. & in Bull. *Alias Nos* 1. §. 3. *cum not.* àc in Bull. *Venerabiles Fratres* 2.§.24. *& ejuſd. not.* *

☞ Indulgeas deprecor, quòd propter negotii gravitatem ad refelendam nempè Cortiadæ doctrinam, & impugnandam ipſius voluntariam ſententiam ſcindamus aliquantulùm propoſitum incœptum illationum ex prædicto exemplari deductarum, quas hoc facto proſequi offerimus, ipſa etenim ſibi obſtat negotii magnitudo, rerum què diverſitas aciem intentionis abrumpit, & tametſi quædam ſupervacua dicantur; ſatiùs tamen eſt hæc dici, quàm non dici neceſſarium, docente Plin. Juniore, *lib.* 6. *epiſt.* 2. & hæc ſatisfactio ſit ſi tenoris defectus alicubi aſpectetur, atq uè objiciatur: tenuare porrò cupimus; at noſtri tenuitas præpedit cùm ex integro nobis illa conveniant verba, Sap. 9. *verſ.* 5. *Sum ego homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum judicii, & legum.*

87 Poteſt igitur Judex Laicus Clericum in advocationis officio delinquentem punire in bonis patrimonialibus, illum mulctando, & mulctam exigendo propria authoritate, ut in *antec. num.* propoſſuimus eò, quia in his Clericus habetur tanquàm Sæcularis perſona, ut *ibid.* probavimus, àc efficatius probare nùnc intendimus, nàm bona patrimonialia Clericorum multum differunt à bonis Eccleſiaſticis, nec paria ſunt amborum privilegia, D. Covarrub. *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.*4. *numer.* 3. immò juxtà Caniſium, *lib.*2. *Decretal. t.* 31. *pag.* 247. nihil à
88 bonis Sæcularium diſtant, † & illorum dominium competit Clericis, non ut talibus, ſed ut Civibus, Thom. Delben. *de Immunit. Eccleſ. cap.* 5. *dubit.* 15. *num.*20. & ut Sæculares ipſi reputantur D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 51. *n.*7. *&* 26. cum aliis: propterèa, licèt perſonæ Eccleſiaſticæ, earum què bona Eccleſiaſtica ſint exempta à juriſdictione Sæculari, non tamen ſunt ſemper eorumdem bona patrimonialia, in quibus pluries poteſt executio fieri per Miniſtros Laicos, Div. Thom. *opuſc.* 73. *cap.* 4. Azeved. *in leg.* 3. *&* 4. *num.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* Barboſ. *in Repertor. Jur.Canon.*verb. *Lex*, *pag.* 133. *col.* 2. *in fin.* Avil. *in cap. Prætor* 20. *num.* 9. † Nàm 89
Clerici, & eorum bona incunabulis Eccleſiæ, Regum juriſdictioni ſubjiciebantur, Seſſe *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 8. §. 4. *num.* 8. Paz *Prax. Eccleſ. tom.* 2. *prælud.* 2. *numer.* 4. *in fin.* cum aliis, adeoquè Reges habent jus in bonis temporalibus Clericorum, juxtà Dartiſium, *Oper. Canon. part.* 1. *pag.* 9. *col.* 1. *lit. E.* Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 164. & nota doctrinas marginales, in *lit. B. col.* 1. *pag.* 1071.
† ex quò venit eorundem exemptionem, juris eſſe poſitivi in prophanis, 90
cap. At ſi Clerici, *cap. Clerici*, *cap. Qualiter*, *de Judiciis*, *cap.* 2. *de For. compet.* Auth. *Ut Clerici apùd proprios Epiſcopos.* Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 2. verſ. *Sed & ea*, Paz *ubi proximè*, *à num.* 1. *circ. fin. uſq. ad* 5. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 23. *& ex num.* 231. Carlev. *de Judic. tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *à num.* 395. *uſquè ad* 401. ſignantèr *num.* 396. Seſſ. *de Inhibit. cap.* 8. §. 1. *à num.* 12. *&* §. 3. *num.* 134. *&* 141. *cum ſeqq.* Cortiad. *deciſ.* 147. *à numer.* 27. *ad fin. & deciſ.* 157. *numer.* 9. & ex D. Thom. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 1. *à num.* 15. *in fin. ad* 20. *quæſt.* 44. *num.* 3. *& quæſt.* 127. *per tot.* D. Abreu, *Victim.*

Real.

Real, *pag.* 85. *à num.* 157. ubi multos AA. claſsicos cummulat, & diximus in *Præfat. numer.* 44. D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 51. *num.* 26. ubi quædam adhùc de perſonis. Idem Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 36. *numer.* 36. Paz *in Prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 2. ubi allegat D. Covarrub. *Pract. QQ. cap.* 31. *numer.* 2. ità ut privilegium immunitatis perſonæ Clericorum ſit de jure poſitivo, Aufrer. *in tract. de Poteſt. Secul. tom.* 11. *in Tract. DD. part.* 1. *num.* 7. *pag.* 329. *in dorſo*, reproductis *infr.* dicendis à *num.* 143. cum quinque *ſeqq.* fori tamen privilegium eſt de Jure Divino, idem ; *ibid.* D. Salg. cum multis, *de Reg. Prot. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 1. *n.* 127. atquè in Spiritualibus Jure Divino exempti ſunt Clerici, ex eod. *ibid.*

91 Pro ſuperiori noſtra ſententia convincunt fundamenta, quæ prò eadem refert P. Pirhing. *in Jus Canon. lib.* 2. *t.* 2. *ex n.* 109. D. Covarrub. *Pract. QQ. cap.* 31. ubi apertè, & concludentèr ſatisfacit argumentis in contrarium adductis, tametſi quandam facit diſtinctionem. Item probatur Act. Apoſt. 25. *verſ.* 11. *in fin.* ubi fides fit quòd Paulus ad Cæſarem appellavit, & Chriſtus Dominus dixit, Matth. 22. *verſ.* 21. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.* Et Joann. 19. *verſ.* 11. ad Pilatum dixit : *Non haberes poteſtatem adversùm me ullam niſi tibi datum eſſet deſuper.* Sic ſimilitèr deſignatio quotæ ad congruam ſuſtentationem Miniſtrorum Altaris, & effectuum, àc fructuum in quibus fieri debet, non eſt Juris Divini, nèc Naturalis, juxtà D. Abreu, *Victim. Real*, *pag.* 81. *num.* 146.

92 Deindè, immunitas perſonarum Eccleſiaſticarum, earumquè rerum non reperitur expreſsè in Jure Divino diſpoſita P. Sannig. in *Schol. Canon. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 13. cum aliis ubi proximè, alioquin non extaret in Jure Canonico, *text. in Can. Si tributum*, 11. *quæſt.* 1. dicens : *Si tributum petit Imperator ei non negamus : agri Eccleſiæ ſolvant tributum.* Et in *Can. Tributum*, 23. *quæſt.* 8. Et Chriſtus Dominus prò ſe ; & Petro Publicanis cenſum petentibus perſolvit, tametſi nihil terrenum poſsiderent, & ob Divinas vices ſe exemptos eſſe agnoviſſet. Matth. 17. *à verſ.* 23. *ad* 26. Vide Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 36. *per tot.* Si ergo hoc proceſsit antiquitus in bonis Eccleſiæ ; quid erit de bonis patrimonialibus Clericorum in quibus, juxtà DD. omnes, verum habent dominium, ut vidimus *num.* 88. ? hac què de cauſa de illis teſtari poſſunt, *ex Jur. Reg. l.* 13. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* & etiam inter vivos diſponere, *cap.* 1. *verſ. Si autem*, *cum ſeq. cap. Quia* 9. *cap. Relatum*, 12. juncto *cap. Requiſiſti*, 15. *de Teſtam. cap.* 1. & ibi *Gloſſ. extr. de Succeſ. ab inteſt. Can. Epiſcopi*, *cum duob. ſeqq.* 12. *quæſt.* 1. Caniſ. *lib.* 2. *Decretal. tit.* 31. *pag.* 247. & quod magis eſt, etiam de adquiſitis intuitù Eccleſiæ teſtari poſſunt ex *ead. l. reg.*

Decentia autem exegit apud 93 pietatem, & religionem Imperatorum, & Regum Catholicorum exemptionem Clericorum, horum què bonorum, quibuſdam exceptis caſibus versùs patrimonialia temporalia, & prophana, quoniam nimis improprium videbatur Clericorum bona omninò Laicis ſubjici, cùm illorum Domini, perſonæ ſint Deo dicatæ, res Sacras pertractent, & nobis Sancta Eccleſiæ Sacramenta miniſtrent ; qua de cauſa exemptio Clericorum in prophanis, ex benignitate Imperatorum dimanavit, Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. &* re-

recent. Eccleſ. libert. quæſt. 14. *numer.* 90. *quæſt.* 36. *num.* 16. *quæſt.* 127. *num.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 1. & *quæſt.* 1. *num.* 19. ut conſtat ex Legibus *Partit. in princip. num.* 62.

94 † Eadem què de cauſa privilegium competit bonis Clericorum dumtaxàt acceſſoriè ob perſonam, P. Pirhing. *in Jus Canon. lib.* 3. *t.* 49. *num.* 60. quia ſequuntur perſonæ privilegium, & conditionem domini, Mart. *de Juriſd. p.* 4. *cap.* 122. *num.* 15. & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *l. Et ex diverſo*, §. 1. & ibi Bart. *ff. de Rei vindicat.* Minſing. *centur.* 6. *obſerv.* 100. *num.* 15. àt ut magis, àc magis veritas eluceſcat, omnibus què ſit nota, exemplis demonſtrabitur *in nn. ſeqq.*

95 Sed fortaſsis dicet aliquis propoſitum noſtrum non aliud eſſe videri niſi quomodo ſuprà Eccleſiaſticam juriſdictionem, Laicam exaltemus; & occaſionem arripiet èx eò quòd in *num.* 7. *h. q.* dixerimus Eccleſiaſticum Judicem non valere executionem facere in Laici perſonam etiam ob delictum Eccleſiaſticum, ea ratione quia perſona Laici ſemper induta eſt ſæculari qualitate, & de illa propter delictum Eccleſiaſticum nudari non poteſt, nec Eccleſiaſticam induere, cùm ità verum ſit, quòd ratione delicti Laicus ſubjicitur Eccleſiaſticæ poteſtati, & quòd hæc independens ominò eſt intrà ſuam ſpheram à Laica, àc per ſe ſufficiens ad omnes ſuas functiones, aliàs imperfecta, & diminuta foret, atquè Laicorum Eccleſiaſtica delicta, inulta remanerent: ſi ergo hæc ita ſe habent, quomodo antecedentèr dicta in præcitato *num.* 7. & aliis, componi poterunt, ſicut & quòd non valeat Judex Eccleſiaſticus propria authoritate executionem facere in bonis Laicorum, nèc adhùc in illis cauſis in quibus competens eſt, ut diximus *h. q. num.* 2. 7. 8. & *à num.* 40. *cum ſeqq. àc num.* 141. & 142. àc aliis in locis, cùm ex adverſo dixerimus *à numer.* 85. & ſignantèr *num.* 87. quòd Judex Laicus valet propria authoritate executionem facere in bonis temporalibus, & prophanis Clerici Advocati in officio officiando delinquentis, eò quòd in his tanquàm Sæcularis perſona reputatur: nonnè Clericus nudari poterit Eccleſiaſtica qualitate, & non Laica Laicus? Quare ergo non pari paſſu ambulant perſonæ, & bona Eccleſiaſticorum cum perſonis, & bonis Laicorum, & Eccleſiaſtici Judicis poteſtas cum poteſtate Sæcularis verſùs executionem realem, & perſonalem faciendam in cauſis illis, in quibus competens unuſquiſque eſt? aut cùr tàm variè?

Facilis eſt ſolutio, ſi oculos non 96
avertimus à juris principiis, & ineradicabilibus utriuſque juriſdictionis fundamentis à natura ipſa, Dei ordinatione ſtabilitis, quibus enixim niti debemus. Non igitur negamus, quòd Eccleſiaſtica juriſdictio ſufficiens, immò ſufficientiſsima eſt intrà ſuam ſpheram ad cognitionem, & punitionem quorumcumque Laicorum delicta merè Eccleſiaſtica perpetrantium, nèc in minimo à Laica poteſtate dependens, & ſummatim quòd hæc extolli nequit ſuprà illam abſquè hæreſeos fœdiſsima nota, quin minimè adverſentur proximè objecta ſi animadvertatur quòd utraque, & omnis juriſdictio quæcumque ſit ſuum habet territorium, & quòd ultrà illud progredi nequit ſub pœna peccati læthalis, nullitatis, & aliis à jure ſtatutis, ut probavimus in *Præfat.* ſub *num.* 43. circ. *fin.* & dicemus in *Membr.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 19. & *quæſt.* 8. *num.* 8. aliiſquè in locis ità quòd extrà territorium jus dicenti impunè non paretur, *l. Extra.*

tra ; *ult. ff. de Juriſdict.* de quo quædam videri poſſunt apùd Avil. in *cap. Prætor.* 1. *in gloſſ.* verb. *Nueſtros*, *ex numer.* 6. *pag.* 23.

97 † Nunc ſic: cujus territorii ſunt quæcumque Laica, ſivè perſonæ, ſivè bona temporalia, & prophana? negabit nonnè aliquis quòd in territorio Laici Judicis ſunt? neutiquam, ut videre eſt *ſup. num.* 49. & *infr. num.* 140. cum *ſeqq.* Quid ergo mirum quòd Judex Laicus in quibuſdam exceptis caſibus poſsit executionem facere in bonis prophanis Clerici, quæ in Principis Sæcularis ſunt territorio, & exemptionem ex Imperatorum indulgentia, & benignitate adepta ſunt, ut probavimus a *num.* 90. cum quatuor *ſeqq.* bona ſiquidem terrena, laica ſunt, dummodò non ſuperinduunt ſpiritualem qualitatem; àt dùm prophana manent, in Principis Sæcularis territorio perſiſtunt. Ex iiſdem elementalibus principiis deſcendit, quòd prophana, neutiquam ſint in territorio Judicis Eccleſiaſtici, quod eſt intrà ambitum Eccleſiæ, & intrà Spiritualia, ut dicemus *num.* 141. & hæc eſt ſphera Eccleſiaſticæ juriſdictionis, cui Laici omnes ratione cauſæ, ſivè delicti ſpiritualis ſubjici poſſunt, ità ut Eccleſiaſticus Judex privativus quoàd hæc ſit, ut diximus in *Præfat. num.* 43. ſed tamen hoc ſubintelligitur ad cognoſcendum, & etiam procedendum; cæterùm quoàd executionem, qua via illam facere poterit Eccleſiaſticus Judex, ſuppoſitis quæ prælibavimus fundamentis, in perſonis, aut bonis Laicorum propria authoritate? ubi eſt, & laudabimus eam? Nonnè quamvis Judex Eccleſiaſticus, adversùs Laicum pœnæ corporalis Reum procedat, & utiquè privativè, exequitur propria authoritate prædictam corporis meritam pœnam? nullatenùs, quia ad hoc incapax eſt, idcircò Laici Judicis opem implorat: prout tenetur adhùc ad executionem in bonis faciendam ex ſententia D. Barboſ. D. Covarrub. & D. Salg. àc aliorum DD. ut videre eſt *à num.* 141. *infr.* cum productis *ſup. numer.* 42. ità paritèr, tametſi in Spiritualibus omnibus, & contrà omnes privativus ſit Eccleſiaſticus Judex; tamen cùm ad executionem realem, aut perſonalem deveniendum eſt, non niſi Judicis Laici ope, & brachio fieri valet, eò quòd in ejuſdem territorio Laica omnia ſunt, & extrà territorium juriſdictio non tranſit abſquè territorii conſenſu, & auxilio, Judicis inquam qui eidem præeſt. Si hæc penſiculatè conſiderentur, percipietur, quòd utraque juriſdictio intrà ſuam ſpheram, ſuum què territorium id totum poteſt quod ſub territorio complectitur: extrà territorium autem nullus Judex quidquam ut Judex poteſt abſquè alterius auxilio, ſic què non agnoſcimus ubi diſparitas ſit, aut quomodò non pari paſſu ambulent Clerici, & Laici, Eccleſiaſtica, & Sæcularis juriſdictio, reproductis etiam ex abundanti, quæ dicta reliquimus ex *num.* 44. *ad* 50. & quæ dicemus *infr.* ex D. Salg. *à numer.* 141.

Proptèr hæc igitur fundamenta, quæ in *nn. anteced.* expoſita manent, multis in caſibus procedere poſſunt Laici Judices, jàm contrà Clericos, jàm ſimùl contrà eorundem bona temporalia, tùm ex *Jur. Reg.* tùm ex DD. authoritate ratione fulcita, ut diximus *num.* 5. & videbimus *num. ſeq. uſquè ad numer.* 177. ſignantèr autem in *nn.* 115. 126. 127. & 149. àc in *Membr.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 29. & 46. *quæſt.* 9. *num.* 36. & in Bull. *Alias Nos*, 1. §. 3. *cum not.* & in Bull. *Venerabiles Fratres* 2. §. 24. & *ejuſd. not.* aliiſquè in locis, quin per hoc derogetur immunitati Eccle- 98

cle-

cleſiaſticorum in genere, ut defendit Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 4. *numer.* 5. nam horum bona Judex Laicus exequitur ubi foro non gaudent, ex *eod. quæſt.* 16. *dict. lib.*
99 2. *num.* 18. † Et quod magis eſt, Clerici ipſi ubi foro non juvantur à Sæculari Judice plectuntur, idem, *dict. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 7. quia Princeps poteſt exemptos quoslibet coercere, nè politica gubernatio alteretur, ut ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 102. *art.* 2. docet ipſe Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 26. *num.* 7. & hoc ideo eſt, quia cura Reipublicæ Regi incumbit, *eod. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 88. conducunt quæ dicemus in *Membr.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 48. & in *dict. Bull.* 1. *not. ad* §. 6. & in *Bull.* 2. *not.* 1. *ad* §. 7.

100 Primò, poteſt Judex Laicus procedere contrà Clericos eorumquè bona, ſi ipſi negotiatores fuerint, quo caſu gabellam contribuere teneantur, & ab eis exigi valet à Judice Laico: *Aut.* 1. *tit.* 18. *col.* 2. *lib.* 9. *Recop.* his verbis: *Y ſi aſsi no lo hicieren, y pagaren, las Juſticias los compelan à ello, deteniendo, ò executando los dichos vinos, ù otros qualeſquier bienes, ò frutos, que hayan vendido, ò contratado, y los demàs bienes, que tuvieren proprios de ſus beneficios*, cum quibus conſonant *l.* 11. & 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* & ità tenent P. Sannig. *in Schol. Canon. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 4. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 89. 90. & 125. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 47. *num.* 6. aſſerens communem eſſe Miñan. *in Baſ. Pontific. Juriſd. pag.* 358. *num.* 130. & antè hos omnes Aufrer. *de Poteſt. Sæc. tom.* 11. tractatuum DD. *regul.* 2. *num.* 32. *pag.* 335. *Bull. Apoſtolici Miniſterii, cap.* 6. verſ. *Ubi verò*, in verbis: *Aut fœneratores*, & in illis: *vel negotiatores.* Et dicemus *infr. num.* 136. àc *numer.* 177. & *in Membr.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 27. & *in Bull.* 1. §. 3. *cum not.* & congruit §. 15. *Bull.* 2. & *ejuſd. not.* † Nàm Clericus nego- 101
tiator immunitate privatur, ut cum innumeris apud Miñan videre eſt *in pag.* 358. *num.* 128. abſquè alia monitione, ut in *num.* 129. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *numer.* 123. *in fin.* & nota doctrinas marginales *ibid. pag.* 1052. *lit. C.* & quantum ad illam negotiationem Jure communi Laicorum uti debet Aufr. *de Poteſt. Sæc. tom.* 11. *in Tract. DD. num.* 24. *pag.* 331. ubi allegat *l.* 2. *C. de Epiſc. & Cleric.* & probat exemplo Militis in Collegio exiſtentis, qui non poteſt declinare juriſdictionem Rectoris, vèl Præpoſiti ipſius Collegii prætextu cujuſlibet militiæ, vel cinguli, aut dignitatis.

Secundò, quoties vim intule- 102
rint, Regalias D. Regis uſurpaverint, aut publicam quietem turbaverint Clerici, per Laicos Judices coerceri poſſunt poteſtate œconomica, & politica, àc ſi neceſſe fuerit, à Regno expelli, Boer. *deciſ.* 238. Avil. *in cap. Prætor.* 20. *numer.* 9. Seſſ. *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 8. §. 3. *à num.* 197. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 60. 62. 112. & 114. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 18. *numer.* 9. ubi allegat locum D. Pauli 2. ad Theſſalon. 3. *verſ.* 7. *Ipſi enim ſcitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos.* † Et quandoque 103
ſoliti ſunt Pontifices monere Principes, ut puniant Eccleſiaſticos Rempublicam turbantes, idem *quæſt.* 4. *dict. lib.* 2. *numer.* 82. ſic què in prædictis caſibus puniri poſſunt in bonis temporalibus, & prophanis, quæ ſubjiciuntur juriſdictioni Regum, & aliorum Dominorum temporalium, Can. *Quæ jure* 8. *diſt.* Azeved. *in l.* 11. *à num.* 10. *cum ſeqq. tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. l.* 5. *tit.* 6. *l.* 24.

l. 24. *tit.* 3. *l.* 1. 2. & 3. *tit.* 8. *l.* 1. *l.* 17. *tit.* 5. *l.* 16. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop. Aut.* 4. *cap.* 21. *in fin. tit.* 1. *lib.* 4. Seſsè *de Inhibit. dict. cap.* 8. §. 3. *num.* 201. cum ſeq. Fraſ. *de Reg. Patron. cap.* 44. *num.* 26. D. Solorz. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 33. D. Ramoſ. *ad LL. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 54. *num.* 20. qui uno ore tenent adſtrictos eſſe Laicos Magiſtratus reſiſtere, impedire, & punire minimam etiam uſurpationem Regiæ juriſdictionis, etiam adverſus Clericos. Faciunt quæ diximus in *Præfat. num.* 60. † & ratio
104 eſt, quia bo[illegible] patrimonialia Clericorum, de [illegible] natura profana ſunt, [illegible] *rijc. & Recent. Eccleſ. libert. lib.* 2. *q.* 40. *n.* 2. verſ. *At patrimonialia*, & plus nimio differunt à bonis Eccleſiaſticis ex eod. *ibid.* & probavimus *ſupr. num.* 87. ex D. Covarr. & Caniſio, adeò ut in bonis patrimonialibus Principes ad libitum novas contributiones imponebant, quod prohibuit *Bonifacius VIII.* per caput *Clericis Laicos* 3. *de Immunit. Eccleſ. & per C. Quanquam* 4. *de Cenſib. & ante ipſum Alex. IV. C.* 1. *de Immunit. in* 6. ut tradit Curtell. *dict. lib.* 2. *q.* 40.
105 *num.* 3. & 4. † & hæc bona, tàm Clericorum, quàm quorumcumque Eccleſiaſticorum jure humano reguntur ex *eod. dict. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 20. jure humano poſsidentur, & eo ſublato corruit poſſeſsio, *dict. q.* 8. *num.* 22. & ut tutè poſsideant, Principis opem implorant, ut in *eod. lib.* 2. *q.* 9. *num.* 8. & 10.

106 Hinc eſt quod Clerici ob res ſæculi, ſæculo tenentur, & antiquitus Imperatoribus parebant, & ſolvebant tributa per Can. *Tributum*, 23. *q.* 8. & ad Rom. 13. *v.* 6. *Ideò enim & tributa præſtatis*, cum *v.* 7. reproductis *ſupr. dictis num.* 89. ſecùs autem hodiè ex benignitate Imperatorum, ut benè docuit Gregor. Magn. *epiſt.* 1. *ad Parmenianum*: *Notandum eſt, quoſdam Epiſcopos levitica tantùm portione eſſe contentos:: his nihil eſt commune cum Principibus ſæculi, quia temporalia penitus abiiciunt, nè earum occaſione legibus Imperatorum obnoxii teneantur:: Porro alii ſunt, qui non contenti decimis, & primiciis, prædia, Villas, & Caſtella, Civitates què poſsident, ex quibus Cæſari debent tributa, niſi imperiali benignitate immunitatem hujuſmodi promeruerint, quibus à Domino dicitur. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei, Deo.* Et D. Auguſtin. *tract.* 6. in Joann. *in C. Quo jure, diſt.* 8. mirabiliter affirmatur; verùm nè moleſti ſimus, ſequentia dumtaxàt tranſcribemus verba: *Quo jure defendis Villas Eccleſiæ? Divino, àn humano? Divinum jus in Scripturis Divinis habemus; humanum in legibus Regum. Undè quiſque poſsidet, quod poſsidet, nonnè jure humano? Jure ergo humano dicitur, hæc Villa eſt mea, hic ſervus; hæc domus; jura autem humana, jura Imperatorum ſunt:: Item tolle jura Imperatorum, & quis audet dicere: hæc Villa eſt mea? Meus ſervus? Mea domus?* Notum item eſt quòd cuncti Eccleſiaſtici legibus civilibus utuntur, tàm in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus; tàm activè, quàm paſsivè, & etiam ad libros typis mandandos: † Cæterum ſi quiſnam 107
fuerit Eccleſiaſticus cui hæc abs ratione diſpliceant, audiat benignè pro ſua pace, D. Ambroſium *in Comment.* ad Luc. lib. 10. cap. 20. *Et tu ſi vis non eſſe obnoxius Cæſari, noli habere quæ Mundi ſunt, ſed ſi habes divitias, obnoxius es Cæſari. Si vis nihil debere Regno terreno, relinque omnia, & ſequere Chriſtum.* Idem *lib.* 5. *cap.* 5. & D. Chriſoſtomus in Matth. *Homil.* 86. D. Hylarius, *cap.* 23. *in Comment.* ad eumdem, P. Pichler. *in Jus Canon. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 19. Curtell. *lib.* 2. *q.* 8. à

à num. 20. *ad* 30. *q.* 25. *n.* 9. *q.* 36. *num.* 10. *&* 16. ubi prædicta probat ex Sacro Jure, & SS. PP. ſententiis relatis.

108 Hæc ergo fuit cauſa ob quam non poterat Epiſcopus, nec Clericos capere niſi Laicæ poteſtatis manu ex antiquis Eccleſiæ Canonibus, ut innuimus *h. q. n.* 2. Et ſic intelligitur *Gloſſ. Caſualis, in C. Si Clericos* 15. *de Sent. Excomm. in* 6. de quo P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 194. quod jus obtinuit uſque ad Conſtitutionem *Bonifacii VIII.* ſi fides ſit Curtello *lib.* 2. *quæſt.* 11. *ex n.* 3. & Epiſcopi antiquitus de Spiritualibus in Eccleſia; àt de Curialibus in Curia conveniebantur ex *eod. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 14. & territorio antiquitus caruerunt juxta *eund.* Curtell. *dict. quæſt.* 11. *num.* 5. *& quæſt.* 55. *num.* 7. *&* 8. cui addimus Bernard. Laurent. *tom.* 11. in Tractatibus DD. *pag.* 329. *num.* 18. † Te-
109 net tamen Curtellus, quod Eccleſia Judicis Eccleſiaſtici territorium eſt, *lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 21. ut etiam cum aliis probabimus *infr. num.* 141. quam obrem Judices Eccleſiaſtici dumtaxàt cognoſcunt de cauſis Eccleſiaſticis, non tantùm de illis, quæ ſui natura Eccleſiaſticæ ſunt quia intrinſecè Spirituales, & quæ ad Sacramenta, & articulos fidei pertinent, atquè ad forum interius; ſed etiam de his quæ Eccleſiaſticæ ſunt ratione perſonæ, rei, vel loci. Paz *Prax. Eccleſ. tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 1. junctis ab *eod.* traditis in *dict. tom.* 2. *prælud. ult. à num.* 6. cum hac tamen differentia, quòd de prioribus cognoſcunt ex jure Divino, Can. *Si Imperator* 11. Can. *Duo ſunt*, *diſt.* 96. de cæteris verò non, ſed ex Principum abdicatione, cùm antè ipſam ad ſæculi Magiſtratus ſpectaſſent juxtà *eund.* Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 8. *&* 14. Paz *in dict. tom.* 2. *prælud.* 1. *num.* 1. *& prælud.* 2. *num.* 1. *circ. fin. & num.* 4. cum dictis *ſup. h. quæſt. à num.* 89. *ac duob. ſeqq.* de facto potius quàm de jure, magnam enim authoritatem Principes in Spiritualibus antiquitus exercuerunt, ut videre eſt apud D. Abreu *Victim. Real*, *pag.* 57. *num.* 95. & aliis in locis ſui operis, & in Curtell. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 55. *num.* 7. † Cùm tamen 110
ſemper certum ſit axioma Sancti Optati Milevitani, *lib.* 3. adversùs Donatiſtas, ajentis Eccleſiam eſſe in Republica, non Rempublicam in Eccleſia, ut teſtatur idem D. Abreu *pag.* 363. *num.* 790. & Alteſerr. *in Decretal. lib.* 1. *tit.* 2. *pag.* 15. *in fin.* (quod ſanè, videri noſtro, eſt intelligendum non abſolutè, ſed quoàd temporalia dumtaxàt) & quòd bona merè temporalia adhæſerunt Eccleſiæ per accidens poſt illam conditam, & ex diſpoſitione humana, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 56. ſiquidem ex Sacra Pagina conſtat, Sacerdotes nihil poſſidere potuiſſe, *num.* 18. *v.* 20. *Dixitquè Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil poſſidebitis, nèc habebitis partem inter eos: ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſraël*, *& verſ.* 23. Deuter. *l.* 8. *v.* 1. *&* 2. *&* Joſ. 13. *v.* 14. *& v.* 33. † 14. *v.* 4. *in fin.* Ezech. 44. *v.* 28. † Cùm item cer- 111
tum ſit quod in eiſdem bonis merè temporalibus immunitas Clericis dumtaxàt competit acceſſoriè òb perſonam ex *eod.* Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 40. *num.* 2. *ad med.* ut latius probavimus in *num.* 94. & etiam, quòd ſubditi ipſi reputantur, & reputari volunt quoàd favorabilia, ſecundùm ipſum, *quæſt.* 61. *num.* 16. *lib.* 2. ex Cardin. Bellarm. *lib. de Cler. cap.* 28. quid mirandum erit ſi cum multis aſſeramus, eoſdem teneri in caſibus relatis, & inferiùs referendis, òb commune bonum, Regnorum pacem, & Reipublicæ æconomicam, àc directivam gubernationem, quod non eveniret ſi temporalia non poſ-

ſide-

112 ſiderent Clerici; † nàm leges temporales, eos qui temporalibus carent non ligant, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 36. *num.* 10. dùm verò temporalem vitam Eccleſiaſtici gerunt; temporalibus ſubſunt juxtà *eund. dict. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 12. ubi ex SS. PP. authoritate probat; nam bona hæc de temporali territorio ſunt; non de Spirituali, ut videre eſt *ſupr. num.* 96. *& infr. num.* 140. quòd aliùd facilè percipi poteſt ex D. Bernardi verbis, *lib.* 1. *de Conſiderat.* ad Eugenium, *cap.* 6. *ergò in criminibus non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra, quoniam propter illa, & non propter has accepiſtis claves Regni Cælorum*, quoniam poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale; Archid. *in cap.* 1. *de Reſtit. Spoliat.* Zabarel. *in Clement. Diſpendioſam, de Judic.* Guid. Papæ, *conſ.* 68. *num.* 3. *& conſ.* 78. *ad fin.* Minſing. *cent.* 2. *obſerv.* 67. *num.* 4. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 56. *num.* 3. *quæſt.* 67. *per tot. ſignanter num.* 15. *& quæſt.* 81. *num.* 7. & videre eſt in *Præfat. num.* 44. *ac in Membr.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 6. *&* 7. & in iſto poteſt Laicus contrà Clericum eſſe Judex, Minſing. *ibid. num.* 1. & diximus *in Præfat. dict. num.* 44. ac dicemus *in dict. Membr.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 6. *&* 7.

113 Licèt autèm receptum ſit Clericos poſſeſsiones habere, ut commodius vivant, ſempèr tamèn vetitum manet, nè profanis ſe immiſceant, Can. 1. *& ſeqq. diſt.* 11. Alteſerr. *in Decretal. lib.* 3. *tit.* 1. *pag.* 504. *in princ.* ut latè probavimus *ſupr. num.* 81. & deteſtari dignum erit ſi ſecùs fecerint, juxtà Gregor. Magn. *Homil.* 17. *in Evang.* ac 2. ad Timoth. 2. *v.* 4. *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Proptereà abſtineri debent ab Officiis, ab Armis, & comerciis civilibus, à venationibus, ab uſu Chyrurgiæ, & aliis quæ continentur in *cap.* 2. *& penult. de Vit. & Honeſt. Cler.* & refert Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. *de Reform.* ac *Bull. Apoſtolici Miniſterii, cap.* 6. *& tot. tit. Extr. de Cler. Venat. juncto C. Clerici, illo tit. & C. Clericis, nè Clerici, vèl Monachi negot. ſæcul. ſe immiſc.* Can. 1. 2. *&* 3. *diſt.* 34. Alteſerr. *in Decretal. pag.* 375. Dartiſ. *Oper. Canon. part.* 1. *pag.* 18. *lit. C. pag.* 124. *col.* 2. *lit. A. pag.* 172. *lit. D.* Caniſ. *in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 18. *pag.* 109. Minſing. *cum multis, Cent.* 5. *obſerv.* 48. *num.* 4. & diximus in Manifeſt. Legali, *part.* 2. §. 2. *num.* 7. *pag.* 31. *in fin. & pag.* 32. & item abſtineri debent à profeſsione Legum, & Medicinæ; idem Caniſ. *ubi proximè, pag.* 113. *cum ſeq.* ut jàm de quibuſdam hùc contentis dictum reliquimus, tametſi non tàm authoritate, *in num.* 81. *cum ſeqq.* & de aliis dicemus *à num.* 132. *uſq. ad* 137. *& à num.* 151. *ad* 154.

Sin verò contra fecerint Clerici, & in quodlibet ex dictis ſe immiſcuerint, juriſdictionis Sæcularis emendam ſufferre tenebuntur, ſi deliquerint, proptèr rationem prædictis in locis aſsignatam, nàm Clerici ſe immiſcentes ſæcularibus negotiis, non gaudent privilegiis Clericis concèſsis, Guid. Papæ *in Deciſ. quæſt.* 196. *num.* 1. *ubi allegat C. fin. de Vit. & Honeſt. Cler. & Clement.* 1. *eod. tit.* & multas pœnas Canonicas incurrunt, ut præcepit Summus Pontifex *in dict. Bull. Apoſtolici Miniſterii, cap.* 6. ubi omnia hucuſque dicta, & itèm alia comprehenſa reperies, & ad Rom. 13. *per tot.* nèc ſilere oportet, quòd *in verſ.* 13. *in fin.* ſic monet: *Non in contentione, & æmulatione,* cùm hæc paci de qua curamus contraria ſint, & Eccleſiæ conſuetudini, 1. ad Corinth. 11. *verſ.* 16. 114

Tertiò, Clerico conſtituto depoſitario, ſeu ſequeſtrario, poteſt à 115

Judi-

Judice Laico compelli ad reſtitutionem captis pignoribus executione qui facta in bonis temporalibus, Menoch. *de Recup. Poſſ. remed.* 15. *n.* 215. *& de Retin. Poſſ. remed.* 3. *n.* 354. Cokier. *de Juriſd. Ordin. in exempt. part.* 4. *quæſt.* 85. *num.* 3. Caroc. *de Depoſit. tit. de Cauſ. num.* 40. Afflict. *deciſ.* 24. *num.* 3. Archid. *in cap.* 1. *de Depoſit.* Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 132. *& in margin. lit. D.* Eſcob. *de Ratiocin. cap.* 7. *num.* 11. Marius Curtell. poſt Bobad. Carlev. D. Covarr. & D. Larream, *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 22. *per tot.* Seſſ. *de Inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 16. D. Salg. *de R. P. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 90. *&* 105. *l.* 1. *tit.* 10. *part.* 6. ubi Gregor. Lop. verb. *Al Juez Ordinario*, & multi relati à Mart. *de Juriſd. part.* 4. *Cent.* 2. *caſ.* 101. *num.* 2.

116 Quartò, Clericus Tutor, Curator, ſeu Adminiſtrator Laici conveniendus eſt coràm Judice Laico pro ratione reddenda tutelæ, curæ, adminiſtrationis, &c. Cur. Philip. *tom.* 1. §. 5. *part.* 1. *ſub num.* 38. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 226. *cum ſeq.* & Cortiad. *cum multis apud ipſum, deciſ.* 223. *num.* 2. *&* 20. & quod magis eſt, pro debito pupili conveniri poteſt etiam coràm Judice Laico, *juxta dict.* Cortiad. *ead. deciſ.* 223. *num.* 30.

117 Sic ſimilitèr Clericus executor teſtamenti conveniri coràm Laico poteſt, Cortiad. ubi proximè, *num.* 6. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 227. cum aliis ab eis relatis, quia tutor pupili, & executor teſtamenti æquiparantur in jure, idem Cortiad. *in dict. deciſ.* 223. *num.* 12. & nos proceſsimus in quodam Loco Juriſdictionis Opidi Exiſtani, vulgò *Salobreña*, contrà quemdam Beneficiatum, illius Eccleſiæ Præſidem, & ſimùl contrà ejuſdem Æconomum, ut rationem redderent bonorum cujuſdam defuncti, & adimpletionis, ac executionis ultimæ voluntatis ejuſdem, & citò noſtris Decretis obedierunt, ut conſtat ex Actis antè *Franciſcum Pacheco* ſcribam, quin juriſdictionem declinare minimè tentarent.

Quintò, Clerici venantes, aut piſcantes contrà ſtatutum, aut Edic- 118
tum prohibitivum, ſpoliari poſſunt à Judice Laico avibus, canibus, & quibuſcumque aliis inſtrumentis concernentibus, & prohibitis, Cur. Philip. *tom.* 1. *part.* 3. §. 3. *ſub num.* 11. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *n.* 119. Cortiad. *deciſ.* 227. *num.* 47. Sabel. *in Summ. Diverſor. tract. tom.* 1. §. *Clericus* 18. *num.* 47. ut latius dicemus *num.* 137. quia Clerici, hujuſmodi ſtatuto, ſivè Edicto ligantur juxta *eund.* Cortiad. *in jam citata deciſ. num.* 44. & Curtell. *ex multis Theologis, lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 10. *num.* 105. *& diximus ſupr. num.*
5. *ac videbimus infr. n.* 123. † Sed 119
tamen in *num.* 46. *dict. deciſ.* tenet idem & Cortiad. non poſſe Judices Sæculares Clericos punire pœnis pecuniariis, cum quo tranſire nequimus, ità in hoc caſu ſicut & in aliis quos proponemus iis ducti rationibus, & fundamentis, quæ produximus *ſup. num.* 86. *& ex eo uſquè ad* 98. *& à num.* 104. atque authoritate DD. relatorum *in num.* 85. *ad med.* * Ex hinc indè cognoſces oculis ſimùl retroverſis ad *num.* 86. in verbis illis: *& quanquam ipſe dicat*, non eſſe fruſtratorium pertractare quæ jam ab aliis doctiſsimè ſcripta habemus, quaſi hoc tranſcribere videatur, ut præoccupavimus in *Præfat. num.* 32. nam præterquàm quòd hæc eadem objectio fieri valeret penè infinitis DD. in quibus repetita legimus quæ alii primitus ſcripſere eò, quia in quovis dubio, ac quæſtione communitèr exurgunt variæ DD. opiniones

† in

120 † in præſenti opere labor eſt, difficultatis què punctum vertitur ſuper exactione pœnæ: ergo ſi fœlicitèr Cortiadæ ſententiam, aliorum què DD. impugnaverimus, atquè rejecerimus, non inutilis ſcrutatio, & relatio erit, nèc abs fructu opus: hoc paſsim ſuppoſito, & procedendo ad refutationem ſententiæ Cortiadæ ipſius ſatisfaciendo argumentis prout convenientiſsimum eſt, nam docente Baldo *in l. fin. C. de Impub. & aliis ſubſtit. viam ferro aperit, qui per contraria tranſit, & rumpit*; probatur contrarium ex quadam caſus contingentia nobis oblata in Civitate Alpharenſi, in cujus ditione, ac finibus multi Clerici, & Laici inventi fuere venantes contrà quos omnes proceſsimus, eò quòd tranſterminaſſent de alia juriſdictione ad prædictam abſquè Judicis li-
121 centia, † quod prohibitum erat de jure Divino adhuc, cum vigebat lex naturalis, Deuter. 19. *v.* 14. *Non transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores in poſſeſsione tua*, ità, ut maledictionis eſſet reus qui ſecùs faceret, *ibid.* 27. *v.* 17. *Maledictus qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus: Amen.* Siquidem in fundo alieno non licet intrare invito domino. Ant. Gom. *in l.* 1. *Taur. n.* 11. *verſ. Item.* Laici capti fuere, & in carcerem detruſi, àc mulctati; Canes multi, alia què inſtrumenta, tàm Clericorum, quàm Laicorum, publicè vendita, & cùm prima eſſet transgreſsio, ex urbanitate conſuluimus illorum Diœceſano, qui admodum gratus competentem ſatiſfactionem præbuit, & de cætero auſi non fuerunt ſimilem exceſſum committere, non enim licet venari in alieno territorio, aut poſſeſsione ſinè voluntate Domini, Guid. Papæ *in Deciſ. quæſt.* 218. *num.* 1. *& in Notis apud eund. ibid. lit. A.* ex Bart. *in l. Venationem, ff. de Uſur. & facit l. Uſufructuarius*, §. *fin. ff. de Uſufruct. l. Divus Pius, ff. de Servit. Ruſt. Præd.* & minimè cum retibus, laqueis, illice, Vivarra, aliis vè inſtrumentis, niſi ad capiendos Urſos, Apros, & Lupos, Guid. ubi proximè *num.* 2. ex Conſtitutione Imp. Fed. *inſerta in Feud. ſub Rubric. de Pace tenenda*, §. *Nemo, circ. fin. tit. & hodiè de Jur. Reg.* idem prohibetur *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 7. *Recop. juncta l.* 4. *&* 5. Alia versùs hæc videri poſſunt *in l.* 1. *gloſſ. A. & in l.* 2. *dict. t. & lib.*

Noſtra igitur ſententia adversùs 122
Cortiadæ opinatum, prætèrquàm quòd ſatis fulget ex fundamentis allatis in ſupradicto *num.* 86. quæ Author iſte non evanuit, & prætèrquàm quòd hujus ſententia, ex proximè dictis ruit, probatur etiam ex eò quòd leges, ſtatuta, edicta, & pœnæ ſtabiliuntur, & promulgantur ut homines vitam, & mores rectè componant 1. ad Timoth. 1. *v.* 9. *Lex juſto non eſt poſita, ſed injuſtis, & non ſubditis, impiis, & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis*, cum *v. ſeq.* ut bonum eligant, & faciem à malo avertant, tergum què oſtendant, Pſalm. 33. *v.* 15. *Diverte à malo, & fac bonum.* Ad frænandam què improborum audaciam *l. Capitalium* 18. §. *Famoſos, ff. de Furt. l.* 1. *&* 2. *t.* 1. *lib.* 2. *l.* 1. *t.* 1. *lib.* 8. *Recop.* & Pragmat. 1. paulò poſt *med. in princ. lib.* 1. *Recop.* ſita, ut itèm iſta illarum metu coerceatur, tuta què ſit intèr improbos innocentia, & ut in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas, *c.* 1. *diſt.* 4. D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 1. *ex n.* 118. *ad* 123. *& obſerv.* 3. *num.* 76. eò quia iniqui omnia contra faciunt Eccleſ. 6. *v.* 5. *nequè cognovit diſtantiam boni, & mali*; † ità eſt 123
quòd Clerici ligantur Legibus Principis Sæcularis, & Populorum Statu-

tis, àc Edictis Judicum Laicorum, ut probatum relinquimus *ſup. num.* 5. & ultrà DD. ibi productos tenet, & cum multis Sacræ Paginæ locis probat Dartiſ. *Oper. Can. part.* 1. *pag.* 10. *col.* 1. *lit. D. & pag.* 18. *col.* 2. *lit. A. & B.* ergo cùm illis contraveniunt, rei fiunt pœnarum in eiſdem contentarum, atquè ſufferre tenentur exactionem à Laico Judice fieri ex eorundem bonis tem-
124 poralibus, & profanis, † alioquin, præterquàm quòd juriſdictio ſine aliqua coercitione eſt inutilis, Poſtio *deciſ.* 221. *num.* 28. & quòd juriſdictio in præcipiente non firmatur ſinè obedientia ex eod. *deciſ.* 667. *num.* 7. & Herrer. *Prax. Crim. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 5. *v. T no obſtante*, & quòd repugnat, immò implicat poſſe quempiam jubere, Imperatum què juſsione, & mandato ligari, & quòd hic obedire non teneatur, nàm vana, & illuſoria juſsio redderetur, nihil què operaretur, quod eſſet ab-
125 ſurdum, † ultrà id quòd repugnantia ſimùl ſtare non poſſunt, juxtà Poſt. *deciſ.* 534. *num.* 10. Menoch. *de Interdict. remed.* 2. *de Retin. Poſſ. num.* 516. *& ſeq. regul.* 188. *in ff.* ut etiam probavimus *infr. Bull.* 1. *not. ad* §. 14. & quòd hæc omnia appetunt, aut potiùs exigunt facultatem in Judice Laico ad pœnam avellendam; ſequeretur aliud inconveniens ex è converſò, nempè quòd Judex Laicus qui in tali, aut tali caſu competens eſt ad cognoſcendum de cauſa Clerici, (ut in prædictis) non poſſet realem execu-
126 tionem facere, † quod eſſet contrà ſententiam ejuſdem Cortiadæ, qui affirmativàm prò Regia juriſdictione defendit *in deciſ.* 232. *num.* 2. ſibi què eſſet contrarius, & itèm eſſet contrà aſſertum à D.Salg. *de Retent. part.* 2. *cap.* 29. *num.* 15. *cum ſeqq. & de R.P. part.* 4. *C.* 14. *num.* 89. *&* 96. & contrà judicium Curteli *lib.* 2. *quæſt.* 8. *per tot. ſignantèr à num.* 61. *uſq. ad fin. ſed maximè in num.* 66. *&* 71. *in fin. cum num. ſeq.* verſ. *Nam quod objiciunt*.

Si autèm minorem neges, *in* 127
num. 123. contentam, cum *Doct.* Carlevalio, qui negativam defendit *tom.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *ſect.* 1. *num.* 394. *& quæſt.* 2. *num.* 128. verſ. *Secundum itèm caput*, non alia motus ratione, niſi quòd (ut ipſe protulit) paria ſint foro ſubjici, & ſtatutis ligari; difficultatem enervari non præſumas, nam quantùm ad authoritatem extrinſecam Doctorum, præponderant in numero, & non minori gravitate coruſcant DD. *ſup. allegati in num.* 5. tàm Canoniſtæ, quàm Legiſtæ, (ex quibus fuit ipſemet Carlevalius ſibi contrarius) & paritèr junctis DD. ab illis productis pro ſua affirmativa ſententia, atquè etiam antecellit intrinſeca rationis authoritas, ut ibi videre eſt in DD. què citatis. Verùm non ideò omittemus refellere fundamentum *Doct.* Carlevalii, notum faciendo paria non eſſe foro ſubjici, & ſtatutis ligari, immò maximam intèr utrumque differentiam eſſe, nàm primò, qui foro ſubjicitur, univerſalitèr ſubjicitur, quia foro competenti parere neceſſe habemus, eo què abs limitatione cogi poſſumus, *tot. t. in utroque jure, de For. compet.* ubi Felin. & Panormit. àt verò, qui ſtatutis quibuſdam certa ſpeciali ratione ſubjicitur, dubitandum non venit, cæterorum omnium exemptione potiri, quod utiquè non negamus Clericorum Statui: † ex 128
quo deſcendit, quòd foro ligari, eſt propoſitio univerſalis in qua forum eſt genus multas ſub ſe continens ſpecies; è contrà ſtatutis ligari, eſt propoſitio particularis, & ſpecies quædam illius generis, quia illud quod eſt minus generale, habetur loco ſpeciei, D.Molin. de *Primogen. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 30. ubi leges adducit, & DD. à particulari

au-

autèm ad univerſalem non tenet conſequentia, ſicut nèc ab ſpecie ad genus: ergo non benè arguit Carlevalius Eccleſiaſticos ſtatutis non ligari, ex quò à foro Sæculari ſunt exempti; nèc benè inferri valet Eccleſiaſticos ſubjici Laicorum foro, ex quò quibuſdam illorum ſtatutis
129 ligentur, † quoniam ità imparia ſunt hæc, ſicut avellere de terra, v.g. arborem Malum punicam, aut Malum cidoniam, & avellere Malum unum, duo, aut plura punica, cidonia vè, aut frondem unam, ſivè plures numero certas, ſicut etiàm diſtant teneri quempiam aſcendere ſcalam, aut unum dumtaxat ejus gradum, quia ſicut ſcala omnes ejuſdem continet gradus, & Malus omnes ipſius fructus, & frondes, ſic genus includit ſpeciem, *l. Semper* 147. *ff. de Reg. Iur.* & in toto pars continetur, *l. In toto* 111. *&* *l.* 114. *ff. Eod. l.* 1. §. *Si ſtipulanti*, *ff. de V. O.* ſed non è contra, neque pars continet in ſe totum, neque ſpecies, genus, *ex dict. ll.* neque gradus, ſcalam, neque arboris fructus, aut folium, totam arborem; idcircò, qui avellit illam de terra, fructus, frondes, & omnia, quæ in illo ſint avellit; qui ſcalam aſcendit, pèr omnes ejus gradus tranſit, qui foro ſubjicitur, legibus omnibus, & quibuſcumque ſtatutis, & edictis, particularibus què aliis cunctis præceptis ligatur; àt ſpecies non includit genus, nèc pars totum, ideò qui pomum colligit, arborem non capit, qui gradum unum, aut etiàm plures aſcendit, non totam ſcalam, qui ſtatutis quibuſdam ligatur, non foro ſubjicitur niſi partilitèr; qui autèm foro utcumquè ſubjicitur, univerſalitèr, & abſolutè ligatur.

130 Secundò, quia Clerici ſtatutis ligantur, non ut ſubditi, non itèm juriſdictione contentioſa, ſed ut Cives, nè dicam ut Vaſſalli, quia tamètſi indubitantèr Vaſſalli ſunt, ut latè cum multis probat Carol. de Graſsis *de Effectib. Cler. effect.* 2. *à num.* 361. *uſq. ad* 379. prout aſſerit D. Salg. *de R. P. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 2. *num.* 59. & tenent D. Solorz. *lib.* 4. *Polit. cap.* 27. *pag.* 741. verſ. *Lo ſegundo*, P. Dian. *tom.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 24. *&* 25. Epiſcopus Fermoſin. *in cap.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 69. *&* 70. *de Conſtit.* Fraſ. *de Reg. Patron. tom.* 1. *cap.* 45. Valaſc. *conſult.* 100. quorundam tamen Clericorum abhorrent aures docente Curtell. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. Libert. in Epiſt. dedic. ad D.D. Philippum IV. in princ.* (quæ in quibuſdam, paucis tamèn libris, in idiomate vulgari, & ſimùl latino ſermone concinnata invenitur, ſæpiùs verò in iſto dumtaxat) cujus verba ſunt: *Pero algunos Autores Eccleſiaſticos de eſtos ultimos, y trabajoſos ſiglos, en que aquel eſtado ſe vè tan numeroſo, y dilatado, han procurado, y procuran con ſus eſcritos, y libros apartarle de eſta natural, y evangelica ſujecion, esforzandoſe à perſuadirlos, que no debe ningun reconocimiento à ſus Principes, conſtituyendole Monarchia aparte en lo temporal, y paſſando en eſto tan adelante ſu licencia, que ha llegado à negar, que los Eccleſiaſticos ſean Vaſſallos de ſus Principes, de donde ſe han originado quantas deſdichas han padecido los Reynos de la Chriſtiandad, y los de V. Mag.* cùm ità vera ſit ſupradicta ſententia, quòd etiàm Epiſcopi quoàd temporalia Vaſſalli ſunt Principis Sæcularis, Caniſ. *in Ius Canon. tit.* 22. *lib.* 3. *pag.* 346. *poſt med.* Valaſc. *in dict. conſult.* 100. *num.* 4. Villarr. *Govier. Eccleſ. quæſt.* 1. *art.* 8. *num.* 23. † Animadverte- 131
re quoquè oportet, quòd cùm Clerici tenentur, non alia ratione ligantur, niſi òb commune bonum Clericorum, & Laicorum, ut diximus

mus *ſup. num.* 5. prætèr alia graviſſima fundamenta, quæ videri poſſunt in DD. ibi productis, quæ brevitatis gratia, neque tranſcribamus omittimus; & hoc poteſtate directiva, ſicuti diximus *num.* 48. prout multoties practicavimus in Opido Exitani, vulgò *Salobreña*, in Granatenſi Regno, àc in cæteris populis ejuſdem ditionis, & territorii cum Eccleſiaſticis, & cum Regio Monaſterio Cartuſiano, qui omnes, ſicut & iſtud, cùm caſus evenit, ſinè dilatione ſolvebant Edictorum bonæ gubernationis pœnas (quarum minor ſexcentorum marapetinorum erat) à nobis in actu viſitationis impoſitas òb non ſciſſos arborum ramos, qui vias, & ſemitas operiebant, aut proptèr inundationem in eiſdem cauſatam, aut etiàm quia contrà jus agros rigarunt, & impertinentèr fecerunt aquam fluere ergà illos in tertii præjudicium, & nunquàm quærela ſupèr hoc in nos propoſita fuit, nèc adversùm cæteros Audientiæ Officiales, aut quemquam ex illis, immò quietè, àc pacificè, feſtinantèr què ab omnibus denuntiatis pœna ſoluta fuit, idemquè inconcuſsè ſervari in Civitate Hexi, vulgò *Motril*, & in aliis confinibus conſcii fuimus, quod enim ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, ut ajebat Joannes Evangeliſta *cap.* 3. *v.* 11.

132 Deindè, & tertiò, quomodò componi poteſt illa Carlevalii ſententia *in num.* 127. relata, cum alia quam tradit *in dict. diſp.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 404. ubi docet multos eſſe caſus in quibus Clerici ipſi Sæculari ſubſunt juriſdictioni, quam cum multis DD. probat, & nos defendimus *ſup. in nn.* 5. 98. *&* *infr. num.* 149? ità ut puniri poſsint juxta D. Abreu *Victim. Real*, *pag.* 73. *à num.* 130. ubi allegat Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 114. & Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 7. *num.* 2. 8. 18. 23. *&* 26. & iſte probat ex D. Thom. *in dict. lib.* 2. *quæſt.* 26. *num.* 7. & diximus *ſup. num.* 98. & aliis in locis ibi citatis, ſignantèr *in Membr.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 28. & quoſdam collegit caſùs Bernard. Laurent. *tom.* 11. in tractatibus DD. *pag.* 329. *à num.* 8. *ad* 14. † Quomodò etiàm 133
componi poteſt cum doctrina ipſiuſmet Authoris *in quæſt.* 7. *num.* 927. ubi tenet, quòd Judex Laicus poteſt multis in caſibus procedere contrà Clericum? Et Martam *de Juriſd.* ſibi inconſtantem vocat. † Quomodò 134
itèm componi poterit cum ejuſdem doctrina *in t.* 1. *allata*, *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 158. ubi defendit, Clericum armis ſpoliari poſſe à Judice Laico poſt ſignum ſoni campanæ, eundem *Doct.* Martam refutando? Et nos dicemus *infr. num.* 151. *&* *in Membr.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 2. *&* 3. † Quomodò deindè conciliari po- 135
terit cum ſententia ejuſdem *Doct.* qui in prædicta *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 155. *&* 158. verſ. *Secundò*, aſſerit animalia Clericorum jure pignoris capi poſſe prò damnis datis, & quòd petere debent in foro Laici ad reintegrationem animalis conſequendam, & quòd tùnc eam obtinebunt, cùm damnum reſarcierint, & pœnam ſolverint, proút etiam tenet *in ead. quæſt.* 3. *dict. num.* 155? & nos dicemus *infr. num.* 175.

Quomodò ulteriùs conciliari po- 136
terit cum ipſiuſmet ſententia *in num.* 159. *dict. quæſt.* 3. ubi aſſerit poſſe pignora à Judice Sæculari capi Clericis negotiatoribus qui gabellam, & tributa debent? Et nos tenemus *ſupr. num.* 100. *&* *infr. num.* 177. ergo Carlevalius ſibi ipſi contrariatur, & itèm fatendum palàm eſt Laicorum ſtatutis ad commune bonum ſpectantibus Clericos ligari, quin pèr hoc ſæculari foro ſubjiciantur; niſi enim ſtatutis ligarentur, qualitèr, aut qua via ad prædicta omnia (&

ad alia inferiùs referenda) Clerici tenerentur, nàm ſi ex nulla lege Divina hæc deſcendit obligatio quoàd forum exterius versùs ea quæ Carlevalius defendit: ergo indubitantèr provenit ex lege humana: prædictorum autèm quædam lege prohibentur, quædam ſtatutis, & deniquè edictis alia: ergo Clerici ligantur legibus, ſtatutis, àc edictis Principis, & Judicum Sæcularium. Jam igitur ſatis probata coruſcat propoſitio minoris *in num.* 123. propoſitæ, & non minus conſequentia ibidem deducta; adhùc tamèn magis, àc magis probabimus.

137 Urget difficultas ex eo quòd aucupium, & venatio prohibentur Clericis jure Canonico, *cap.* 1. *& ſeq. de Cleric. Venat. & diximus num.* 113. 118. 120. *&* 121. & prætèr jura, & DD. utrimquè productos, nùnc addimus D. Covarr. *in Regul. Peccatum*, *part.* 2. §. 8. *num.* 3. ubi multos affert textus Canonicos, *& l.* 47. *tit.* 6. *part.* 1. *cap.* 1. & auferri, àc tolli poſſunt à Curia Sæculari capta à Clerico pèr venationem in pœnam criminis ex *eod. ibid. num.* 4. maximè Clericis tempore prohibito venantibus, aut piſcantibus auferri canes poſſunt retia, & cætera, & in illis à Laico Judice damnari in executionem, *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 7. *Recop.* ut tenet etiam Bobad. ex aliis quos allegat *lib.* 2. *Polit.cap.* 18. *num.* 119. & nos abſquè contradictione fecimus, ut diximus in *dict. nn.* 120. *&* 121. ergo Edicta prohibitiva quanquàm à Judice Laico lata, juri Canonico non adverſantur, ſed potiùs illud juvant: ergo illis obedire Clerici tenentur: ſed quia vera dicere, noſtra què firmare non ſufficit niſi etiam contraria refutentur, ut pèr Ariſt. & alios dixit Antonin. *de Reſcript. Morat. concl.* 63. *num.* 105. argumenta proponemus, àc diluemus.

138 Potiſsimum contrariorum argumentum eſt, quòd Judex Eccleſiaſticus non poteſt capere bona Laici ſine auxilio Judicis Sæcularis juxtà nos in *nn.* 2. 7. 41. *cum aliis ſeqq.* ergo neque Judex Laicus, Clerici bona capere poteſt abſquè auxilio Judicis Eccleſiaſtici etiamſi temporalia ſint, vèl ſi iſte poteſt, & ille quoquè, aut quarè non, & cùr tàm variè?

Ad hanc ingentem difficultatem jam attactam *in nn.* 49. *&* 95. reſpondetur magnam eſſe differentiam intèr utrumque Judicem, propterèa què non paritèr ab eiſdem procedi, immò diverſo jure cenſeri, Sæculares enim Judices ſuas poſſunt ſententias exequi in bonis temporalibus Clericorum, & tamèn Eccleſiaſtici non poſſunt ſuas exequi ſententias in bonis Laicorum, quæ temporalia ſunt. † Diſparitatis ratio in eo conſiſtit, quòd bona temporalia Clerici ſunt in territorio Principis Sæcularis, & exempta ſunt non de jure Divino, ſed ex privilegio proptèr decentiam quandam, ut diximus, atquè probavimus *ſupr. ex n.* 87. *ad* 98. *incluſivè*, ſignantèr *num.* 90. 93. *&* 94. † bona verò Laici non ſunt in territorio Judicis Eccleſiaſtici, quia iſtud reſtrictum eſt ad ambitum Eccleſiæ, & ad ſpiritualia, ut cùm Curtelli probavimus *ſupr. n.* 109. & optimè docet D. Salgad. *de R. P. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 96. 97. *& ſeqq. uſquè ad* 112. ſignantèr *in num.* 100. ubi differentiæ rationem aſsignat allegans Barboſam *in l. Qui prior* 29. *à num.* 93. *cum multis ſeqq. ff. de Judic. pag.* 289. *& in l. Si quis poſteà*, *num.* 99. *&* 165. *ff. Eod. pag.* 105. Miñan. *in Baſ. Pontif. Juriſd. pag.* 205. *num.* 83. vide D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 10. *n.* 2. *verſ.* 3. *ab eod.* D. Salg. ubi proximè, ſcilicèt *in dict. num.* 96. productum, cujus hæc ſunt verba: *Judex Sæcularis in caſibus quibus validè tulit ſententiam adversùs Clericum,*

139 (right margin, beside "Ad hanc ingentem difficultatem")
140 (right margin, beside "Diſparitatis ratio in")
141 (right margin, beside "bona verò Laici")

cum, poteſt etiam illam exequi in illius bonis temporalibus, & tamèn non poteſt Judex Eccleſiaſticus pari ratione exequi ſuam ſententiam in bonis Laici, ut huic objectioni ſatisfacit idem Barboſ. ubi proximè num. 99. ex traditis à D. Covarr. Pract. QQ. cap. 10. num. 2. verſ. 3. Ut autèm tutius procedamus, recognovimus dictum D. Epiſcopum D. Didacum Covarr. à Leiva, & iſta ſunt ejus verba: *Tunc planè non poterit Judex Eccleſiaſticus Laici bona, propria capere authoritate, nèc ipſius condemnati perſonam ad rei judicatæ executionem.* Nunc paſsim nota ſecundam hujus aſſerti partem, ex adverbio, *Nec*, ubi probatur ſuperior noſtra concluſio in *num.* 2. expoſita, quòd ſcilicèt Judex Eccleſiaſticus non poteſt carcerare Laicos, adhùc in cauſis in quibus contrà ipſos competens eſt, ut diximus in *num.* 36. cauſa hæreſis, & ſortilegii excepta.
142 † Porrò cùm argumentum à perſonis ad bona, & è contra, quoad præſentem quæſtionem procedere videatur, robuſtiorem efficiemus prædictam concluſionem, & ſimùl argumento, quod à paritate Dialectici dicunt, probabimus quòd ſicut Judex Eccleſiaſticus executionem facere nequit in perſonis Laicorum, paritèr nequibit in eorundem bonis, ut proſequamur diſparitatis rationem promiſſam in *num.* 140. intèr Judicem Eccleſiaſticum, & Laicum ad ſolutionem objectionis propoſitæ in *num.* 138. & ut ſolidè, promiſſa authoritateque adimpleamus dux noſter erit D. Salg. *de R. P. part. 2. cap. 4. num. 36. cum duob. ſeqq.* ubi allegans jura Canonica, Partitarum, & Recop. atquè penè innumeros DD. ſic loquutus eſt: *Deindè injuſta dicitur detentatio ex hoc etiam capite juriſdictionis defectus, quoties carceratio ſit à Judice Eccleſiaſtico in Laicos, etiam in his caſibus quibus competens Judex eſt, ſivè in Criminalibus, ſivè in Civilibus, ſivè in Spiritualibus, vèl eis conexis, (quos ſumma cum diligentia congeſsit doctiſsimus* Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 17. per tot.) abſquè invocatione auxilii brachii Sæcularis, Regiæ què juriſdictionis, nàm licèt prædicti Judices Eccleſiaſtici habeant juriſdictionem in prædictis caſibus in Laicos, hoc intelligitur quantùm attinet ad Cenſuras excommunicationis, & alia remedia Eccleſiaſtica.Ità tenet elegantèr* Aufrer. *in Clement. 1. num. 98. cum trib. ſeqq. de Offic. Ordin.* Robert. *ubi proximè, num. 176. & alii infrà referendi; àt quoàd gladium temporalem, quantùm ad uſum, & exercitium, ut reſidet penes poteſtatem Sæcularem, non poſſunt ipſi Judices Eccleſiaſtici nullis in caſibus capere perſonas Laicas, & eas incarcerare, niſi prius invocaverint auxilium prædictum brachii Sæcularis.* Et hoc eſt quod diximus in *num. 74. & 96.* & magis verà quoquè apparet refutatio diſtinctionis factæ à *Doct.* Vela *num.* 43. & à nobis impugnatæ ab *eod. num. uſquè ad num.* 50. ex quibus omnibus in unum coacervatis ſatis patet, cerebroſas, ſivè cerebrinas noſtras nòn eſſe ſententias, noſtro què conſilio non hærere, ſed ab aliis claſsicis, ſummè què doctis viris nos fuiſſe ductos, & evectos.

Prædictæ igitur differentiæ rationem videtur non agnoviſſe *Doct.* 143
Cortiadam, utpotè de utraque juriſdictione pari modo ſinè congruenti ratione ſenſit in *dict. deciſ.* 232. *num.* 30. ut innuimus in *num.* 119. non reflectens A. iſte tamètſi doctiſſimus, quòd Laici de cauſis Clericorum, & Clerici ad eoſdem recurrere valent de conſuetudine, Seſsè *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap. 8. §. 3. à num.* 130. 144
† Et quòd Clerici conveniri poſſunt in foro Sæculari ſupèr actione reali, ubi viget conſue-

tu-

tudo, ut in Valentino Regno, ut nobis conſtat, & advocando prò quodam Patruo noſtro demandavimus intèr alios quendam Æconomum Parochialis Eccleſiæ Sanctarum Juſtæ, & Rufinæ Oriolæ noſtræ, antè *Joſeph Martinez de Rodriguez* Scribam dictæ Civitatis, & conteſtationem coràm eodem Judice Sæculari fecit, atquè de hac praxi teſtatur D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 35. *num.* 6. Minſing. *cent.* 1. *obſerv.* 22. *num.* 2. & *cent.* 5. *obſerv.* 93. *num.* 6. & hanc veriorem, & communiorem affirmat in *cent.* 4. *obſerv.* 95. *in fin.* & aliorum refert ſententias. Idem Seſsè *de Inhibit. cap.* 8. §. 2. *num.* 17. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 164. † Et etiam reconveniri coràm Sæculari poſſunt P. Pichler *in Jus Canon. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 24. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *n.* 97. verſ. *Y tambien*, Minſing. cum aliis, *cent.* 2. *obſerv.* 67. *num.* 7. *in princ.* quia non debet quis quem dedignare Judicem, cujus in agendo arbitrium ſequutus eſt, Can. 1. §. *Cujus in agendo*, 3. *quæſt.* 8. *l. Cùm Papinianus* 14. juncta Auth. *Et conſequentèr, C. de Sent. & Interloc. omn. Judic.* † Immò, quod adhùc, videri noſtro, magis eſt, ad contributionem quoàd immobilia in prædicto Regno compelli poſſunt abſquè Pontificis Bulla *ex eod.* D.Creſp. *dict. part.* 1. *obſerv.* 15. *num.* 189. & Judex Laicus poteſt abſquè Eccleſiaſtico procedere in eodem Regno ad diſtractionem immobilium Eccleſiaſticorum, etiàm ex cauſa coràm Eccleſiaſtico Judice agitata, quia Judex Eccleſiaſticus de illis nequit cognoſcere, *dict. obſerv.* 15. *num.* 287. † Et ut non mireris ſcias, quòd perſonæ Eccleſiaſticæ, tàm Sæculares, quàm Regulares immobilia bona adquirere nequeunt, niſi certis conditionibus ex ordinatione *Jacobi I.* quæ viget, ut videre eſt in *dict. part.* 1. *obſerv.* 35. *num.* 1. & quaſi *per tot.* & nos quoquè atteſtamur; & coràm Sæculari Domino proptèr feuda conveniuntur, *C. Cæterum de Judic. C. Examinata, C. Verum de For. Compet.* Alteſerr. *lib.* 1. *Decretal. tit.* 4. *pag.* 42. Caniſ. *in Jus Canon. pag.* 370. & in cauſa evictionis in dicto Regno D.Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 55. *num.* 38. atquè fidejuſſor datus per Clericum conveniri poteſt coram Sæculari Judice, Guid. Papæ *in Deciſ. quæſt.* 562. *n.* 6. † Quæ omnia permitti nequirent, 148
nèc ullum eorum quæ dicta reliquimus, ſi Clericorum, ſuorum vè bonorum exemptio de jure Divino procederet, reproductis etiam quæ *ſup. dicta*, & probata reliquimus in *num.* 90. nam nèc Papa diſpenſare poteſt in jure Divino, D.Abreu, *Victim. Real*, *pag.* 41. *num.* 58. ſic què multò minus conſuetudo contra illud facere valet, ut probavimus *in Præfat. num.* 43. quam objectionem incongruentèr ſatisfactam reliquit *dict.* Pichler ubi proximè *num.* 26. à nobis productus *ſup.num.* 145. cùm ſatis libera æſtimari poſsit diſtinctio ab eo excogitata.

Quibus ſuppoſitis fundamentis, 149
& quæ dicta relinquimus *ſup. à num.* 87. *ad* 98. hanc in rem, non mireris ſi, ut diximus in *num.* 119. & 120. uſquè hùc, aſſeramus contrà Cortiadam, exactionem pœnæ in bonis temporalibus Clerici Judici Laico permiſſam eſſe his caſibus quibus competens eſt ad cognoſcendum de cauſa ejuſdem Clerici, qui quam plurimi ſunt, ſicut, & caſus in quibus Eccleſiaſticæ perſonæ, earumquè bona Regiæ ſubſunt juriſdictioni abſquè Cenſurarum metu, D.Salg. *de R. P. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 5. *num.* 165. Seſsè *de Inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 156. Cortiad. *deciſ.* 13. *num.* 49. & *deciſ.* 236. *per tot. ſignantèr in num.* 12. Herrer. *in Prax. Crim. lib.* 1. *cap.* 15. §. 3. *num.* 2. Ayll. *ad Gom. tom.* 3. *cap.* 10. *n.* 8. &

& 5. verſ. fin. Sabel. *Diverſor. tract. tom.* 1. §. *Clericus*, 18. *num.* 80. *&* 85. P. Pichler *in Jus Canon. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 22. *reproductis ſup. allegatis in num.* 132. *cum ibi ſeqq.* verumtamèn frequentiorum in diſcurſu incæpto procedemus, tùm ut diluamus, atque penitùs eradicemus contrariorum objectiones, qui prætendunt quòd ſicut Judex Eccleſiaſticus nequit executionem facere in bonis Sæcularium, ſic paritèr nequeat Judex Laicus illam facere in bonis Clericorum, cùm non ſatis perceperint, aut fortè nec agnoverint diſtinctionem, utrorumque bonorum propoſitam à *num.* 43. *& à num.* 140. & aliis in locis ibidem productis; tùm etiam ut cùm caſus contigerit non te deterreant Judicis Eccleſiaſtici literæ inhibitoriæ.

150 Sextò, poteſt Judex Laicus, (junge *num.* 118. ubi quintum reliquimus ad refutandam quandam *Doct.* Cortiadæ opinionem, quod propoſitum jam abſolvimus) propria authoritate exequi ſuam ſententiam contrà Clericum cùm ei nocet, veluti ſi emerit ſub haſta bona ab illo vendita in judicio executivo, vèl criminali, & à Superiore, aut à Principe, exigente juſtitia, revocata venditio fuerit, & bona reſtituta, quo, & aliis caſibus poteſt, ut diximus, Sæcularis Judex exequi propria authoritate contrà Clericum, Cortiad. *deciſ.* 232. *num.* 2. 6. *&* 19. *& deciſ.* 26. *à num.* 24. *ſignantèr num.* 29. *&* 30. *cum duob. ſeqq.* & Carlev. *lib.* 1. *de Judic. diſp.* 2. *quæſt.* 7. *numer.* 927. *&* 936. (quanquàm diſcedere videatur à ſua ſententia, aut contrariari in *num.* 961. quin ſuſtineri poſsit ratio *ibid.* expreſſa) D. Larr. *deciſ.* 6. *per tot.* D. Salg. *de R. P. part.* 4. *cap.* 14. *à num.* 39. 70. 96. *&* 130. & ità eveniſſe in terminis terminantibus teſtamur in quodam caſu cum quibuſque affectis noſtris, quibus à D. Rege mandatum fuit reſtitui bona poſt exitum noſtrum vendita, & ab Eccleſiaſticis licitata; & hoc ſufficiat: (obſervare etenim debuerunt diſciplinam Amòs 5. *verſ.* 13. *Ideò prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt*) nàm admiſſa cognitione, regularitèr fruſtrà movetur quæſtio de executione, *l.* 19. *ff. de Juriſd. Omn. Jud.* Surd. *lib.* 2. *conſ.* 152. *num.* 21. *cum ſeq.* Giurb. *deciſ.* 23. *num.* 2. Carlev. *diſp.* 2. *quæſt.* 7. *n.* 928. *& ſeq.* D. Salg. *de R. P. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 126. *& de Labyr. Credit. part.* 2. *cap.* 6. *à num.* 53. D. Larr. *dict. deciſ.* 6.

Septimò, Clerici arma portantes ſpoliari poſſunt à Judice Laico, 151
Cortiad. *deciſ.* 225. *num.* 29. *cum ſeqq.* Herrer. *lib.* 1. *Prax. Crim. cap.* 15. §. 3. *num.* 2. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. q.* 10. *per tot.* ſignantèr *à num.* 76. *&* 81. Ayll. cum multis, *tom.* 3. *in Addit. ad Gom. cap.* 10. *num.* 8. verſ. *Ratione publicæ utilitatis*, Sabel. *in Summ. tom.* 2. §. *Judex* 41. *num.* 28. verſ. *Quod Judices Sæculares*, *& tom.* 1. §. *Clericus* 18. *num.* 65. verſ. *Contrariam nihilominus*, cum multis ab eo relatis, & aliis *ſup.* productis *num.* 134. àc aliis *infr.* producendis, & *Membr.* 2. *quæſt.* 5. *per tot.* ſignantèr *num.* 2. *&* 3. *àc num.* 5. *in fin.* † Quia edictum Principis Sæcularis, illorum delationem 152
prohibens, comprehendit Clericos, & alios quoſcumque privilegiatos, ex *eod.* Cortiad. *dict. deciſ.* 225. *à num.* 23. *ad* 25. *&* 32. armorum enim uſus cujuſcumque generis ſint, omnibus prohibetur à Jure Regio, qualicumque dignitate prædìti ſint, fori, aut immunitatis privilegio gaudeant, prætèr paucos enumeratos in legibus hujus Regni expreſſos, quos recenſet Acta condita *in tom.* 3. *Recop. t.* 6. *lib.* 6. *per tot.* ſignantèr in *Aut.* 2. *&* 3. *porque nueſtra intencion, y deliberada voluntad es,*

que

que por ningun privilegio, cauſa, ni
153 *immunidad*, &c. † & ibidem hujuſmodi prohibitionis rationem exprimit, etiam obligatoriam Eccleſiaſtici ſtatus, ut patet *ex ſeqq.* verbis: *En conſideracion de la paz, ſeguridad, defenſa univerſal, y eſtado publico, que ofenden, y turban las piſtolas, y ſu introduccion.* Firmant contrà Clericos Mart. *in Prax. in §. Pro complemento*, Ludov. Carrer. *Prax. Crim. in tract. de Vi pub. num.* 4. P. Steiger. *in Repertor. Jur. Canon.* in verb.
154 *Arma.* † & expreſsè illis prohibetur Jure Canonico armorum uſus, *C. Clerici* 2. *de Vit. & honeſt. Cler.* Clement. 1. *in fin. eod. tit.* ità, ut ſi tertiò monitus Clericus arma deferens, à ſuo Prælato, non deſtiterit amittat omne privilegium Clericale, Aufrer. *de Poteſt. Sæc. tom.* 11. tractatuum DD. *num.* 29. *pag.* 331. & condemnetur ad privationem Beneficii, Capellaniæ, & Officiorum Eccleſiaſticorum, cum cæteris pœnis à quibuſdam Pontificibus, & Sacris Conciliis impoſitis, ut videre eſt in Bulla *Innocentii P. XIII.* incipiente: *Apoſtolici miniſterii*, *cap.* 6. verſ. *Ubi verò.*

155 Clericis autèm favet, ut jam in præcedentibus vidimus *à num.* 86. *Doct.* Cortiad. qui in citata *deciſ.* 225. *num.* 26. defendit non poſſe Clericos à Judice Sæculari puniri pœnis pecuniariis: veruntamèn illi adverſatur primò jus Regium *in dict. Aut.* 3. *cap.* 1. circ. *princ. t.* 6. *lib.* 6. *Recop.* his verbis: *Y las Juſticias Ordinarias las executen privativamente, y no puedan ellos, ni ningun Fiſcal formar ſobre eſto competencia*; & ad med. *porque nueſtra intencion es, que no ſe guarde ningun privilegio de fuero, juriſdiccion, ni immunidad en quanto à eſto*, & in *cap.* 3. jubet Inquiſitionem ſupèr hoc fieri, junctis *ll. in Gloſſ.* tanquàm concordantibus citatis.

156 Secundò, adverſatur inſignis Epiſcopus D. Covar. *tom.* 2. *Pract. QQ. cap.* 33. *num.* 7. ubi docet poſſe Clericos arma portantes, pèr Judicem Sæcularem puniri abſquè ullo metu excommunicationis in Gallia, ut etiàm teſtatur Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. q.* 10. *num.* 8. & 9. & poſſe civilitèr puniri Clericos arma portantes ab eodem Judice, defendit Aufrer. *in tract. de Poteſt. Sæc. tom.* 11. tract. DD. *regula* 1. *num.* 21. *pag.* 331. Sèd & in Hiſpania noſtra idem fieri poſſe tenent Epiſcopus Redin, Grammat. Menoch. Plaza, Bonifac. Cened. Borrel. producti *à Doct.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 69. *pag.* 1023. *col.* 1. in margine, *litt. a.* & tamètſi illorum fundamenta retulit *num.* 71. & firma exiſtimavit, *ibid. in fin. ſeqq.* verbis: *Y aſsi es ſuſtentable la opinion de Juan Fabro, y del Obiſpo Redin, que pues el Juez Seglar es competente para tomar al Clerigo las armas, y proceſſalle ſobre ellas, lo es tambien ſobre las demàs penas pecuniarias*, non refutavit, nèc ità facile eſt ſi omninò legantur: hoc ſuppoſito mirandum non eſt ſi ipſius Bobad. ſententiæ non aſſentiamus, dùm *in dict. num.* 71. *in fin.* liberè, & abſquè ullius rationis aſsignatione ab hac diſceſsit ſententia in dicendis verbis: *Pero yo ſiempre he practicado la opinion de Juan de Platea, que tuvo lo contrario, y lo mas ſeguro, y juridico*, quin docuerit ubi eſt major ſecuritas, ubi què juridicum fundamentum, immò totum contrarium, utpote referendo contrariam opinionem in *num.* 70. *ibid.* ſic affatur paulò ante fin. *Los quales exemplos, con licencia de tan docto, y exemplar varon*, (nempè Epiſcopi D. Franc. Sarmient.) *no quadran al propoſito, porque en ellos, &c.* & cum hujus A. opinionis rationes retuliſſet idem Bobad. *in dict. n.* 70. potior inter illas hæc eſt: *Que ſolo el hecho de tomar las armas al Clerigo,*

go, eſtà permitido, y tolerado por la Igleſia al Juez Seglar, pero no la juriſdiccion de proceder por tela de juicio contra èl, qua cum ratione nihil egit A. ille, quia tametſi veriſsimum eſt, nulla tenus poſſe Laicum Judicem judicialitèr contrà Eccleſiaſticam perſonam procedere; eſt tamen omninò falſum, quòd judiciali proceſſu opus ſit ad executionem pœnæ pecuniariæ in bonis temporalibus Clerici à Laico Judice in caſu excepto faciendam, ut in hoc numero inferiùs notum faciemus, & congruunt dicenda in *Memb. 2. quæſt. 9. per tot.* non minus quàm ratio contrà dictum Sarm. à Doct. Bobad. *in eod. num.* 70. *poſt med.* aſsignata, quæ ſic eſt: *pero en nueſtro caſo, la dicha toma de armas permiteſe à Juez perſona publica, que tiene juriſdiccion, en odio del Clerigo, que delinque contra la ley, que le obliga por la utilidad publica, y pierde por ello en quanto à ſus bienes el privilegio del fuero, y la cobranza, y exaccion de la pena impueſta por las Leyes, no ſiendo corporal, ni perjudicial à la perſona del Clerigo, ſino civil, y pecuniaria, como las miſmas armas que ſe le toman, no ſe debe dividir, ni truncar en diverſos Tribunales, ni por una coſa hacerſe dos proceſſos, è inſtancias*, & hujus aſſerti rationem præbet *in num. ſeq. la razon de eſto es, porque, &c.* quidam enim AA. relati ab eod. Bobad. *num.* 70. *in princip.* tenuerunt pœnas pecuniarias petendas eſſe antè Judicem Eccleſiaſticum contrà Clericum arma deferentem; idcircò dixit: *No ſe debe dividir, ni truncar en diverſos Tribunales, &c.* † Sed cùm præſentis

157 quæſtionis caſus coibilis ſit cum illo, àn Judex Laicus poſsit exequi pœnam pecuniariam contrà Clericum advocatum in Officio officiando delinquentem, & illam ſua authoritate exigere ex bonis temporalibus Clerici, in qua quæſtione etiam tenuit Doct. Cortiad. negativam, & remittendum fore Clericum ad ſuum Judicem, ut ipſe puniat; erunt omninò videnda, quæ ad hujus opinionis confutationem dicta reliquimus *à num.* 85. *ad* 100. aut uſquè hùc, quæ omnia prò reproductis volumus. Cùm igitur non ex fide credenda, ſit cujuſque *Doct.* opinio, quia fidei materia non eſt, ſed temporalis diſputabilis; propterea non alitèr acquieſcimus, quàm dùm ratione vincimur, quam obrem prætèr dict. *in num.* jam expreſsis, ſic adversùs Cortiadæ, & Bobadillæ ſententiam inſurgimus.

Pœna eos omnes comprehendit, 158
quos lex alligat, adeò ut exactio pœnæ à legis vinculo non ſeparatur, ut probat Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 8. *à num.* 65. *cum l. Legis virtus, ff.* de *Legg.* & D. Hieron. *lib.* 1. contrà Jovinian. quia pœnæ ſanctio, portio legis eſt, *l. Legum ſanctio, ff. de Pœn.* & etiam *in num.* 63. *dict. quæſt.* 8. ideò lex neceſsitatem infert; neceſsitas autèm in exactione pœnæ conſiſtit, quia finem præcedunt neceſſariò media in ſublunaribus, ut videre eſt cum multis juribus apùd *dict. quæſt.* 8. *à num.* 65. & ſignantèr *num.* 71. *in fin.* & cui conceditur finis conceduntur ea pèr quæ devenitur ad finem, & cui conceditur antecedens, regularitèr conceditur etiam conſequens, *l.* 1. §. 1. *ff. Si uſusfruct. petat. l.* 3. §. *Qui habet, de Servit ruſt. præd.* D. Salg. *de R. P. p.* 1. *cap.* 2. *à num.* 290. † 159
propterea lex omnis poſt ſe trahit executionem, aliàs ſine cauſa gladium Legiſlator haberet ſecundùm Apoſtolum ad Rom. 13. *verſ.* 4. *Si autèm malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit*, nam fruſtrà ferretur lex, ſi ſubditi ad executionem cogi non poſſent; inutilis enim,

va-

vacua, & nulla lex eſt ſine coercitio-
160 ne, *l. 2. ff. de juriſd. omn. jud.* † ità
eſt, quòd Clerici ligantur legibus,
& ſtatutis òb bonum commune latis,
ut probavimus *num.* 5. & òb pa-
cem, àc ſecuritatem publicam, ità
ut in his pèr Laicos Magiſtratus ad
earum obſervationem cogi Clerici
poſsint juxtà Curtell. cum multis,
dict. lib. 2. *quæſt.* 10. *num.* 100. *&*
ſeq. lateque probavimus *ſup. dict.*
num. 5. *& à num.* 123. *uſq. ad* 137.
igitur abs dubio eſt quod Laici Judi-
ces armorum pœnam à Clericis exi-
gere poſſunt ex bonis temporalibus,
161 & profanis, † nam ſubjectio, & ju-
riſdictio ſunt correlativa, ut proba-
vimus *num.* 18. *&* 124. ſi igitur
in Legislatore legem ferentem, ſivè
in Civitate ſtatuente, & in Ordinario
Judice Edictum promulgante ad
commune bonum, tàm Clericorum,
quàm Laicorum, atquè in Eccleſiaſ-
tico Judice cenſuras inferente, juriſ-
dictio eſt; ità in frangente eſt ſubjec-
tio, ut ab argumento probatur ex
P. Pichler *in Jus Canon. lib.* 5. *t.* 39.
162 *num.* 6. † Quis ergo negabit,
quòd arma pacem publicam turbant?
etenim, præterquàm quòd expe-
rientia docet, definitum ità eſt à le-
gibus noſtri Regni in *num.* 153. pro-
ductis, in quo DD. omnes conſen-
tiunt, ut videre eſt in quæis ex alle-
gatis *ibid.* àc numeris *ſeqq. &*
Memb. 2. *quæſt.* 5. *per tot.* & aliun-
dè Sacri Canones non contradicunt,
immò expreſſam quoquè illorum pro-
hibitionem ipſi decreverunt, Can.
Porro 16. *quæſt.* 3. Can. *Inter hæc,*
33. *quæſt.* 2. *C. Cum ab homine ex*
tit. de Judic. & alia jura produximus
in num. 154. atquè excommunica-
tionis mucrone Clericum feriri òb
ſolam armorum geſtationem ex Cal-
cedonenſi Concilio, *cap.* 7. Tiburienſi,
cap. 11. *&* 27. Toletano 4. *cap.* 44.
Turonenſi, *cap.* 15. & Bulla *Innocen-*
tii XIII. ut vidimus *in dict. n.* 154.
163 *& num.* 113. † Quis itèm negabit,
quòd Clerici in temporalibus ſubdi-
ti ſunt legum Sæcularium, ut vidi-
mus *num.* 5. & etiam Principis Sæ-
cularis, ut probavimus *num.* 106.
& 107. ex multis juribus Canoni-
cis, & Greg. Magno, Auguſt. Am-
broſ. Chriſoſt. Hylar. & aliis? ma-
ximè òb publicam quietem, ut *ibid.*
& hoc eſt jus ſubjectionis, vulgò *del*
vaſſallage, quod Clerici in tempora-
libus Principi debent, ut probavi-
mus *ſub num.* 130. nam nomen iſ-
tud = *ſubjectio* = idem eſt quod *ſub-*
jectus, Ambroſ. Calep. *in Dictionar.*
lit. S. pag. 1464. *col.* 1. & Anton.
Nebriſ. *dict. lit. pag.* 367. *col.* 2.
& Hiſpanè ſignificat *obra de ſome-*
ter, & ſubjectus idem quòd ſubdi-
tus, & alterius imperio parens, Hiſ-
panè *ſojuzgado*, *ex dict. AA. ibid.*
quam ſubmiſsionem, & obedien-
tiam Clerici omnes Principi in tem-
poralibus debent, *l.* 13. *t.* 3. *lib.* 4.
l. 11. *t.* 10. *lib.* 5. *l.* 29. *t.* 4. *lib.* 2.
Recop. cum multis aliis juribus, tàm
Canonicis, quàm Regiis, & DD. al-
legatis à Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 61.
cujus hæc ſunt verba: *Cajò VII. es,*
(y concluſion general) que los Obiſ-
pos, y los demàs Ecleſiaſticos en lo
temporal, por lo que toca al Rey, y
al Reyno, y à la orden de la poteſtad,
eſtàn ſujetos à los Reyes, y obligados
à venir à ſus llamamientos, ſegun
Derecho Comun, y Real, & vide in
margine, *ibid. lit. B. & c.* 10. *dict.*
lib. 2. *num.* 63. *&* 66.

Quibuſdam ex his ductus funda- 164
mentis arguit D. Covar. *lib.* 2. *Va-*
riar. cap. 20. *n.* 18. verſ. *Triceſsimo*
ſexto, & Pract. QQ. cap. 33. *n.* 7.
atquè ex eo Curtell. *lib.* 2. *de Priſc.*
& Recent. Eccleſ. libert. dict. quæſt.
10. *num.* 92. arma Clericis apprehen-
ſa penès Laicos Judices retineri poſ-
ſe, eò quòd nulla lege Canonica,
nec Civili hoc vetitum ſit. Nunc ſic;
nonnè invenitur prohibitum expreſ-
sè, & clarè ab aliqua Canonica, vèl
Civili lege, quòd pecuniariæ pœnæ
exac-

exactio propter legis fractionem debitæ, à Laico fiat Magiſtratu? ni fallor non aſsignabitur, ſicut nèc ſufficiens differentiæ ratio ad hoc, ut valeat Judex Laicus pœnam à bonis temporalibus Clerici exigere òb violationem ſtatuti municipalis, & in aliis multis caſibus præventis, atquè diſpoſitis in *l.* 11. cum concordantibus *in Gloſſ.lit.b. & l.*12.cum *Gloſſ. lit. a. t. 3. lib.* 1. *Recop.* ut etiam vidimus *ſupr. num.* 120. *&* 130. *àc* 137. & proptèr negotiationem, ut probavimus *num.* 100. ad gabellæ exactionem, ſicut, & in cæteris caſibus hucuſquè relatis, & referendis; & quòd paritèr non poſsit eam exigere òb armorum delationem, cùm negare nequeat vir quidam mentis compos, quòd ſi in obſervantia ſtatuti aſpectatur utilitas publica Civitatis, aut Opidi, & in ſolutione gabellarum jus Fiſcale, & his conſulitur; non minoris ponderis eſt obſervantia tot jurium prohibentium armorum uſum, quia in illorum delatione publica Regnorum ſalus, & Vaſſallorum turbatur, ut apertè eanunt tot Pragmaticæ, & Acta condita, ut vidimus *à num.* 152. *&* 155. & dicemus *in Memb.* 2. *quæſt.* 5. *per tot.* quibus omnibus publicæ
165 utilitati conſulitur; † & publica tantopere utilitas, non tantùm privatæ utilitati præfertur, verùm, & ipſius Principis commodo, Souſa in Bull. *In Cœna Domini*, *cap.* 16. *diſp.* 82. *num.* 9. *Judex in tali caſu, utilitati, & tranquillitati Reipublicæ conſulit, plus enim poteſt Reſpublica, quàm quælibet particularis perſona, immò, & commodum ipſius Principis ad publicum bonum intendens.* Nunc ſic: quanto igitur magis urget totius Monarchiæ utilitas, quàm Reipublicæ? Si ergo illa ineſt in armorum prohibitione, quarè ſatis huic caveri cenſendum eſt armis àn Clerico ablatis, quin ad pœnæ exactionem eadem Secularis poteſtas, quæ arma abſtulit ſimùl progrediatur; & non ſatis proviſum exiſtimandum eſt Civitatis, aut Opidi utilitati, ex quò Clericorum animalia à Vineis, v. g. arceantur, aut etiam ab arboribus, tamètſi infructiferis, & damna ſolvantur, aut proptèr aquæ furtum ad agrorum rigationem, adhùc neceſſitate impellente, & aliis caſibus, cùm versùs hæc omnia ad pœnæ exactionem procedi poſsit ab Officiali Laico, ut dicemus *infr. num.* 175?

Nèc refragatur ſi dicas, quòd in 166
armorum delatione Clericus delictum comittit, non verò in violatione ſtatuti, & quòd Judex Laicus proceſſum criminalem inſtituere nequit adversùs Clericum eò quòd incapax omninò ſit ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſect.* 9. in Bull. *Reformationis*, *ſeqq.* verbis: *Cùm à Jure, tàm Divino, quàm Humano, Laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit*, ut latè diximus *in Præfat. num.* 43. cùm ſi aliàs fecerit, ſit ipſo jure nullus, eò quòd Judex Laicus nullam juriſdictionem habet in Clericum, nequè ullam coertionem, Guid. Papæ *in Deciſſ. quæſt.* 450. *num.* 1. ubi allegat *cap. Si diligenti, de For. compet.* Bernard. Laurent. in tract. *In quib. caſib. Judex Sæc. pot. man. in perſon. Clericor. ſinè met. excomm. imponere, tom.* 11. in tractatibus DD. *pag.* 328. ad dorſum, *num.* 3. *&* 6. Stephan. Aufrer. in tract. *de Poteſt. Sæc. dict. tom.* 11. *p.* 1. *pag.* 329. *num.* 3. in dorſo, Seſsè *de Inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 128. cùm Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitas Dei ordinatione conſtituta ſit, & Canonicis etiam ſanctionibus, Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 20. & antè Chriſti Domini adventum jam ſervari juſſa 3. Eſdr. 8. *v.*24. *& ſeq. Vobis autem dicitur, ut omnibus Sacerdotibus, & Levitis, & ſacris Cantoribus, & ſervis templi, & ſcribis templi hujus, nullum tributum,*

ne-

nequè ulla alia indictio irrogetur, nèc habeat quiſquam poteſtatem objicere eis quidquam; ſilere tamèn non oportet, quòd tertius, & quartus Eſdræ libri, extrà ſeriem Canonicorum librorum ſepoſiti ſunt, ut ex illorum
167 inſcriptione conſtat; † & quomodocumquè ſit, minimè obſtant ſupradicta, immò prò nobis ſunt ideò conceſſo antecedenti, negamus conſequentiam, quæ inferri prætenditur, & itèm falſum eſt antecedens quoàd ſecundam partem, ibi: *Non verò committit delictum Clericus in violatione ſtatuti*, nam delicta, quædam dolo, quædam culpa ſolùm perpetrantur, *l. Perſpiciendum* 11. §.2. *ff. de Pœn. Delinquitur autem aut propoſito, aut impetu, aut caſu*, & cùm culpa triplicitèr ſit, lata nempè, levis, & leviſsima, ſic unicuique ſua proportionata pœna reſpondet ad delicti æqualitatem, ità ut tantò acerbior hæc ſit, quantò gravius delictum eſt, & malitia Rei, qui illud commiſsit, quia pœna delicto commenſuranda eſt, ut juſsit Dominus Deuter. 25. *verſ.* 2. *in fin. Pro menſura peccati erit, & plagarum modus*, & dicemus *infr. in tract. de Cenſur. art.* 8. *num.* 64. Jam ergo palàm eſt, quòd ſi ineſt Judici Laico facultas ad exigendam à bonis profanis Clerici pœnam ſtatutam in minoribus, aut parvis delictis, culpa ſolùm, tametſi leviſsima commiſsis, òb curam non adhibitam, aut non ſufficientem, nè animalia in prohibitis ingrediantur, &c. quod eſt omiſsionis peccatum, civili pœna punitum; quantò potiori jure eadem poteſtate ipſe potietur ad hoc ipſum exequendum, pœnam què civilem ex profanis Clerici bonis exigendam cùm ipſum armatum deprehendit, quod eſt commiſsionis peccatum tantò gravius, civilitèr quoquè puniendum, quin poteſtatem ullam in Clerici perſonam exerceat Officialis Laicus, nèc tale quidquam requiratur, multò què minus criminalis proceſſus, ſicut in aliis prædictis caſibus non deſideratur, sèd ità, & eodem modo, quo in ipſis procedit, & in hoc apprehenſionis armorum ſe gerere Laicum Judicem debere credimus, quin aliquid excogitari poſsit, quod ità fieri impediat; & hæc ſatisfactio ſit ad objectionem *ſupr.* propoſitam *num.* 156. *circ. med.* & deductam à Sarmiento. † Firmat hæc Curtell. 168
lib. 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 16. *ſub num.* 9. ubi ſic loquutus eſt: *Data verò authoritate, atquè neceſsitate ob Reipublicæ ſalutem ſtatuendi, obligatio legis omnes etiam Clericos comprehendit, nàm de quibus Canones nihil ſtatuerunt, cùm ſtatui neceſſe fuerit, Principum leges Clericos obligare certum eſt ex traditis ſup. quæſt.* 8. *num.* 79. *ubi etiam probatum eſt, non ſolùm ad legem, sèd ad pœnam quoque in lege contentam eos adſtringi: non tantùm quia pœna à lege ſeparari non poteſt ob naturalem, & inſitam ejuſdem qualitatem, ut pœna muniatur*, ex D. Hieronymo, *& aliis ibi relatis, verùm quoque quia probatis à Pontificibus, Imperatorum legibus, in his quæ Canonibus non contradicunt, jàm quoàd Clericos Civilia Jura à Canonibus non differunt, ſuas enim ex confirmatione, & approbatione fecerunt, ut docet Celeſtinus in Decretis ad Galliæ Epicoſpos, decret.* 13. *ibi*: Quas utiquè ſuas fecerunt Apoſtolici Antiſtites cùm probarunt: : *Quòd verò Pontifices, leges Imperatorias probaverint, ubi Eccleſiaſticis ſanctionibus correctæ non fuerint probatum eſt* in ipſamet quæſt. 8. num. 11. & infr. quæſt. 39. *Perindè ità Clericos legibus hujuſmodi teneri, ut cogi etiam ad earum obſervantiam poſsint, defendunt magni nominis Theologi*, quos refert Dian. *reſol.* 8. *&c.* junge D. Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 82. & D. Covar. *Variar. p.* 2. *cap.* 6. *in Init. num.* 20.

ad med. ex verſ. *Nec inconvenit*, & paulò inferiùs his verbis: *Lex Principis Sæcularis in quacumque re diſponat, & ſi mentionem Clericorum faciat, ſi juſta ſit, honeſta, nèc contraria Canonibus ſervari debet, quia ab ipſis Romanis Pontificibus tacitè videtur recepta.* Hæc pro tua pace tranſcribere libuimus, ſicut, & ſequentia, quæ idem Curtellus ſcripſit *in dict. quæſt.* 8. *num.* 68. *Viderentur autem Principes, quibus legum ferendarum facultas (ut judicavimus) ad humani generis conſervationem, regimen, pacem, præſtita fuit, conceſſa ſemèl poteſtate fruſtrari, ſi conditis à ſe, ad præmiſſa aſſequenda legibus, pro earum executione opportuna poteſtas deficerent, adeò ut ſine alterius ope, ac auxilio nihil poſſet.* Ita arguit Suar. *dict. tract. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 43.
169 *&c.* † & nos addimus quòd ea quæ ſunt confirmata à Sede Apoſtolica, non poſſunt ab alio tolli, & quod Papa confirmat, nemo infirmat. Verba ſunt Barboſ. *vot.* 97. *num.* 63. & probantur ex *C. Cùm inferior, de Majorit. & Obed. C. Cùm veniſſet, de Judic.* Cancer. *Variar. cap.* 2. *num.* 314. Rot. *deciſſ.* 293. *num.* 2.
170 *p.* 2. † Itèm, quòd Princeps ſtatuta, & leges facere poteſt quæ Jus Canonicum confirment, & roborent, interpretentur, & declarent, Morl. in *Empor. Jur. tit. de Legg. num.* 24. & 25. D. Ramos ad *LL. Jul. & Pap. lib.* 3. D. Salg. *de R. P. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 38. D. Solorz. *lib.* 4. *Polit. cap.* 1. *pag.* 503. verſ. *Aunque*, & *lib.* 5. *cap.* 16. *pag.* 907. verſ. *Pero*, & verſ. *Lo qual*, ubi refert Anguian. Cabed. & P. Suar. Ant. Gom. *in l.* 3. *Taur. num.* 24. ergo leges Civiles armorum uſum prohibentes cum pœnarum impoſitione, ut illarum metu munitæ ſint, Juri Canonico etiam prohibenti non adverſantur, & illud potiùs juvant, quàm infirmant: ergo cùm Pontifex Romanus has leges probatas habeat, nemini licet illas contradicere, & ſervari à Clericis debent. Ex his igitur defendi deberi videtur, Laicum Judicem poſſe pœnam ex bonis temporalibus Clerici violatoris exigere ob armorum delationem, extrajudicialitèr, & ſinè proceſſu, nàm judicialis cognitio ſublata eſt, ex *C. Qualitèr, de Judic.* non verò extrajudicialis, ut optimè probat Curtell. *lib.* 2. *q.* 15. *à num.* 35. ſignantèr *num.* 37. & expreſsius mens ſua apparet in Summario, & de hac extrajudiciali cognitione agemus in *Memb.* 2. *quæſt.* 9.
per tot. † Ut autèm plenius, & aper- 171
tius veritas percipiatur, hæc in ſumma redigere non abnuam. Princeps liberè ſinè Pontificis aſſenſu, aut conſenſu leges ferre poteſt ex Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 40. & Canonicas confirmare, ſeu roborare, & in hunc ſalutarem, àc reverentialem finem interpretare, & declarare, ut ex multis claſsicis DD. patefecimus, quia tanquàm ſupremus Regnorum Dominus, Caput, & Pater, Sponſus, & Tutor poteſt, & debet quæ ad eorum conſervationem, & regimen ſpectant providere: Vidiſti, quòd leges, prædicta, publicam què pacem reſpicientes, quoſcumque etiàm exemptos obligant: Vidiſti quoquè, quòd exactio pœnæ legalis, cum lege ipſa neceſſariò conexa eſt, & quòd aliàs irriſoria lex eſſet: Vidiſti etiam, quòd prædicta pœnæ exactio judicialem non deſiderat cognitionem, sèd extrajudicialem ſufficere, ut & in aliis caſibus de quibus nulla eſt controverſia: Vidiſti inſupèr, quòd bona temporalia Clericorum profana ſunt, & quòd legibus temporalibus in ſupradictis ad publicum commune bonum pertinentibus ſubjiciuntur: Vidiſti deindè, quòd prædicta bona ſunt in territorio Principis Sæcularis, & nemo eſt qui neſciat territorii potentiam, & virtutem: His poſitis antecedentibus tu videbis ſi defenſabilis putari poteſt Epiſcopi Redin ſen-

ten-

tentia, & P. Delben. apud Fariam in *Addit. ad D. Covarr. Variar. cap.* 20. *num.* 225. & harum ſententiarum quæ probabilior ſit videat prudens Lector, ut dicitur in *Rubr. Prophet.* Baruch, *circ. fin.*

172 Nec arduum negotium iſtud dici poſſe reverà credimus, quoniam caſus difficilis is propriè dicitur, de cujus reſolutione, tametſi comprehenſus dubitatur, ut Baldus notavit *in l. De Statu, ff de Stat. Nom. num.* 1. *Dubitatio eſt, æqualis contrariorum ratiocinatio.* Card. Paleot. *de Sacra Conſiſt. part.* 4. *quæſt.* 4. Verum in puncto iſto contrarias noſtris rationes certè non adinvenimus, ſcientes quòd nihil tàm difficilè eſt quin inquirendo inveſtigari poſsit, ut ajebat Terenc. in *Heaut.* aut ſi rationes utrimquè æquales ſeſe offerunt, ità ut animus non magis in unam, quàm in alteram partem inclinari tutè valeat, quo caſu res prorſus ambigua erit; Supremum Senatum obſecro ut Sacram conſulat Majeſtatem, cùm aut ita facere, aut à Conſilio omninò abſtineri in judicio debeant Magiſtratus, Mateſilan. in *Opuſc. elect. verior. opinion. num.* 10. in tractatibus DD. relatus à Fagnan. in *cap. Nè innitaris, de Conſtit. num.* 235. maximè in juriſdictionum controverſia, & juris quæſtione valdè difficili, Deuter. 1. *v.* 17. *Quod ſi difficilè vobis viſum aliquid fuerit, refertè ad me, & ego audiam, l.* 1. 2. *&* 3. *C. de Relat. l. fin. C. de Legg. C. Intimaſti* 68. *de Appellat.* & cum multis Cortiad. *deciſ.* 33. *num.* 15. Diffitentes autem ſi qui ſint, *reſpondete obſecro abſquè contentione, & loquentes id quòd juſtum eſt, judicate*, Job. 6. *v.* 29. Ut cognoſcamus eorum, de quibus erudi cupimus veritatem, argumento Luc. 1. *v.* 4.

173 Tertiò, ſic Cortiadæ doctrinam à ratione impugnari æquum eſt ex ejuſdem aſſertis, & theſibus. Clerici tenentur, & compelli poſſunt per Judices Laicos captis pignoribus ad contribuendum prò perimendis, & colligendis locuſtis juxtà ipſummet Cortiadam, *deciſ.* 230. *à num.* 79. ſignantèr 81. *&* 84. & etiam tenet Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 30. *num.* 76. ità eſt quòd non minus præjudicium publicæ utilitati infertur ex armorum uſu, ut præconio declarat *Aut.* 3. *tit.* 6. *lib.* 6. *Recop.* àc ex locuſtis, immo fortè majus, nàm iſtas videmus, illa verò non; qua de cauſa, adversùs iſtas, quæ nobis patent tuemur eas colligendo, perimendo, &c. De armis verò tanquàm occultis, cùm occultè, & ſecretò deferantur, vix caveri poſſumus; & è converſo arma nos perimunt, àc morti tradunt, & adversùs inſultantem cum illis, vix defenſionis modus dari poteſt, cùm armatus reſiſti non poſsit niſi etiam cùm armis æquè potentibus, & adhùc copia horum in inſultato data (quæ ſinè delicto concedi nequit, ideoquè ſupponi non debet, ſed indefenſus) regularitèr occaſio abeſt ut illis uti poſsit, ex quò inſurgentis in nos actio prior eſt in inſtanti A. v. g. & actio inſultati poſterior in inſtanti B. quæ ceſſant in locuſtis, utpotè nihil eſt, quòd impediat in humanis quominus omnibus utamur remediis adversùs illas, quæ humana docet providentia, quin locuſtæ reſiſtere poſsint; & ad ſummum, iſtæ res noſtras lædunt; àt arma vitam, quæ abs comparatione pretioſior eſt: ergo ſi ad exactionem procedere Judex Laicus contrà Clerici bona temporalia in uno caſu poteſt, quarè non in alio magis imminenti?

Jam audio quòd reſpondes non eſſe æquale præjudicium in utroque caſu contrà commune bonum, eò quòd non ſit tàm univerſale id quòd armis cauſatur ut illud quòd à locuſtis infertur: veruntamèn difficultatem non ſolvis, nàm ta- 174

mèt-

mètſi verum eſt, quòd cùm locuſtæ eveniunt nullus eximitur ab earum corruptione, non tamèn quotidiè, ſed raró contingunt; àt arma continuò minantur omnium hominum vitam nullo dempto, ut hiſtoriæ exemplaria non pauca docent. Sèd addes, quòd Judex Laicus non poteſt adversùs Clericum procedere in caſu locuſtarum, niſi Clerici Superior negligens ſit, juxtà Cortiad. *ubi proximè.*

175 Verùm ſic adhùc inſurgimus. Pecora, & alia animalia Clerici, aut Monaſterii damnum dantia contrà ſtatuta Judicis Laici, ab eò capi poſſunt, & retineri donèc ſatisfactio fiat damni, & pœnæ, Cortiad. *deciſ.* 26. *num.* 52. Villad. *cap.* 5. §. 20. *num.* 23. *pag.* 216. Carlev. *lib.* 1. *de Judic. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *à num.* 155. *ad* 157. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 8. *num.* 1. *& per tot.* immò quicumque privatus poteſt ex *eod. ibid. num.* 2. & multi apud Aill. in *Addit. ad Gom. tom.*3.*cap.*10.*num.* 8. verſ. *Item adde*, *& tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 52. verſ. *Ratione publicæ utilitatis*, & diximus *num.* 135. & quòd magis eſt, præcipit Jus Regium in *leg.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* atquè illud ſervavimus in Populis quos regimus, & practicari vidimus à Judicibus convicinis, abſquè ulla Eccleſiaſticorum quærimonia, àc in Civitate Alpharenſi obtinuit quidam prædeceſſor noſter in recurſu violentiæ ſupèr hoc introducto ex quò cum cenſuris vexaretur quia cujuſdam Canonici animalia capi fecit; ità eſt quòd majus præjudicium communi bono vertitur ex armorum delatione, quàm ex animalium ingreſſu in vineas, aut agros ſeminatos, utpotè hoc tendit dumtaxàt in res noſtras; illud verò in perſonas, & hominum vitam: ergo Judex Laicus capere etiam, & retinere poterit bona temporalia Clerici arma deferentis, & cum illis capti, donèc legalem pœnam ſatisfaciat, ſtatuti vè. Adde, quod armorum uſus prohibetur non Judicis edicto, ſed Jure Canonico, àc Regio: ergò ſi animalia Clerici retineri poſſunt à Laico prò ſatisfactione pœnæ, potiori ratione valebit prò armorum apprehenſione, & prò eorum pœna.

Deindè, Judex Laicus poteſt 176
Clericum coràm eò litigantem, ſi meruerit, in expenſas condemnare, & illas taxare juxtà eundemmet Cortiad. *dict.deciſ.*26.*num.*23. nàm Judex cauſæ principalis eſt etiam Judex expenſarum, Carlev. *de Judic. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 176. immò illum compellere poteſt ad ipſas ſolvendas executione facta, Seſſe *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 8. §. 3. *num.* 96. D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 48. *num.* 13. *&* 14. cum aliis, in vim, ſcilicèt, extrajudicialis poteſtatis; ità eſt, quòd incomparabile majus præjudicium inferre arma poſſunt hominum vitæ, quàm temeraria lis introducta adversùs privatæ perſonæ bona: ergo cùr tàm variè? Ergo non benè dixit Cortiada cùm aſſeruit non poſſe Clericos à Judice Sæculari puniri pœnis pecuniariis, ut vidimus *num.* 86. & 155. ubi illum allegavimus ipſiuſquè ſententiam: ergo hæc ruit.

Demùm, Judex Laicus poteſt 177
capere pignora in bonis temporalibus Clerici negotiatoris òb gabellam, D. Salg. de *R. P. part.* 4. *cap.* 14. *num.*103. & diximus *num.* 100. & quòd magis eſt, ſi dubitetur àn Clericus negotiator ſit, poteſt Judex Laicus de cauſa cognoſcere tanquàm de fundamento ſuæ juriſdictionis, D. Salg. ubi proximè, *num.* 104. (utinam autèm Clerici ad hujuſmodi comercio arcerentur, nàm negotiatores in infima claſſe fidelium locantur, quòd longè omnium abſint à perfectione evangelica, Epiphan.

phän. in calce *Pandr.* Joann. Chryſoſt. *Homil.22. in Matth.* Alteſerr. *lib. 3. Decretal. tit. 1. pag. 376.*) ergo Judex Laicus benè valet pignora etiam capere ex bonis temporalibus Clerici Advocati in officio officiando delinquentis, & paritèr cùm arma detulerit, prò exactione pœnæ: ergo Cortiadæ contraria ſententia in *num. 86.* producta ſuſtineri non valet, ſicut nèc relata tàm ipſius Cortiadæ, quàm Bobadillæ, quoàd armorum caſum in *num. 155*: ergo noſtra tenet quoàd utrumque concluſio: ergo contrariorum argumenta ruunt: ergo Judex Eccleſiaſticus executionem facere nequit in perſonis, nèc bonis Laicorum, tamètſi Sæcularis illam facere valeat in bonis temporalibus Clericorum: ergo Epiſcopi non poſſunt habere familiam armatam.

178 Obitèr autèm ſcias, quòd Clericorum bona in quadruplici ſunt differentia, ſcilicèt, Patrimonialia, Quaſipatrimonialia, Beneficialia, & Eccleſiaſtica, quibus accedunt Miniſterialia. Primi generis (quæ dumtaxàt, ad noſtrum pertinent inſtitutum, cæteris omiſsis) illa bona ſunt, quæ Clericis obveniunt, vèl obvenerunt titulo merè Sæculari, & independentèr à beneficio, aut miniſterio Eccleſiaſtico, v. g. ex hæreditate, legato, donatione, contractibus, labore, induſtria, arte, ut ſi Clericus ſit Muſicus, Pictor, &c. Ità P.Pichler.in *Jus Canon.lib. 3. tit.25. à num. 1.ad 3.* àt P. Sannig.in *Schol. dict. t. & lib. à num. 1.* triplicem differentiam conſtituit, ſicut & Caniſ. *in Jus Canon. lib. 2. Decretal. t. 31. pag. 246.* aut enim conſtat Clericorum peculium (ut ipſe Caniſ. inquit) ex propriis bonis titulo Sæculari adquiſitis, & non occaſione Eccleſiæ, aut ex bonis Eccleſiæ, quæ Eccleſiæ ipſi, ejuſque Miniſtris conſecrata, vèl deſtinata ſunt, aut ex bonis proſpectu Eccleſiæ adquiſitis, ut ſunt fructus, aliiquè redditus, & obventiones Eccleſiaſticæ. * Jàm igitur ſatis detecta, & probata noſtra ſententia, quam ſtatuimus in *num. 85. cum ſeqq.* poſſè nempe Judicem Laicum propria authoritate exigere ex bonis temporalibus Clerici mulctam legitimè impoſitam, quod magnum negotium fecit nos divertere à propoſito quod cœpimus in *num. 81.* & ſciſſum reliquimus ex tertia illatione, & *num. 86.* quapropter veniam petiimus ex verbis illis: *Indulgeas deprecor*, nè aſſultus nobis objiciatur; ad illud redeundo, pergemus in diſcurſu illationum deductarum ex practico exemplari, & judicio *in num. 80.* relato, nàm revertere undè veneris, quid grave eſt? Senec. *de Tranquil. animi, juncto §. Feræ igitur beſtiæ 12.* in verbis illis: *Cùm vèl oculos tuos effugerit, vèl ità ſit in conſpectu tuo, ut difficilis ſit ejus perſequutio*, argumento à contrario ſumpto, cùm nèc oculos noſtros effugerit illud propoſitum, nèc difficilis proſequutio ſit, & melius *in §. Pavonum quoquè 15. Inſtit. lib. 2. tit. 1. de Rer. diviſ. ex final.* verbis: *Revertendi autem animum, &c.*

Quartum, quod ex exemplari in *dict. num. 80.* producto deducitur eſt, quòd ſi proptèr mulctam à Laico Judice Clerico impoſitam, & exactam ipſe fuerit coram Eccleſiaſtico Judice demandatus, & adversùs illum querela inſtituta, & propoſita; ſtatim debet juriſdictionem Eccleſiaſtici declinare, nullitatem proteſtare, appellare, & regium violentiæ auxilium implorare juxtà ſtyllum, formam, & modum a quibuſdam DD. ſcriptum, ex quibus ſunt Bobad. *lib. 2. Polit. cap. 19. à num. 31. ad 46. & num. 48. cum ſeq.* Villad. *cap. 5. Inſtruct. §. 20. à num. 1. ad 22. & cap. 3. numer. 247. & ſeq.* Herrer. *Prax. Crim. lib.1. cap. 15. §. 2. num. 25.* 179

verſ. *En cauſas de competencia*, & §. 3. *per tot.* ſignantèr *à num.* 3. *ad* 12. & præcipuè *in num.* 6. & §. 4. *per tot.* ſpeciatim *à princ.* uſquè *ad num.* 5. & *cap.* 11. §. *unic. numer.* 7. de quo quædam remiſsivè trademus *infr. Bull.* 1. *not.* 2. *ad* §. 1. *circ. fin.*

180 Quintum, quòd Laici ſe ſubmittere non debent Judici Eccleſiaſtico, nèc coràm illo comparere ad declarationem faciendam, niſi brachii Sæcularis auxilio invocato ex juribus *ſup.* allegatis, ſcilicèt *l.* 1. 2. & 3. *tit.* 8. *lib.* 1. *l.* 17. *tit.* 5. *lib.* 3. *l.* 10. & 11. *tit.* 1. *l.* 19. 23. & 27. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop.* immò nullatenùs poſſunt, nèc Regiam juriſdictionem declinare, multò què minus petere remiſsionem fieri ad Judicem Eccleſiaſticum expreſsè prohibitum in *leg.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* & expreſsiùs in remiſsionibus *t.* 8. *lib.* 1. *num.* 5. *pag.* 68. *Recop.* atquè defendunt Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 60. Villad. *cap.* 5. §. 20. *num.* 43. Carlev. *de Judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 1121. aliàs puniri merentur ex præcitatis *jur.* de quo dicemus *infr. Membr.* 2. *q.* 2. *num.* 44.

181 Sextum deduces, quòd ſi per renitentiam Laicorum ex injuſtitia, aut fortè nullitate præcepti provenientem, indebitè excommunicentur; Judex Laicus tenetur Regiæ juriſdictionis nomine illorum defenſionem aſſumere omni ſtudio, & diligentia qua majori poſsit, minimè permittendo illius uſurpationem ex juribus proximè productis *in numer. anteced.* & *ex leg.* 14. & 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* quia Judex Ordinarius ſuos ſubditos defendere tenetur, *l. Illicita*, §. *Ne potentior*, & ibi Bald. *ff. de Offic. Præſid.* D. Salg. *de R. P. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 114. atquè vigilantiſſimè curare, accuratè què invigilare ſupèr obſervatione prædictarum Regiarum legum, & capitis 3. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Reform.* atquè *Articuli* 10. *Concord.* intèr *Urbem Roman.* & *Hiſpan.* & etiam Bullæ *Clement.* Pap. XII. incipientis: *Venerabiles Fratres*, §. 17. cum *not.* quæ omnia recitantur *ſupr. numer.* 51. & partim in *num.* 66. & ſi opus fuerit, Eccleſiaſticum Judicem exortare debet, proùt poteſt abſquè metu excommunicationis, Fermoſin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *de Conſtit. quæſt.* 23. *numer.* 25. Balb. *ad tit. de Judic. cap.* 2. *num.* 130. quemadmodùm nos fecimus, ut relatio fit in *num.* 80. paulò poſt *princ.*

Hæc autem Regiæ juriſdictionis defenſio expenſis pœnarum fieri debet, *l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recop.* cum qua conſonat *Aut.* 18. *tit.* 11. *lib.* 8. Avil. *in cap. Prætor* 3. in Gloſſ. verb. *Juriſdiccion*, *num.* 36. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 12. *num.* 26. *pag.* 177. Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 6. *num.* 20. & *cap.* 7. *num.* 9. quin horum conſideratio, & limitatio Regiam licentiam requirentium ad expendendas Cameræ pœnas minimè obſtet, nàm hanc limitationem inferunt ex *dict. l.* 8. quæ dumtaxàt loquitur de Regii Fiſci Patrono, quamobrem illi ſolùm permiſſum eſſe volunt, àc per conſequens cæteris prohibitum; ſed non obſtat, nàm ratio legis uniformitèr, & adæquatè convenit cuicumque publico Officiali Ordinariam juriſdictionem exercenti, ut apertè patefit ex ejus lectura, & inſpectione. 182

Nèc exempla reſtringunt regulam ad caſus expreſſos in Lege, vel Canone, ſi reſponſio Legiſlatoris, & diſpoſitio Legis, vel Canonis ſit generalis comprehendens omnes ſimiles caſus in quibus locum habet generalis, & adæquata ratio in textu expreſſa, *C. fin. de Immunit. Eccleſ.* in 6. & probatur argumento eorum 183

quæ

quæ tradit Villad. *cap.* 5. §. 30. *numer.* 83. *pag.* 235. cujus hæc ſunt verba: *I tambien ſin licencia Real ſe pueden ſeguir à coſta de proprios los Pleytos de paſtos, terminos, juriſdiccion, y preheminencias de Ciudad: y à falta de proprios, ſe puede echar ſiſa, y repartimiento para ello, porque es accion popular*; ità eſt quòd bona Civitatis expendi non poſſunt niſi in defectum pœnarum: ergo ſi illa expendi valent abſquè Regia licentia in juriſdictionis contentione, potiori Jure hoc ipſum licebit in Cameræ pœnis. Minor conſtat *ex n.* 191. uſquè ad 194. conſequentia neceſſario infertur.

184 Non itèm obſtat intellectus prædictorum AA. ad *dict. lib.* 8. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recop.* quia in interpretatione legum, non tàm verba ſpectanda ſunt, quàm mens, & intentio Legiſlatoris, quæ eſt velut anima legis à qua hæc omnem vim obligandi habet *l.* 17. *ff. de Legg. lib.* 5. *C. eod.* intentio enim non debet verbis deſervire, ſed verba intentioni, *Reg. Vult. in* 6. *cap.* 15. *de V. S.* Can. *Humanæ* 11. §. *Certè* 22. *quæſt.* 5. *cap.* 1. *de Sponſal. l. Ad exhibendum* 19. *ff. Ad exhib.* nequè verba captari, ſed qua mente quid diceretur animadvertere convenire, *l. Scire leges, ff. de Legg.* Cicer. *lib.* 2. *de Finib. numer.* 51. re què intellecta, in verbo-

185 rum uſu faciles eſſe debemus, † quia verba non debent intelligi ſecundùm quòd ſonant, *C. Intelligentia* 6. *de V. S. cap. Secundò* 14. *de Appellat.* nàm lex non eſt impoſita verbis, ſed rebus, *lib.* 2. *in fin. C. Communia, de Legat.* Surd. *deciſſ.* 43. *num.* 9. D. Crep. *p.* 1. *obſerv.* 1. §. 2. *num.* 39. *& duob. ſeqq.* cum *num.* 121. ideò ceſſante ratione legis, ceſſat lex, *C. Cum ceſſante, de Appellat. C. Etſi Chriſtus, de Jur. jur. l. Quod dictum, ff. de Pact. l. fin. ff. ad Silan. l. Si maritus, §. Scripſit, ff. ad Leg. Jul. de Adult.* Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 12 *num.* 28. & ceſſante cauſa finali, ceſſat etiam diſpoſitio, Guid. Papæ *in Deciſſ. quæſt.* 632. *num.* 3. & ceſſat effectus, *cap.* 60. *de Appellat.*

Eadem ergo militat ratio in quocumque Officiali publico, àc in Fiſcali Regio quoniam eadem utrique ineſt obligatio, quin nullus auſus eſſe valeat diffiteri: ità intereſt Regiam juriſdictionem à quocumque inferiori Miniſtro defendi in ſuo caſu, àc à Superiori, ideoquè non debent diverſo jure cenſeri ex trito juris brocardico, *l. Eum qui ædes* 23. *ff. de Uſurp. & Uſucap.* ubi eſt eadem ratio, eadem debet eſſe Juris diſpoſitio, *l. fin. C. Ad leg. Falcid.* Abb. in *C. Quod ſedem* 10. *num.* 6. *in fin. de Offic. Ordin. C. Dilecta*, juncta *Gloſſ.* verbi *Similitudine, de Confirm. util.* nàm identitas rationis facit quòd caſus non expreſſus ſit comprehenſus in caſu deciſſo, §. *Præterea* 4. *Inſtit. tit.* 7. *lib.* 4. & quòd caſus omiſſus, habeatur prò expreſſo, Mantic. *lib.* 6. *de Conject. tit.* 14. *num.* 11. & ſpecies expreſſa cenſeri debet loco exempli Curtell. *lib.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 10. 186

† ſimilis enim æquitatis ratio, ſimilia jura ſuadere videtur, *l.* 12. *ff. de Legg.* nam ſicut à diverſis non fit illatio, *l.* 17. *ff. de Except. l. Si maritus* 10. *in fin. C. de Donat. inter vir. & uxor. l. Age cum Geminiano, C. de Tranſact.* † ità è contrà, de ſimilibus, ſimile debet eſſe judicium, *l. Non poſſunt, ff. de Legg. gloſſ. fin. in cap.* 4. *de Reſcript. cap.* 2. §. *Sicut ergo, de Translat. Epiſc.* ergo cùm in quolibet Miniſtro publico Regiam juriſdictionem exercente inſi obligatio ex ſuo ipſius titulo, aut Regia ſchedula, illam defendendi, ut vidimus *ſup. num.* 179. *& ſeq.* & dicemus, *infr. num.* 215. *& quæſt.* 3. *b. Memb. num.* 60. *& Memb.* 2. *quæſt.* 9. *numer.* 21. procùl à dubio eſt ipſum valere immò teneri potiùs expendere pœnas Camerales abſquè licentia 187 188

Re-

Regia òb juſtam juriſdictionis defenſionem, ſicut æquè poteſt Regius Fiſci Patronus, quàm illam indefenſam relinquere dùm licentiam petit, & expectat, aliàs juſtè ſindicaretur, & puniri mereretur.

189 Cùm autèm Cameræ pœnas expendere neceſſum ſit, debet in liberationis decreto interponi proteſtatio redintegrandi eas ex aliis, quæ vulgò dicuntur = *Gaſtos de Juſticia* = & itèm redintegrandi utraſque ex bonis ejus, aut eorum, qui culpati reſultaverint; ſi enim Regia licentia expectanda eſſet, defenſio periret òb inexcuſabilem dilationem †
190 & neceſsitas excuſat, quia facit licitum quòd aliàs eſt illicitum, Can. 13. 1. *quæſt*. 7. *cap*. 1. *de Feriis*, *cap*. 3. *de Celebrat. Miſſar.* nàm verbum, *Neceſsitas*, à Ceſſo deductum eſt, quia non ſit in eo ceſſandum, & vi ipſa cogit ad faciendum aliquid, ut inquit Pratejus in *Lexic. Jurid. dict.* verb. *lit. N.* ideò neceſsitas non habet ferias, id eſt, non permittit dilationem ab obtinendam Regiam licentiam, ut ſunt exempla in *l. Solet etiam*, *ff. de Feriis*, *l.* 176. §. 1. *ff. de Reg. jur.* ideo etiàm vulgò dicitùr, quòd neceſsitas non habet legem, *c*. 4. *de Conſuet.* & ita ſervavimus multis in caſibus, & fuit benè viſum, tàm in Regia Chancelaria Granatenſi, quàm in Valliſoletana, & in Supremo Conſilio.

191 Proptèr eandem rationem in defectum pœnarum defendi poteſt Regia juriſdictio ex propriis bonis Civitatis, aut Opidi inſerta tamèn in liberatione, & in Decreto ad eam expediendam proteſtatione redintegrandi eo modo quo diximus in *numer*. 189. & hæc facultas virtualitèr procedit ex *dict. lib.* 22. & 25. *t*. 6. *lib*. 3. *Recopil.* cum *l*. 3. *t*. 7. *lib*. 7. & in ea ſe fundat *Doct*. Bobad. *lib*. 5. *cap*. 4. *num*. 61. & allegat Aufrer. in *Addit. ad Capell. Tholoſan. deciſſ.* 70. etiam tenet Avil. in *C. Prætor*. 3. *Gloſſ.* verb. *Juriſdiccion*, *num*. 30. 31. & 35. Villad. *cap*. 5. §. 30. *n*. 83.

Cæterùm pœnis, & propriis populi bonis deficientibus Collecta imponi poteſt intèr vicinos etiàm exemptos, proptèr communem utilitatem Bobad. ubi proximè, *n*. 63. Avil. etiam ubi proximè, *num*. 36. & in verſ. *Et facit argumentum*, *col*. 1. *in princip. pag*. 106. & *cap*. 30. *Gloſſ.* verb. *Juſta*, *n*. 1. Villad. ubi proximè, & *cap*. 5. §. 12. *à n*. 26. *ad* 28. & ratio hujuſmodi facultatis eſt, quia cauſa juriſdictionis eſt popularis, & ad omnes tangit, ut tenent DD. allegati, & Bald. in *l. Si quis id quod*, *in* 1. *lectur.* verſ. *Extrà ſcias de Juriſd. omn. Jud.* Avil. in *C. Prætor*. 20. *Gloſſ.* verb. *Juriſdiccion*, & *Gloſſ.* in verb. *ſeq. Remediado*, & ità fecimus, ſemperquè fuit benè viſum, nàm quamquàm à Civitate Alpharenſi ſindicati fuimus hac intèr alias de cauſa in Supremo Conſilio, tamèn DD. *Petrus Colon de Larrategui* integerrimus hodiè Senator, àc tùnc meritiſsimus, & ſummè doctus D. Fiſci Patronus, quàm efficacius defenſionem noſtram ſuſcepit iteratis vicibus, & quærimoniæ contemptæ fuere, atquè cuncta à nobis acta approbationem meruere. 192

Inſupèr, quòd Regiæ juriſdictionis defenſio expenſis pœnarum fieri debeat etiàm Cameralium, & in earum defectum ex bonis Civitatis, aut Opidi, ut diximus in *num*. 182. 183. & 191. probatur ex quadam facti contingentia nobis oblata in dicta Civitate Alpharenſi, in quadam criminali cauſa ex officio fulminata contrà quendam ejuſdem Civitatis vicinum, quem definitivè condemnavimus ad quoddam Africæ Præſidium pèr ſpatium quatuor annorum, non ſoluta intrà quindecim dies certa pecuniæ ſumma, quinquaginta nempè ducatorum, quam ad pœnarum effectus juris forma ſervata deſtinaveramus, itaquè alternativè pronun- 193

nuntiavimus ſententiam die 3. *Novembris*, anni 1745. magis pietate ducti, quàm juris rigore. Cùm autèm Reus adimplere noluiſſet primam dictæ ſententiæ partem, termino tranſacto, conſuluimus ad illius executionem Regiam Cancellariam Valliſoletanam, ut opus eſt quoties corporalis pœna infligenda venerit, *l.* 10. *cap.* 1. *t.* 1. *lib.* 1. *Recop.* Aut. 5. *in fin. t.* 6. Aut. 16. *cap.* 4. *gloſſ.* a. 4. *pag.* 314. *t.* 18. *lib.* 6. Aut. 49. *t.* 21. *lib.* 5. Aut. 1. *col. pen.* circ. *fin. t.* 8. Aut. 7. *cap.* 14. *&* 27. Aut. 9. *t.* 11. *lib.* 8. Herrer. *lib.* 2. *Prax. Crim. cap.* 5. §. 1. *num.* 25. & viſis in Senatu Actis, duplicatum fuit damnationis tempus ad annos octo cum expenſis pèr ſententiam prolatam die 21. *Aprilis*, anno 1746. & cùm poſteà petiviſſemus prædictarum expenſarum taxationem ibi fieri, & ita fuiſſet decretum, atquè factum, viſa taxatione in Regio Prætorio protulit Regium Decretum die 29. *Auguſti* ejuſdem anni, quæ ſic eſt: ☞ *Apruebaſe la taſſacion, como aſsimiſmo las partidas remitidas por el Taſſador general*, (hic enim remiſsit ad Prætorii judicium expenſas quaſdam de pœnis etiam Cameralibus abſquè Regia licentia factas) *à excepcion de los quatro reales à cada uno de los Guardas, que ſe puſieron en la Igleſia, que ſolo ſe entiendan à tres, lo que ſe pague de los bienes del reo, teniendolos, y no los teniendo, de gaſtos de Juſticia, y penas de Camara, y no las haviendo, de Proprios de la Ciudad, &c.* & expedita fuit Regia Proviſio die 2. *Septembris* ejuſdem anni, ſignata, & authorata à *Don Blaſio Garcia*, & executa fuit; longum enim iter eſt pèr præcepta, breve, & efficax pèr exempla, ut ajebat Senec. *Epiſt.* 5.

194 Infero nunc: Si hoc proceſsit ex Superiorum ſaniori judicio in punitione delicti privati, quale erat à prædicto vicino commiſſum; quanto potiori jure procedere debet in defenſione Regiæ juriſdictionis cujus cauſa, præ cæteris omnibus, privilegiata eſt. Non igitur mireris ut non conſentiamus ſententiæ Avilleſii, Villad. & Bobad. in locis allegatis *num.* 182. qui appetunt Regiam licentiam expoſcendam fore ad expendendas Camerales pœnas, † quibus non aſſen- 195
timus, magna eorum authoritate non obſtanti, quæ conſtringere non debet intellectum ad non quærendum, & examinandum, quod probabilius ſit, & magis rationi conſentaneum juxtà D. Auguſtin. *lib.* 1. *de Baptiſm. cap.* 3. *Nec te deterreat authoritas cujuſcumque Doctoris, etiam ſublimis, ut contrà illam, veritatem non indaguemus.* Med. à Lel. *Goviern. Mor. diſc.* 2. *pag.* 16. *in fin. Errar por el parecer de los otros, dichoſa ignorancia. Dexa vencidos, no culpados.* Et melius diximus in *Præfat. num.* 3. *ad med.* & faciunt dicta *ibid. num.* 41. & ſub *num.* 52. *circ. fin. & num.* 57. cum *num.* 71.
† nàm frequentèr contingit homines 196
variè cenſere, & diverſimodè judicare, *l. Lex item* 17. §. *Principalitèr* 9. *de Recept. qui arbitr. recept. propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem*, *l.* 4. *ff. Ad Senatusconſult. Trebel. Cùm variæ ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium: : quorumdam gratificari volentium, ut infr.* dicemus *quæſt.* 5. *num.* 2. † Voluntas autem 197
noſtra à magis vero rapitur in ſequendo Ciceronem *lib.* 2. *Tuſchul. Quæſt. Nos ſequimur probabilia, nèc ultrà id quod veriſimile eſt progredi poſſumus*; & hoc profitemur † quo- 198
niam inveriſimilitudo imaginem habet falſitatis, Bald. *in l.* 1. *col.* 3. *C. de Serv. fugit.* Gramat. *deciſſ.* 28. *in princ.* Soccin. *conſ.* 149. *num.* 8. *lib.* 2. Gravet. *conſ.* 61. *num.* 9. Poſt. *deciſſ.* 370. & ideò inveroſimilia diſſonant; àt omnia vera conſonant Ariſt. 4. *Ethic.*

199 Hinc, & hac occaſione, tametſi aliquantulum à propoſito noſtro divertere videamur, opportunè dubitandum venit, àn Judex valeat pèr ſe ſolus expedire liberationes pœnarum, aut etiam bonòrum Civitatis, àn cum Decurionum concurſu, nàm ut jam diximus partilitèr *in n.* 192. objectum nobis fuit in Supremo Conſilio (fruſtratoriè tamen) nos ipſos, abſquè Decurionum interventu, liberationes emiſiſſe, ad proſecutionem litium ſupèr juriſdictionis defenſione pendentium, contrà Depoſitarium
200 utrorumque effectuum, † & reſolutivè dicimus, quòd Rectores Civitatis, nèc pèr ſe, nèc accummulativè cum Correctore, ſed iſte pèr ſe ſolus, àc privativè diſtribuere, & expendere poteſt in caſibus à jure permiſsis (quorum unus præſens eſt, ut vidimus à *num.* 182. cum *ſeqq.*) pœnas quaſcumque, maximè hodiè tranſactione facta cum parte Fiſci Regii, atquè ipſius nomine cum D. Superintendenti; & hoc jus procedit multis ex cauſis. Primò, quia ſic inconcusè ſervatur, & ſervarunt Regentes juriſdictionis, ſindicationis lite pendente pèr abſentiam noſtram, eò non obſtanti, quòd eorundem unus, Sindicator erat, ut præconio declarant liberationes ab eo expeditæ, quod palàm probat, aut ſindicationem, in hac parte, & capitulo, calumnioſam fuiſſe, aut temerariè eundem deli-
201 quiſſe in eo ipſo quod accuſavit, † itaquè reſponderi quàm opportunum erat: *De ore tuo te judico.* Luc. 19. *v.* 22. *Os enim tuum locutum eſt adverſum te.* 2. Reg. 1. *verſ.* 19. *Condemnavit te os tuum, & non ego: & labia tua reſpondebunt tibi*: Job. 15. *verſ.* 6. *& ex verbis tuis condemnaberis.* Matth. 12. *verſ.* 37. † 15. *v.* 11. *in fin.* & ad Rom. 2. *verſ.* 1. *In quo enim judicas alterum, te ipſum condemnas: eadem enim agis quæ judicas*, cum *duob. ſeqq.* & ad Rom. 14. *verſ.* 22. *Beatus qui non judicat ſemetipſum in eo, quod probat.* Hanc in mentibus infixam vellem ſententiam, tàm accuſantium, quàm judicantium, ſicut, & illa D. Pauli, 1. *ad Corinth.* 9. *verſ. ult. Nè fortè cùm aliis prædicaverim, ipſe reprobus eficiar*, & utinàm Decuriones in omnibus, quæ ad Judices officium privativè pertinent alloquerentur ſicut Eſdræ Jeconias, *lib.* 3. 8. *verſ.* 96. *Ad te enim ſpectat negotium, & nos tecum ſumus; viriliter fac*, aliàs metuenda eſt illa D. Hieron. ſententia ad Nepotianum in *Epiſt. pag.* mihi 29. *Scito quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tua conſcientià judicaris, & in his ipſe deprehenderis, quæ in aliis arguebas*, & pag. 21. ibid. *Non confundant opera tua ſermonem tuum.* Reor autem ſileri nòn eſſe dignum ſententiam aliam in Epiſt. ad Pammach. *pag.* mihi 223. *Ac nè forſitàn accuſator mens facilitate, qua cuncta loquitur, & impunitate, qua ſibi licere omnia putat, me quoque apud vos argueret*, & pag. 225. *Cùm multò pejus crimen accuſando in te confitearis, quàm me arguis.* Secundò probatur noſtra concluſio, ex *l.* 35. poſt *gloſſ.* f. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop. Por ſu mandado gaſte aquella parte*, & tenet Bobad. *lib.* 5. *cap.* 6. *per tot.* ſignantèr *num.* 25. *& ſeqq. & cap.* 7. *per tot.* præſertim *num.* 22.

Tertiò, quia ità ſuadet naturalis 202 ratio, eò quòd ipſe ſolus Judex teneatur reddere pœnarum rationem ex *dict. l.* 35. proximè allegata: *Y aſsimiſmo dè la dicha cuenta al que fuere à tomar la reſidencia*, & docet Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *n.* 21. † propterea ipſe quoquè ſolus ean- 203 dem rationem aſſumere debet à Depoſitario à ſe electo (& eligendo) *dict. l.* 35. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop. gloſſ.* g. *Y en fin del año, que tome la quenta.* Idem Villad. in *citat. cap.* 5. §. 12. *num.* 29. nàm ſi Decuriones accummulativè cum Correctore liberare deberent, neceſſum foret, quòd & ip-

ipſi ſimul rationem à Depoſitario exigerent, & quòd illam pariter ipſi redderent in ſindicationis judicio, proùt evenit in bonis, proventibus, & obventionibus Civitatis, quod lex non dicit, immò contrarium, cùm quantùm ad pœnas, loquatur in ſigulari de Judice, & ſingulare
204 contrarium ſit plurali, † quia ſingularis de unica tantùm perſona intelligitur, ex Ulp. *in l. 9. §. Animadvertendum, ff. Quod met. cau.* cum *l. 38. ff. de Aur. & Arg. leg.* pluralis autem locutio duorum numero contenta eſt, juxtà eund. Ulp. *in leg. Ubi numerus, de Teſtib.* & de tribus dici etiam poteſt, ut docet Gloſſ. *in §. Et quod ſæpè*, in Auth. *de Trient. & ſemiſ.* de qua Bart. *in l. Servo, de Dot. leg.* Caniſ. *in Jus Canon. reg.* 40. *lib. 6. Decret. pag.* 570. *& ſeq.*

205 Quartò, quia ſi aliter foret, hoc eſt, ſi Decuriones accummulativè cum Correctore expenderent pœnas, & ad rationem reddendam non tenerentur, proùt non tenentur ex quò lex Regia de ſolo Judice loquitur, ut vidimus in *num.* 202. reſultaret abſurdum, quòd nempè teneretur Corrector ſolus de facto ſimultaneo, & hoc reſpectu, de facto alieno partiliter, reſiſtente *l. Factum* 155. *ff. de Reg. Jur.* & ex Rectorum facto, (qui, velit, nolit Corrector deſpòtes eſſe ſolent, ut aſſeruit quidam D. Fiſci Patronus in ſuo reſponſo fiſcali viſis certæ ſindationis Actis de Conſilii Supremi mandato) deterior poſſet fieri Correctoris conditio contrà regulam juris *Non debet* 74. *ff. de Reg. jur.* expreſsiùs adhùc proviſum eſt *in Aut.* 1. *cap.* 4. *t. 6. lib.* 3. & ſuadetur *ex Aut.* 18. *t.* 11. *lib.* 8. *Recop.*

206 Quintò, probatur ab inconvenienti, nàm ſi Rectores concurrere deberent ad liberationes pœnarum emittendas ſimùl cum Correctore, impedire poſſent ſempèr quòd illis viſum eſſet quorundam Reorum perſecutionem, & cauſarum proſecutionem contrà illos (quod vicisſim ſinè magnis expenſis fieri nequit, ut contigit in cauſa relata in *num.* 193. & in expreſſa in *Membr.* 2. *quæſt.* 5. *numer.* 8. & in cauſa memorata in *Bulla Alias nos*, 1. *not. ad* §. 10. *verſ. ult.*) cum gravi præjudicio, & fraude vindictæ publicæ, & communis boni, præſertim ſi contrà ipſos aut ex ipſis quemquam proceſſus inſtitueretur, nam liberationes facere non tantummodò nolent, ſed fortaſsis auderent reſiſtere, aut impedire quominus fierent à ſolo Judice, aut quominus à Depoſitario ſolverentur, ſic què ſuo libitu impedire, aut retardare poſſent juſtam juriſdictionis defenſionem non modò non concurrendo ad liberandum effectus neceſſarios, verùm formitèr reſiſtendo jure ſuo utendo; & è converso ad libitum ipſi pœnis uterentur, & etiam, quod magis eſt, bona Civitatis diſsiparent, & contrà ipſum Correctorem quoquo levi prætextu expenderent; † 207
quapropter nullatenùs permittere debet liberationes à Concilio emitti, neque Comiſſariis à Capitulo deputatis àd qualemcumque finem, adhùc contrà propria Civitatis, aut Opidi bona, niſi cum ejuſdem interventu, ſuique authoritate interpoſita, ut præcipit *l.* 22. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop. No paſſando en quenta, ſalvo de lo que ſe moſtràre libramiento de la Juſticia, y Regidores, con carta de pago*, præterquàm in expenſis puſillis, & minimis, vulgò dictis: *Gaſtos menudos en pequeña cantidad*, ex *dict. l.* 22. *y lo que ſe gaſtàre por menudo, informenſe, &c.* quas communitèr intelligitur extendi non deberi ultrà ſummam ducentorum & quatuor marapetinorum monetæ Caſtellæ, & ità juſſum fuit Civitati Alpharenſi in ſindicationis judicio anno 1744. & ſemper practicari vidimus.

Sex-

208 Sextò, & poſtremò, ſi hac, vèl alia de cauſa Rectores Civitatis, aut Opidi deliquerint, ut prædictum eſt in *anteced. num.* aut foitè Correctoris juriſdictionem denegaverint ea allegata cauſa quòd ad ipſos ſpectet jus liberationes accummulativè faciendi, aut aliàs, (ut inſtrumentaliter nobis conſtitit contigiſſe cum immediato prædeceſſore noſtro, multatos què Decuriones propterea fuiſſe, àc carceratos cum Superiori approbatione) abs dubio eſt, quòd capi poſſunt, & in carcerem detrudi, cujuſcumque Civitatis ſint, quantunvis magna poleant dignitate, & ipſi neminem capere poſſunt, ut defendit Seſsè *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 29. *n.* 40. *&* 41. cum *num.* 3. Herrer. *lib.* 1. *Prax. Crim. cap.* 15. §. 2. *num.* 30. verſ. *Si la mayor parte*, multa què jura allegavimus in *Manif. Legali*, *part.* 3. §. 2. per *tot. pag.* 82. *& ſeq.*

Paſsim autèm dicere non omittemus, quòd contrarium quoàd ſecun- 209 dam partem ſenciſſe videtur *Doct.* Bobad. *lib.3.Polit.cap.*87. *num.*130. & Villad. *cap.* 3. *num.* 279. *pag.* 84. poſſe nempè Rectores Reum in fragranti capere cùm nullus adeſt juſtitiæ Miniſter, quibus aſſentimus, juſtiſsimè què corripiendos eſſe arbitramur ſi alitèr facerent, & teneri, cùm publicæ interſit utilitati Reorum captura, ut in eorum perſonis fiat executio juſtitiæ, nè alias delicta remaneant impunita, quod veriſimilitèr evenire ſi daretur locus ut Reus aufugeret, & perſonam ſubtraheret:

210 † & in tantùm vera eſt hæc ſententia, quòd Clericum in fragranti repertum, tamètſi adeò privilegiatus eſt, ut nullus ignorat, arreſtare poteſt quicumque privatus, Mart. *de Juriſd. p.* 4. *caſ.* 42. *num.* 12. *&* 18. immò capere, ligare, & detinere, ut illum à flagitio divertat Sylveſt. in *Summ.* verb. *Excommunicatio 6. num.* 5. verſ. *Secundò*, & potiori jure valet publicus Officialis ratione boni publici, ut arguit Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 11. *num.* 42. & Guid. Papæ in *Deciſſ. quæſt.* 73. *num.* 1. argumento *l.* 2. *C. de Exhib. & tranſmit. reis*, & hanc facultatem tribuit abſente Prælato *Innocentius IV.* titulo Defenſionis Reipublicæ, juxtà *eund.* Curtell. *dict. quæſt.* 11. *num.* 41. *&* 43. maximè ſi familia poteſtatis inveniat ipſum de nocte, quia contrà eum eſt præſumptio nè velit facere aliquod malum, *C. Conſulit de Offic. delegat.* Sylveſt. ubi proximè, quod ipſe benè intelligit, niſi cum lumine incedat honeſtè, & faciunt quæ dicemus in *Memb.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 58. *& h. quæſt.* 1. *num.* 219. ſecùs autem cùm illicitè de nocte incedit, quo caſu poteſt illum capere, Avil. in *C. Prætor.* 47. *Gloſ.* verb. *O Clerigo*, *num.* 4. & quandò ad alterius injuriam præparatus eſt, & compeſci nequit, nèc adeſt Prælatus, ex eod. *ibid. in fin.* † Nàm ubicumquè 211 Eccleſiaſtica poteſtas deficit, Judex Sæcularis Clericum coercere poteſt; & hic ſecundus eſt caſus ex ſex in quibus Laicus Judex Clericum coercere poteſt, juxtà Bernard. Laurent. *tom.* 11. in tractatibus DD. *p.* 1. *numer.* 8. *&* 9. *pag.* 329. ubi allegat *C. Ex part.* 3. *de Privileg.* juncto *C. Perpendimus*, & *C. Cum non ab homine*, *de Sent. excomm.* Aufrer. *de Poteſt. Sæcul. ſup. Eccleſ. dict. tom.* 11. *regul.* 1. *num.* 27. *pag.* 331. in dorſo, vide Can. *Princeps* 33. *quæſt.* 5. Can. *Filiis* 16. *quæſt.* 7. idem Aufrer. *eod. tom.* 11. *regul.* 3. *num.* 14. *pag.* 337. * Cum ergo ſatis viderimus juriſdictionem defendi poſſe, & deberi ex pœnis etiam Cameralibus, in defectum aliarum, quæ vulgò dicuntur, *gaſtos de Juſticia*, etiàm abſquè licentia Regia, & indefectum utrarumque, ex propriis bonis, & proventibus Civitatis, aut Opidi cum quadam proteſtatione, & quò

ſol

ſolus Judex abſquè Decurionum concurſu liberationes facere poteſt ad defenſionem juriſdictionis Regiæ, virtute Decreti, quod in Actis providere debet cum expreſsione ſummæ, & quantitatis pro qua liberationem expedire opus eſt, & quò ſi Rectores reſtiterint, aut quoquo modo juriſdictionem impedierint, quominus prædictum Decretum, debitum ſortiatur effectum illos carcerare poteſt, tamètſi ipſi neminem poſsint carcerare, niſi cùm nullus adeſt juſtitiæ miniſter, quo quidem caſu non modò poſſunt, immò capere tenentur quem invenerint Reum, quemadmodùm fieri adhùc à privato poteſt, etiàm contrà Clericum eò non obſtanti quòd ſuprà omnes multis debitis privilegiis præditus eſt, tamètſi vergere numquàm poſſunt in Reipublicæ detrimentum; qua de cauſa aliquantulùm diverſi ſumus ex *num.* 182. à deductionibus quas facere promiſsimus, atquè intendimus ex practico exemplari relato in *num.* 80. non òb alium finem, ſic unum, àc alterum, niſi quia plenè inſtructum te volumus in his quæ ſæpiùs eveniunt; æquum eſt, ut ad illud iterùm redeamus.

213 Septimùm deduces ex antedicto exemplari, quòd reſtitutio termini adversùs ommiſſam probationem, & allegationem petenda eſt intrà quindecim dies publicationis, *l.* 3. *t.* 8. *lib.* 4. *Recop. pidiendola dentro de quince dias deſpues de la publicacion*, quod idem valet àc ſi dixiſſet: *ſi la pidieſſe, ò como la pida*, nàm ablativus abſolutus conditionem importat, Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.* 15. *n.* 2. *pag.* 50. & dicto ſpatio tranſacto denegari debet, quia conceſsio ad determinatum tempus, ulteriùs protendi non poteſt, *C. de Cauſis* 4. *C. Conſuluit* 54. *de Offic. & Poteſt. Jud. deleg. l. Age, C. de Tranſact.* Barboſ. *vot.* 106. *num.* 7. Gonzal. *in Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *à num.* 94.

214 Octavùm, quòd Judices Sæculares ſecundùm leges judicare debent, maximè juxtà recopilatas, quæ obligant omnia Tribunalia etiàm Superiora, proùt ſtatutum fuit in *Aut.* 1. *tit.* 1. *lib.* 2. & præcepit D.D. *Philippus V.* fœlicis recordationis in quodam Regio Decreto relato in *Aut.* 2. *tit.* 1. *dict. lib.* 2. etiamſi cum prædictarum legum, & boni communis injuria maxima, & non minori amentia dici à quibuſdam ſoleat, (ut multoties audivimus) quaſdam corruptas eſſe pèr non uſum, & propterea practicari non poſſe, nèc deberi; in quo notabilem fraudationem, & craſsimum errorem vulgus patitur, cum valdè procùl à veritate opinetur, ut apertè probat *l.* 62. *cap.* 10. *t.* 4. *lib.* 2. *Recop.* nàm leges recopilatæ inpræſcriptibiles ſunt pèr non uſum, aut contrarium uſum, *l.* 1. *Taur.* Pragmat. ſita in *Init. Recop. tom.* 1. *fol.* 1. *l.* 3. & 9. *t.* 1. *lib.* 2. *Recop.* & latè diximus in *Manifeſt. Leg. p.* 2. §. 7. *num.* 44. *in fin.* obligant, etenim quanvis promulgatæ non ſint *dict. Pragmat. circ. fin. y aunque no hayan ſido publicadas, ni pregonadas*, maximè cùm hodiè videamus recentèr typis datam fuiſſe Novam Recopilationem: ergo clarum eſt, quod Rex noſter vult leges omnes in ea contentas obligare aliàs juſsiſſet non inſeri eas, quæ ſervandæ non forent eò quòd pèr non uſum aboliri meruerint; aut ſecùs, actum fruſtratorium feciſſet dùm in lucem etiàm proderet leges illas quæ in uſu non ſunt; sèd hoc dicere nefas eſt, cùm contrarium ſit expreſsè ſancitum in *dict.* Pragmatica, quæ omninò ſervanda eſt, quin contrà ejus vim, & obligandi efficaciam ratio in æternum aſsignari valeat.

Nonùm, quòd Judices Laici debent eſſe pervigiles in defenſione Regiæ juriſdictionis, Seſsè *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 8. §. 3. *num.* 204. & inquirere, ſicut, & Advocati experti faciunt, quoſcumque defectus 215

quantumvis minimos proceſſus Eccleſiaſtici ad violentiæ recurſum, D.Salgad. *de R. P. p.3. cap. 9. num.* 1. & prompti ad puniendum, non tantùm graviora delicta, sèd etiam levia, & venialia, D. Creſp. *p.* 2. *obſerv.* 98. *num.* 13. nèc ideò dicuntur crudeles, Ant.Sabel. in *Summ. diverſor. tract. tom.* 2. §. *Judex* 41. *num.* 74. Aul. Gel. *lib.* 20. *Noct. Atticar. in fin. Digote, que para mì la aſpereza en caſtigar lòs maleficios, por la mayor parte es arte para bien vivir*; Deum què timentes, Pſalm. 84. *verſ.* 10. *Verumtamen propè timentes eum ſalutare ipſius.*Pſalm.110. *verſ.*5. *Eſcam dedit timentibus ſe*, cum *verſ.* 9. *in fin.* † 111. *verſ.* 1. *Beatus vir, qui timet Dominum.* † 127.*verſ.*1.*Beati omnes, qui timet Dominum, qui ambulant in viis ejus.* Deuter. 10. *v.*12. *&* 20. † 13. *verſ.* 4. Exod.18. *v.*21. & ſignantèr 2. Paralip. 19. *verſ.* 6. *Præcipiens judicibus*, (à Joſaphat, ſcilicèt, Rege Juda conſtitutis, ſic lòquitur ad eos) *verſ.* 7. *Sit timor Domini vobiſcum*, & *verſ.* 9. *Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto.* Eccli. 25. *verſ.* 14. *&* 15. cum *ſeq.* † 34. *à verſ.*14. *ad* 20. & in noſtro *Jur. Reg. l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *l.* 1. circ. *fin. tit.* 9. *lib.* 3. *Recop.* & pugnare prò juſtitia ſinè timore humano, Eccli. 4. *verſ.* 33. *Pro juſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia.* Deut. 31. *verſ.* 6. Joſ. 1. *verſ. ult. in fin.*1. Par. 22. *verſ.* 13. *in fin.* † *&* 28. *verſ.* 20. 2. Par. 32. *verſ.* 7. Juſtin. Imp. in Auth. *de Mandat. Princip. tit.* 4. *collat.* 3. §. *Patrocinia*, ſivè Novell. 17. *cap.* 13. ex verbis illis: *Sufficit enim per omnia tibi, &c.* P. Torres, *lib.*2. *Philoſoph. Mor. cap.*1. & idem Sabel. in Diſcurſu *de Qualit.*
216 *Jud. perſ. tom.* 1. *num.* 46. † ſcientes, quòd facere debent judicium, & juſtitiam. Jerem. 22. *verſ.* 3. Can. *Maximianus* 2. 23. *quæſt.* 3. Gelaſ. P. in *Epiſt.* Ezechiæ Comiti, junctis quæ dicemus in *Memb.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 40. 64. 67. *in fin.* & melius *num.* 65. ſine jactantia, Can. *Imitare* 10. 6. *quæſt.* 1. Can. *Revertimini* 65. §. *Si quis* 16. *quæſt.*1. Can. *Si Paulus* 32. *quæſt.* 5. Bobad. *lib.*1. *cap.* 3. *num.* 26. cum *ſeqq. & n.* 55. Villad. *cap.* 5. §. 1. *num.* 44. injuriæ alienæ, & injuſtitiæ impatientes, Marq. *de Gubernat. lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 32. *& ſeq.* & ſic boni Judicis premia conſequentur, quæ enumerantur in *l.* 23. *tit.* 22. *part.* 3. & refert Bobad. *lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 8. Scac. *de Sent. & re Judic. cap.* 1. *gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 266. aut aliàs mali Judicis pœnas patientur, quas etiam expreſsit Bobad. ubi proximè.

Nè autèm à judicibus prædicta 217
prætermitti contingat, ſummè neceſſarium videtur maximam curam in illorum electionibus abhiberi, quatenùs Superiores ſolent, àc docet D. Covar. in *Reg. Peccatum*, *p.* 2. §. 7. *num.*3. *&* 4. ſignantèr in verſ. *Igitur jura humana*, ubi alios AA. producit, juncto *num.*7. *&* 8. verſ. *Tertia concluſio*, & verſ. *Quarta concluſio*, àc *num.*2. ubi cum multis rectam exhibet diſciplinam eorum quæ fieri debent, atque illorum quæ caveri oportet; & revera utrinquè proſpiciendum fore credimus collatione facta meriti ad meritum, zeli ad zelum, intelligentiæ ad intelligentiam, diligentiæ ad diligentiam, & experientiæ ad experientiam eorum qui eligendi ſunt.

Cæterum, ſilere non oportet, 218
quòd Nobiliores præferendi ſunt, ſignantèr ad Officia Sæcularia, Deuter. 1. *verſ.* 15. *&* 16. *Tuli què de tribubus veſtris viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios ac decanos.* D.Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 66. Bobad. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. 20. 24. *&* 35. atque argumento, *tex.* in *C. De multa* 28. *de Præbend. & Dignit.*

&

& quæ, quoàd Eccleſiaſtica officia, ſervari in electionibus debeant, docet Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reform.* & cum D. Thom. àc aliis Valer. *de Different. utriuſq. For.* ver. *Electio*, *differ.* 1. *num.* 1. *&* 2. Sanch. *lib.* 2. *Conſil. cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 12.

219 Decimùm, & ultimum deduces ex practico exemplari producto in *num.* 80. quòd ſi Clericus aliàs non poteſt ab inferenda injuria compeſci, pèr Judicem Laicum capi, & ligari poteſt ſinè metu excommunicationis, & ſinè peccato, Seſsè *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 9. §. 2. *num.* 58. cum *duob. ſeqq.* & etiàm, juxtà dicta, ſi Alguacelum injuriaverit, ex eod. *ibib. num.* 60. Joan. Garc. *de Nobilit. gloſſ.* 9. *num.* 32. quia quidam ſunt Clerici adeò inurbani, ut in contemnendo Judices Sæculares gloriam, & honorem conſtituant, Seſsè ubi proximè, contrà Pauli doctrinam ad Rom. 14. *verſ.* 10. *Aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante Tribunal Chriſti.*

220 † Capi quoquè Clericus poterit ſi juſta ſuſpicio ſit pacem publicam ab eo turbari, ut ex D. Salg. & aliis probat D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 3. *num.* 17. cum *ſeqq.* & in *num.* 21. acritèr reprehendit P. Dianam eò quòd contrarium fuit opinatus. Idem tenet Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 11. *num.* 35. *&* 39. *& quæſt.* 18. *à num.* 8. ſignantèr *num.* 10. non enim conſiderant Clerici ſimilia facientes, quòd exemptio jura ſubjectionis omninò non ſubſtulit, ut ex D. Thom. & aliis, 1. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. probat Curtell. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 6. *& quæſt.* 11. *num.* 9. & etiam capi Clericus poteſt ad vitandum inſtans delictum ex eod. *dict. quæſt.* 11. *numer.* 18. 19. *&* 35. ut etiam diximus *num.* 209. cum *duob. ſeqq.* nàm Bulla Gregoriana tantùm prohibuit capturam juriſdictionalem, non paternalem, & ſubſidiariam apud ipſum, *ead. quæſt. num.* 31. *&* 32.

Nèc egrè ferre hoc deberent Eccleſiaſtici Judices, cùm hujuſmodi capturam facere valeat quicumque privatus, ut vidimus *ſup. num.* 210. & non queat aſignari ratio òb quam non idem poſsit Laicus Judex in vim extrajudicialis poteſtatis, nàm regula communi, actus qui fieri poteſt ex duplici poteſtate, ſi ſimplicitèr fiat, cenſetur factus ex ea, ex qua ſubſtineri poteſt D. Molin. *lib.* 2. *de Primog. cap.* 7. *num.* 70. igitur piè credere debent Eccleſiaſtici Judices, ſi tale quid evenerit, quòd Laicus Judex ea procedit poteſtate qua valet, cum extrajudiciali nempè, non verò judicialiter, maximè cùm ad nullum judicialem actum Laicus propendit. 221

† quia quandò actus fieri poteſt cum delicto, & ſinè illo, ſempèr præſumitur, & fit interpretatio in excluſionem delicti, *l. Merito*, *ff. Pro ſocio*, *l. Cum creditor*, *ff. de Furt.* Bart. in *l. Non ſolum*, §. *Sed ut probari*, *n.* 2. *ff. de Nov. oper. nunciat.* Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 2. Ciriac. *controv.* 105. *tom.* 1. *num.* 67. *&* 68. D. Larr. *deciſ.* 56. *num.* 1. & idem dicimus de quàm multis aliis de facto contingentibus, repetitis hùc *ſupr.* dictis in *dict. n.* 210. *&* 211. àc *infr.* in *num.* 224. 222

† Nàm etiam Clericus de fuga ſuſpectus à Laico capi poteſt, Minſing. *Cent.* 2. *obſerv.* 65. pèr *tot.* Bernard. Laurent. *tom.* 11. *tract.* DD. *n.* 21. *pag.* 329. Aufrer. *de Poteſt. Sæc. dict. tom.* 11. *regul.* 3. *n.* 14. *pag.* 337. aut etiam ſi aliter compeſci ab injuria nequit, utiquè poteſt capi abſquè metu excommunicationis ex *eod. ibid.* 223

† Itidem, & quod magis eſt, quilibet privatus ſinè metu excommunicationis capere poteſt Clericum debitorem ſuum fugientem, aut de fuga ſuſpectum, vèl rem ſuam aſportantem, juxtà *eund.* Aufr. ubi proximè *dict. pag.* 337. *num.* 15. Quid igitur mirum, quòd Judex Laicus eodem jure quo privatus valeat in præ- 224

prædictis, & dicendis caſibus Clericum capere, ſicut quando contrà eum delictum committit, juxtà Cortiad. *deciſ.* 336. *num.* 1. quandò provocat, & diffidat *num.* 2. quandò eum injuriat *num.* 3. & rationem aſsignat in *num.* 4. ejuſdem fuit ſententiæ Aufrer. *dict. Tract. de Poteſt. Sæc. eod. tom.* 11. *regul.* 1. *num.* 22. *pag.* 331. ubi ait, quod Laicus Judex punire poteſt Clericum offendentem Officiarios Regios intelligitur tamèn civilitèr, & in bonis profanis, ut ipſe *Doct.* expreſsit in *num.* 21. *ibid.* & ex eo diximus in *num.* 156. & ex Laurent. & aliis, *num.* 86. minimè verò aliàs, ut dictis in locis videre eſt, & *num.* 49. antedictam Cortiadæ, & Auferii opinionem comprobant Garc. *de Nobilit. gloſſ.* 9. à *num.* 30. *&* 36. Villarr. *Goviern. Eccleſiaſt. p.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 28. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *n.* 78. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *n.* 89. Decian. in *Tract. Crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 141. Avil. in *C. Prætor.* 3. *&* 20. *Gloſſ.* verb. *Juriſdiccion, num.* 3. Pereir. *de Man. Reg. p.* 1. *cap.* 7. *à num.* 41. Bayus *lib.* 1. *Prax. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. & tàm prò caſibus antecedentibus, quàm prò *ſeqq.* vide Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 26. pèr *tot.* ſignantèr *à num.* 4. verſ. *At ſi iſti.*

225 † Capere quoque Clericum Laicus poteſt quandò irreverentèr loquitur coràm illo Cortiad. *dict. deciſ.* 336. *num.* 5. quandò ex propoſito debitum honorem non ſervat illi eum non ſalutando, & Caput non detegendo, *num.* 7. quandò Judici Sæculari exequenti reſiſtit, *num.* 11. & ampliat in *num.* 12. quòd nedùm poteſt in his caſibus Clericum capere Judex Laicus, sèd etiam mulctare pœna pecuniaria, ſicut in cæteris proximè relatis; & ferè omnes caſus immediatè expreſſos, ad ſex reducit Laurent. quos ſingulatim refert *tom.* 11. in Tractatibus DD. *à num.* 8. *ad* 21. *pag.* 329. † & tenet, quòd in illis poteſt Judex Sæcularis Clericum capere, & carceri mancipare ſinè metu excommunicationis: ejuſdem fuit ſententiæ Seſsè *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 9. §. 2. *numer.* 63. allegans Sarain ad Roman *Sing.* 419. *num.* 2. *verſ.* 13. & Navarr. in *Manuali, cap.* 27. *num.* 83. quòd nempè capi Clericus poteſt proptèr offenſam in perſonam Judicis Sæcularis, maximè eum non ſalutando, nàm honor præcipuè in ſalutatione conſiſtit, Cortiad. *deciſ.* 236. *num.* 10. dummodò aliàs nequeat Clericus ab injuria compeſci, aut grave ſit in mora periculum. 226

Cæterùm, quia evenire poteſt, quòd in quoquam ex prædictis caſibus, aut in alio huc non comprehenſo, remittendus Clericus ſit ad ſuum Judicem, ſilere non convenit, quòd cùm captura, remiſsio què procedit, poteſt, Alguacelus non ſolùm illum capere, sèd & manibus tenere, & reprimere, & illum ligare, juxtà doctrinam Innocentii in *C. Si verò, de Sent. excom.* allegatam à *Doct.* Seſsè *dict. cap.* 9. §. 2. *n.* 64. & in *n.* 66. tradit, quòd quanquàm remiſsio non ignominiosè fieri debet, ut etiam benè ſentiunt Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 38. *num.* 48. Paz in *Prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 10. in *fin.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 328. poteſt tamèn cum catena remitti cauſa cuſtodiæ, ex *eod.* Seſsè ubi proximè, & Bobad. ad *ibid.* maximè ſi remiſsionem fieri reſiſtat, Seſsè *dict. num.* 66. *&* 67. ubi allegat Julium Clar. *q.* 36. *num. penult.* in *fin.* & alios; & ſummè nota quæ tradit idem Seſsè *ibid. num.* 68. Sèd utinàm hujuſmodi caſus minimè contingeret; nèc ità fieri conſulimus, nàm prò magis certo habemus, quòd malè viſum eſſet; & revera in duobus caſibus maluimus injuriam pati, & ab executione deſiſtere executivæ ſententiæ in cujuſdam Laici domo, aliam eligendo tutiorem 227

viam,

viam, quàm Clericum Fratrem Laici capere, qui cùm in eadem habitaret domo, bona extrahi reſtitit; melius enim eſt, ſequi, dùm poſſumus, id quod perfectius eſt, & abs periculo; porrò ſi remiſsio neceſſaria eſſet, ſatius foret Clericum remittere cum Cuſtodibus, ipſius expenſis, Paz in *Prax. tom. 2. prælud. 2. num.* 11. cum aliis ab eo productis Bobad. *dict.lib.2.cap.*18. *n.*329. aut ipſo inope exiſtente, expenſis ipſius Prælati, ſicut, & alimenta illi præſtita ab ea die qua fuit captus uſquè ad diem effectivæ traditionis,ut iidem tenent DD. cum aliis ab illis productis.

228 Hæc tanquam magis obvia, & ſępiùs contingentia, & emergentia ab exceſsibus quorundam Eccleſiaſticorum Judicum, eò quòd adversùs noſtram concluſionem tot DD. authoritate, atque rationibus roboratam, familiam armatam habere velint, & in Laicorum perſonas, àc bona executionem facere propria authoritate, aut hoc omiſſo medio, Cenſuris abuti, quod nequam antecedens peſſimas multas pertrahit conſequentias ferè omnium quæ retulimus ex practico exemplari producto in *num.* 80. uſquè hùc, cùm notum fecerimus, quòd ea omnia coagmentantur, & ſeſe mutuo colligantur, cum magna coagitatione Laici Judicis, qui compulſus, defenſionem Regiæ juriſdictionis facere cogitur, prò tua utilitate coacervare non dedignavimus, & prò tuenda juſtitiæ veritate, ob bonum publicum, atquè citrà præjudicium poteſtatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſic què proteſtamur, ſalva ſemper S. M. E. C.

QUÆSTIONIS III.

SUMMARIUM.

1 *SUmmatim recenſentur ferè omnia ab operis Initio diſertim diſcuſſa, & methodi exinde ſervati; & in inpræſenti quæſt. ſervandi argumentum ſit*, num. 1.

2 *Qualiter Epiſcopi in inquiſitionis proceſſu ſe gerere debeant?* n. 2.

Inquiſitio quid ſit, & quot diviſiones, & ſubdiviſiones habeat? ibid. remiſ.

3 *Judices ſummè curare debent, nè lædant proximi famam per inquiſitionis procceſſum, aliàs meritò puniendi; & de ſtylo fulminandi illum*, num. 3. remiſ.

4 *Judex pratèr juris ordinem inquirens tenetur ad reſtitutionem damni*, num. 4.

Refutatur ſingularis opinio Prateyi, ibid.

5 *Retortum argumentum fortius eſt; & generalis Inquiſitio aperit viam ſpeciali*, num. 5.

Bonus philoſophandi modus, acuminis diadema eſt, ibid.

Quis ſit modus inveſtigandi authorem cujuſquam delicti? & facti contingentia refertur, ibid.

6 *Judex Laicus inquirere nequit adversùs perſonam Eccleſiaſticam niſi certis caſibus; & quomodo?* n. 6.

Judex Laicus libellare non poteſt contrà Eccleſiaſticum, ibid.

Eccleſiaſticæ perſonæ effugere omninò nequeunt proceſſum nudi facti ſi à Laico inſtituatur, ibid.

7 *Judex Laicus competens eſt in quæſtionibus facti contrà omnes exemptos*, num. 7.

Informatio ſummaria quibus caſibus, & quomodo fieri à Laico contrà perſonam Ecclaſiaſticam poſsit? ibid.

8 *Cautè procedi debet in inquiſitione ſpeciali contrà certam perſonam, & non aliàs quàm diffamatione præcedente*, n.8. 10. 15.36. & 39.

Inquiſitio fieri poteſt, quin diffamatio præceſſerit ex ſententia Prateyi, ibid. num. 8.

Inquiſitio quibuſdam exceptis caſibus juſtè fieri poteſt abſque diffamationis præcedentia, ibid.

Inquiſitionem ſpecialem contrà certam perſonam neceſſariò præcedere debet diffamatio, ibid.

Diffamatio regularitèr non requiritur in inquiſitione facta de mandato Principis, ibid.

9 *Judex diffamare nequit non diffamatum*, num. 9.

Non debent injuriæ indè naſci undè jura oriuntur, ibid.

Tribunal Juſtitiæ non debet eſſe injuriarum theatrum, ibid.

10 *Quæ ſint ſcrutanda à cauto Judice antequam ad ſpecialem inquiſitionem contrà certam perſonam procedat?* num. 10.

Diffamatio cujuſpiam perſonæ, non à malis hominibus, ſed ab honeſtis eſt habenda, ibid.

Mali homines invidia, vel fraude proximum necare conantur falſis delationibus, ibid.

11 *Quæ indicia ad inquiſitionem requirantur?* num. 11.

12 *Quibus caſibus licet inquirere ſine præcedente diffamatione*, ſub n. 8. num. 12. 15. 17. 29. 30. & 35. in fin.

Exceptio firmat regulam in contrarium, ibid. num. 12.

Conceſſum de uno de aliis negatum cenſetur, ibid.

Nulla eſt regula, quæ exceptionem non patiatur, ibid.

Fama, & ſcandalum ex ea reſultans, accuſatoris loco ſubrogatur, & illa concurrente totus videtur populus accuſare, ibid. & num. 14. circ. fin.

13 *Quomodo pèr inquiſitionem in crimine adulterii procedatur?* numer. 13.

Adulterii delatio ex antiquo jure certis quibuſdam perſonis competebat, ibid.

Delatio adulterii hodiè dumtaxàt marito competit, ibid.

14 *Inquiſitio ſpecialis fieri nequit abſquè diffamatione, aut clamoſa inſinuatione, aliàs nulla eſt; & quarè? quibuſque improperiis digni ſint Judices ſecùs facientes?* n. 14.

Judex regulariter nequit ex officio procedere ſine accuſatore, ibid.

15 *Accuſatore deficiente, indiciis, fama, & ſcandalo, peccatum eſt ſecretum, & occultum, ſaltim quoàd forum judiciale, nèc puniri in ipſo poteſt*, num. 15.

Forum judiciale eſt poteſtas publica, & requirit notitiam publicam, ibid.

Eccleſia non judicat de occultis, ibid.

Diffamatio in ſpeciali inquiſitione, ſolemnitas ſubſtantialis eſt, & hujus defectus nullam reddit illam, ibid.

Omiſsio ordinis ſubſtantialis in quacumque minima parte viciat actum, ibid.

Judex Eccleſiaſticus, ex cujuſdam A. ſententia, procedere contrà Clericum in conſcientia non poteſt virtute informationis ex Officio receptæ, niſi ſit infamatus apùd majorem partem viciniæ, ibid.

16 *Firmatur proxima ſententia authoritate, & argumento* Doct. *Navarr.* num. 16.

17 *Referuntur delicta in quibus præcedens diffamatio non requiritur*, num. 17. 29. & 30.

18 *Traduntur jura contrà læſſæ Majeſtatis Divinæ crimen ſtatuta*, num. 18.

19 *Contra læſſæ Majeſtatis Humanæ ſcelus*, num. 19.

20 *Adverſus crimen falſificationis monetæ*, num. 20.

21 *In*

21 *In crimen publici latrocinii*, n. 21.
22 *Contrà blaſphemiæ peccatum*, numer. 22.
23 *Adversùs ſubbornationis crimen prò indigno ad Cathedras, & electiones*, num. 23.
24 *Cum parantur inſidiæ alicui perſonæ eminenti*, num. 24.
Cardinales pars ſunt corporis Summi Pontificis, collaterales, fratres, & coadjutores, ibid.
Crimen læſſæ Majeſtatis committunt ex Bruni ſententia inſultantes, vèl delinquentes contrà Epiſcopos, Clericos, vèl Religioſos, familiares Papæ, & Cardinalium, ibid.
25 *Crimen læſſæ Majeſtatis committunt offendentes Regios Magiſtratus*, num. 25. *& qualitèr hi ſint honorandi?* ibid.
Magiſtratus publici, Dei, & Regis ſunt imago, ibid.
Conſilium Imperatoris, vèl Regis, pars eorum eſt, ibid.
Quilibet Judex Ordinarius eſt Dei miniſter, & honorandus eſt, ibid.
Per Judicis offenſionem læditur ipſius authoritas, & cauſa publica, ibid.
26 *Multa jura condita referuntur adversùs injuriantes quemcumque Officialem publicum*, num. 26.
Æſtimatio injuriæ cuique factæ, & circunſtantiarum quæ ipſam augent, in Judicis arbitrio poſita eſt, ibid.
27 *Delicta alia ſunt publica, alia privata; & quæ aliæ ſint ipſorum differentiæ?* num. 27. remiſ.
Delicta alia merè ſæcularia ſunt, alia Eccleſiaſtica, & mixti fori alia, ibid.
Uſurarum crimen mixti fori eſt, ibid.
28 *Quid ſit juriſdictio, & qualitèr dividatur?* num. 28. remiſ.
Epiſcopus, quæ poſsit, & quæ non poſsit? ibid. remiſ.
29 *Quædam ſunt delicta in quibus inquiſitio licita eſt nulla præcedente infamia; & quarè?* num. 29.
30 *Inquiſitio non dumtaxat generalis, sèd & ſpecialis inſtitui poteſt, non ſolùm in delictis publicis, verùm, & in privatis contra determinatam perſonam etiam modicè ſuſpectam*, num. 30. & 35. in fin.
31 *Quæ ſint delicta publica publicitate juris?* num. 31.
32 *Quæ ſint delicta publica publicitate ſacit?* num. 32.
Factum, & jus pugnant, & opponi ſolent, ibid.
33 *Magis declaratur aſſertum in* num. 31. num. 33.
34 *Magis demonſtratur dictum in* num. 32. num. 34.
Quod cuique intereſt, in facto, vel in jure conſiſtit, ſub num. 34.
35 *Argumentum proponitur contrà concluſionem deductam in* n. 30. num. 35.
Publicatas facti cum delicto judicem impellit ex neceſsitate Officii ad authorem inquirendum; & quarè? ſub num. 35. & num. 40. ad med.
Inquiſitio abſquè præcedente diffamatione fieri à Judice poſset ſi ipſe viderit delictum committi, ſub num. 35.
36 *Inquiſitio fieri nequit de delicto ſecreto, & occulto*, num. 36.
Secretorum Deus Judex eſt, ibid.
Latentia delicta, publicè vindicanda non ſunt, ibid.
Proper delictum occultum nemo ab ordinibus rejici poteſt, ibid.
Homicida, & ſimoniacus etiàm poſt per actam pœnitentiam, ab ordinibus removentur tametſi occulti ſint, ibid.
Delictum non notum majori parti viciniæ, non deſinit eſſe occultum ex quò unus, aut alter ſciat etiam-

etiamſi duobus, vèl tribus teſtibus probari poſsit, nec etiam ſi Judici ſecretò denuncietur, & ejus author, ibid.

37 *Judex inquirens de delicto occulto peccat, & tenetur ad reſtitutionem famæ, & damnorum*, numer. 37. & ſeqq.

38 *Omne prohibitum à lege, peccatum eſt, & cùm quid prohibetur prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo*, num. 38.

Qui damni cauſam dat, damnum dediſſe videtur, ibid.

Qui vult antecedens, vult etiam conſequens, ibid.

39 *Probatur concluſio deducta in* num. 37. num. 39.

Reus tortus nequit abſquè peccato manifeſtare complicem occultum, ſi poſsit dolores tolerare; nèc Judex valet de conſociis interrogare niſi præcedentibus inditiis, n. 39.

Reus tortus, aut abſque tormentis conſocios non indiciatos manifeſtans, quin fuerit interrogatus, aut etiàm percontatus de facto, tamèn, & prætèr juris formam; fidem non facit, ibid.

40 *Probatur concluſio deducta in* numer. 30. num. 40.

Ex publicis actis contrà inquiſitum confectis, fama reſultat, ibid.

Publica dicuntur quæ apùd acta fiunt, ibid.

Indiciatus ex generali inquiſitione, ob teſtium atteſtationes, capi, vèl citari poteſt abſque alia ſpeciali inquiſitione, ibid.

Diffamatio orta ex actis per viam generalis Inquiſitionis confectis òb notoriam, & evulgatam delicti cujuſpam commiſsionem, Judici imputari non poteſt; & quarè? ibid. & num. 35.

Cùm delicti commiſsio evulgata, & nota eſt, probabile eſt quòd author ſciatur, detegatur, & probetur tamètſi ſecretus ſit, ibid. numer. 40.

41 *Non eſt omninò ſecretum quod poteſt in judicio probari*, num. 41.

Quod in judicio probari poteſt, manifeſtum eſt, ibid.

42 *Judice interrogante in genere, teſtes tenentur manifeſtare delinquentem occultum*, num. 42.

Judex Eccleſiaſticus cenſuras ferre poteſt adversùs non revelantes criminis reum, ibid.

43 *Probatur concluſio tradita in* num. 14. & 37. num. 43.

44 *Argumentum proponitur, & ſolvitur*, num. 44.

Lex forenſis cùm quædam permittit, quæ mala ſunt, & à Jure Divino prohibita, aut aliàs, non fovet peccatum, sèd dumtaxàt judicat de operationibus externis, & ex præſumptionibus quoàd forum externum, & non aliàs, & exponuntur varia juris loca, ibid.

Cùm dolus abeſt ceſſat delictum, ibid.

Quidam ſunt caſus in quibus lex forenſis præſumit, homicidium ſine dolo fieri; & quarè? ſub num. 44. 47. in fin. 48. & 49. in fin.

Maximus cordis dolor difficultèr temperari poteſt, ibid. & num. ſeq. circ. fin.

Maritus utrumque adulterum occidere debet in actu venereo, & nulla mora protracta, ut à pœna forenſi omninò excuſetur, non unum ſine alio, ibid.

45 *Maritus occidens propria authoritate adulteros, mortalitèr peccat*, num. 45.

Aggreſſus occidere aggreſſorem juſtè poteſt ſine pœna quoàd forum exterius, ſecùs quoàd interius; & quarè? ibid.

Qui delictum committere meditavit, & conſultò fecit, minimè à peccato excuſatur, ibid.

46 *Lex civilis non approbat homicidium, sèd illud relinquit ſine pœna ex juſta cauſa*, num. 46. *& qui ſint motivi?* num. 48.

Nul-

Nulla lex ad iniqua eſt, ſub num. 46.

Iniqua poſſe, poteſtas non eſt, sèd iniquitas, ibid.

Deus tamètſi ſolus omnipotens, iniqua non poteſt; & quarè? ibid.

47 *Multæ leges humanæ, ètſi iniquæ videantur, juſtæ tamèn ſunt*, n. 47.

Leges præſcriptionibus faventes defenduntur, ibid.

Male fidei debitori, & poſſeſſori præſcribenti favetur non tam favore præſcribentis, quàm odio negligentis, ibid.

Jus Regium reſiſtit legem nutritivam peccati, nèc valeret, nequè diſsimulari poſſet, ibid.

Princeps quamvis legibus ſolutus non habet à Deo poteſtatem niſi ad bonum, ibid.

Voluntas rationi ſubjecta eſt, non è contrà, ibid.

Statutum nutritivum peccati ut cumque venialis non valet, ibid.

48 *Facta quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem ſunt interpretanda*, num. 48.

Lex non præſumit ultionis animum in homicidio ſtatim in ipſo actu offenſionis facto, nèc malam fidem in præſcribente etiam actionem perſonalem, ibid.

Leges, ſivè AA. aliquid contrà conſcientiam præcipientes, aut quoquo modò patrocinantes, ædificarent ad gehennam, ibid.

Animus, & intentio ſcrutari non poſſunt, nèc directò probari, ibid.

Actus internus, qualis eſt intentio, ſub humano præcepto non cadit, ibid.

Lex Divina præcepta interioribus præſcripſit, non lex humana, ibid.

49 *Malitiis hominum non eſt indulgendum, & nemini ſua malitia, aut dolus patrocinari debet*, n. 49.

Malitia ex voluntate oritur, ibid.

Voluntas diſtinguit delictum à non delicto, & peccatum à non peccato, ibid.

Involuntarium malitia caret; ideo in illo regularitèr abeſt peccatum, & ceſſat pœna; ſecùs in voluntario, ibid.

Æbrius, per accidens, & quia uſu rationis caret excuſatur à lege, & conſequentèr à peccato formali, ibid.

50 *Quæ requirantur ad inquiſitionis proceſſum ritè, & rectè fulminandum, & quibus deficientibus inſtitui nequit?* nom. 50.

Proximus non criminoſus, de crimine non ſuſpectus, nèc indiciatus, & in poſſeſsione bonæ famæ exiſtens, infamari non debet per inquiſitionem, ibid.

Judex prè ſe ferre debet proximè dicta ſi contrà Prælatum, aut Præfectum inquiſitio inſtituenda ſit, ibid.

51 *Idem jus obtinet in favorem cujuſcumque publici Officialis*, n. 51.

Publicum Officium præſumptionem bonæ fidei inducit, ibid.

52 *Judex in dubio præſumitur officium ſuum rectè, & temperatè geſsiſſe, & juſtitiam feciſſe*, n. 52.

Idem jus procedit in Tabelione, ibid.

53 *Apertiſsimæ probationes luce meridiana clariores requiruntur, ut èxcludatur lègalis præſumptio in judicum favorem introducta*, numer. 53.

Nemo vexari in judicio debet abſquè indubitatis fundamentis, & certa probatione, ibid.

Proxima regula juridica, & communis maximè procedit ſi is contrà quem accuſatio propoſita eſt, aut contrà quem eſt inquirendum bonæ exiſtimationis, & famæ odorem habeat, ibid.

Quæ conſiderationes torqueant homines de proprio honore, & ejus conſervatione ſolicitos, ſi cùm ſint in-

innocentes incarceratos ſe vident, ibid.

Nullibi delictum præſumitur niſi probetur, ibid.

54 *Accuſatio per ſe ſola ſufficiens non eſt ut accuſatum reum conſtituat*, num. 54.

55 *Lex Regia appetit contrà Judices probationes luce meridiana clariores*, num. 55.

56 *Quilibet proximus bonus præſumitur donèc probetur malus*, n. 56.

Quilibet actus præſumitur verus, licitus, validus, & legitimè factus, ibid.

57 *Suſpicio perſonæ requiritur, ut ſpecialitèr contrà aliquem inquiratur, & præterea querela, vèl denunciatio, aliàs gravia ſequerentur inconvenientia; & quæ iſta ſint?* num. 57.

Judex puniri meretur ſi inquiſitionem facere omiſſerit his concurrentibus quæ illam exigunt, ibid.

Inquiſitio fieri non debet in levibus, sèd in gravioribus, & publicis criminibus, & contrà infamatum, ibid.

58 *Inquiſitio generalis regularitèr eſt prohibita ex* Jur. Reg. num. 58.

Impugnatio quædam fit, & traditur conciliatio, ibid.

Præſidi Provinciæ, & cuicumque Officiali publico permiſſum eſt in ingreſſu officii generalitèr inquirere; & ut quid? ibid.

Tametſi generalis inquiſitio delictorum prohibita regularitèr eſt, non tamèn generalis perſonarum, quotieſcumque de corpore delicti conſtat, ſed non de ipſius authore, ibid.

59 *Si Judices Eccleſiaſtici ex abrrupto, & ad libitum inquirant contrà omnes, quid facere debeant Laici ab illis ad executionem invocati?* num. 59.

60 *Ubicumque juriſdictioni præjudicium paratur poſſunt Judices nemine petente celeritèr providere; & quarè celeritas oporteat?* n. 60.

Cunctarum rerum principia parva ſunt, ibid.

Parvus error in principio multiplicatur in fine, ibid.

Semèl re intellecta, executio non debet retardari, nèc moras pati, ibid.

Judices debent eſſe diligentes, & non remiſsi, ibid. & in fin.

Intelligentia, & diligentia fraternitatem profiteri debent; & quarè? ibid.

Omni negotio tempus eſt, & opportunitas, ibid.

In negotiis magni momenti inſolita ſolicitudo exigitur, & quandoquè oportere ſolet abſque retardatione providere, ibid.

61 *Non conſiderandum in operibus àn properata, àn ſerotina ſint, ſed utrum perfecta*, num. 61.

In maxima difficultate augetur acuminis peſpicacia, ibid.

In majori præſura, major ſolutio, ibid.

In cauſa juriſdictionis quilibet de populo pars legitima eſt; & quarè? ibid.

Inquiſitio fieri poteſt ſuper uſurpatione juriſdictionis, regaliæ, aut præheminentiæ, ibid.

62 *Judex Laicus non tenetur ſtare proceſſui Judicis Eccleſiaſtici niſi in cauſa hæreſis, & auxilium impartire non tenetur ad excutionem ſententiæ cognitione non habita de ipſius viribus*, num. 62.

Judex Laicus adſtrictus non eſt injuſtam ſententiam exequi, ibid.

63 *Judex Eccleſiaſticus executionem facere nequit in perſonis, aut bonis Laicorum, ſine auxilio Judicis Sæcularis*, num. 63.

Judex Laicus poteſt ſuam juriſdictionem defendere pœnali judicio, etiam mulctando Clericos tamètſi ſint alterius territorii, & juriſdictionis, atque armis materialibus reſiſtere, ibid.

QUÆS-

QUÆSTIO III.

QUALITER EPISCOPI IN inquiſitionis proceſſu ſe gerere debeant.

IAM ſatis ex *Initio*,& præcedentibus *qq.* uſquè huc diſcuſſa acceptione, origine, qualitate, perindequè extenſione, & virtute nominis *Poteſtas* prout in *noſ. tex.* non minùs ſcrutata pulchra dubitatione, quibus videlicèt armis uti poſsint Epiſcopi, cæteriquè Eccleſiaſtici Judices, ut ſciamus uſquequò ſua tendit poteſtas, & qualitèr illa vibrare debet, àc tenetur, in quas què pœnas alias incidat; paritèr patefacta poteſtatum diſtinctione, ut earum peſima vitetur confuſio, & obitèr, àc per tranſennam propterea viſo, velùt in umbra, politicæ poteſtatis fulgore, quo omnes in univerſim tuemur, & quouſquè vires capiat: viſis etiam delictorum differentiis, & pluribus aliis coibilibus tranſeuntèr, àc obitèr viſis, ex debito juris ordine procedit cætera quæ in *text.* ſequuntur verba pertractare.

2 Cùm autèm *inquirere* verbum obviam exeat, non abs æquo alienum putavimus propoſitam exagitare quæſtionem, ut inveſtigemus, qualitèr Epiſcopi inquirere valeant? Et reperimus deciſſum in verbis illis noſt. text. *ſecundum quod canones cenſent.* Supervacaneum judicamus de ſtylo, modo, & forma fulminandi proceſſum per viam inquiſitionis nos plenè loqui, cùm ſatis docuerit magna DD. caterva, ſicut etiam inquiſitionis definitionem, & diviſionem in generalem, & ſpecialem, & quòd generalis poteſt eſſe de delictis, & de perſonis ſimul, & conjunctim, aut diviſim, de delictis tantùm, tantùm què de perſonis, in quibus omnibus inſtructos illos ſupponimus quibus præſens prodeſſe poſſit opus; † sèd antequàm ulteriùs 3
procedamus,advertere primitùs oportet, quòd accuratiſsimè caveant Judices, nè infament non diffamatum, nàm ſi contra fieri contigerit, juſtè præſtolàri poterunt Superioris ſeveritatem, & terrorem, quem evadent diligentèr tenendo modum, & ſtylum à DD. ſcriptum, ut videre eſt in *Doct.* Paz *p.* 5. *Prax. Eccleſ. tom.* 1. *pag.* 171. *& ſeq.* Jul. Clàr. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. à quæſt.* 3. & expreſsius *quæſt.* 5. Ægyd. Boſ. *Prax. Crim. in t. de Inquiſit. num.* 2. Ant. Gom. *tom.* 3. *Variar. cap.* 1. & apùd ipſum Ayll. *in Addit.* cum multis *dict. tom. & cap. num.* 49. *&* 50. Caniſ. *in Jus Canon. t.* 19. *lib.* 4. *pag.* 476. Corvin. *Definit. Jur. lib.* 10. *num.* 174. *pag.* 431. Alteſerr. *in Decretal. Innoc. III. lib.* 5. *t.* 1. *pag.* 537. *& ſeq.* Ludov. Carrer. *Prax. Crim.* in verb. *Inquiſitio*, *pag.* 43. Sylveſt. *in Summ. Summar. dict. verb.* Valenſ. *in Paratit. Decretal. lib.* 5. *t.* 1. Ant. Sabel. *in Summ. diverſor. tract.* §. *Inquiſitio* 23. *pag.* 333. Conciol. *Reſol. Crim.* in verb. *Inquiſitio*, P. Sannig. *in Schol. Canon. à cap.* 4. *per tot.* P. Pichler *in Jus Canon. lib.* 5. *t.* 1. §. 4. P. Wex *in Jus Canon. p.* 5. *tom.* 2. *pag.* 98. P. Petr. Maria Paſſerin. *in Decretal. t.* 1. *de Accuſat. cap.* 1. Villad. *cap.* 3. *Inſ-*

Inſtruct. à numer. 17. *uſquè ad* 29.

4 Etenim Judex pratèr juris ordinem inquirens, tenetur ad reſtitutionem damni, Sabel.*in Summ.tract. diverſ. tom.*2. §. *Judex* 41. *num.* 18. verſ. *An, & quando*, Alvar de Valaſc. ab eo relatus *in tract. de Judic. perfect. rubr.* 14. *annot.* 5. *per tot.* nèc te moveat, quòd Prateyus *in Lexic. Juris*, in verb. *Inquiſitio*, minus benè dixerit ſomnium eſſe quod AA. diſtingunt inter generalem inquiſitionem,ubi ſic proſequitur:*Quomodo enim in genere aliquid pervestigabit Magiſtratus quod fructum afferat Reipublicæ, niſi tandem perveniat ad ſpecialem inquiſitionem adversùs hunc, vèl illum?* Fateor quòd ità verum dicit, quòd propoſitio eſt æternæ veritatis; verumtamen ex hoc non ſequitur, quòd innanis ſit diſtinctio intèr generalem
5 inquiſitionem; † & ut ità patefaciam, ſic retorqueo illius ſuaſionem, & diſcurſum, philoſophandi què modum, qui ſi bonus fuerit, acuminis diadema eſt juxtà Laurent. Gracian.*tom.*2. *Agud. y Art. de Ingen. pag.* 392. *col.* 1. *in princ. es corona de la diſcrecion el ſaber philoſophar.* Quomodo igitur ad ſpecialem inquiſitionem publicus Officialis perveniet contrà Reum occultum criminis etiàm publici, contrà quem, quia ignoratum, nullus rumor clamat, nec accuſator apparet, sèd tamen ſcandalum ex delicti perpetratione ortum exigit, ut Judicis officio medeatur, & aggreſſor puniatur, niſi incipiendo à generali generalitèr interrogando, neminem què nominando, ex qua reſultent unus, plures vè Rei, de uno, aut multis criminibus maculati, ſivè implicati, ut dicemus *infr. num.* 51? Certo certius eſt nullam aliam eſſe viam niſi generalem inquiſitionem, qua facta, ex illius reſultantia, juſte fulminari poteſt, & debet proceſſus adverſùs eos qui in generali Rei dicuntur alicujus criminis, & tales eſſe à teſtibus aſſeruntur, deſcendendo de ipſa ad ſpecialem contrà illas particulares perſonas, & ità ſervavimus in quadam inquiſitione contrà aliquos diſcordioſos publicam quietem turbantes, quæ valdè æſtimata fuit à D. Fiſci Patrono ſupremo Senatore: ergò contrà Prateyi opinionem, fructum Reipublicæ affert generalis inquiſitio cum omnibus ejus diſtinctionibus à DD. expreſsis, utpotè abſque ea modus deficeret ſciendi crimina, & criminoſos.

Idem procedit, (& itèm, quanquàm tranſeuntèr, cognoſces quàm proficua ſit generalis inquiſitio) in 6
quovis caſu quo perſona Eccleſiaſtica Regiam juriſdictionem offenderit, aut quemcumque illius Officialem, ut innuimus in *anteced. quæſt. ſub num.* 219. *& ſeq.* Tabelionis copia non adhibita, quia fortè nullus eà tunc adfuit; cùm enim contrà Eccleſiaſticum libellare nefas ſit, ut diximus in *Præfat.* ſub *numer.* 43. *& quæſt.* 2. *num.* 28.*h.m. & num.* 88. & melius *num.* 166. & *Membr.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 2. 11. *&* 12. oporteat autèm, immò neceſſarium ſit Superiores conſulere, & Supremo Conſilio offenſam referre, nè impunitus remaneat offenſor, nè què illi, proùt caſus expoſcerit, corripere detrectent probatione opus ſit, probari autèm alitèr non poſsit, quàm cum teſtium atteſtationibus, atquè ad harum receptionem intervenire neceſſariò debeat interlocutoria Judicis ſententia, qua ſic fieri jubeatur, & hoc non niſi in paucis quibuſdam caſibus fieri poſsit, ut videre eſt in *dict. quæſt.* 9. *num.* 3. *&* 30. non judicialitèr, sèd modo ibidem referendo in *num.* 21. diſcreta via eſt inquiſitio generalis de perſonis, nullam nominando, & ſpecialis de nudo facto, hoc eſt, de prædicta offenſa juriſdictioni irrogata, ſimplicitèr, àc nudè relata, ut dicemus

in-

infr. in Membr. 2. *quæſt.* 9. *num.*9. & ſemèl quòd de delicto conſtiterit, commiſſum què fuiſſe ab Eccleſiaſtica perſona, jam proſequi ulterius non valet Judex Laicus, sèd ſuperſedere tenetur, & Ordinario Diœceſano, ſimùl què ad D. Regem, aut Superius Tribunal cum illa conſulere tenetur, ut monent DD. & præcipiunt leges Regiæ *l.* 3. *tit.* 8. *l.* 24. *in fin. tit.* 3. *l.* 10. *cap.* 5. *tit.* 1. *lib.* 1. *l.* 62. *cap.* 4. *tit.* 4. *lib.* 2. *leg.*17. *in fin.t.*5. *l.*16. *t.*6. *lib.*3. *Recop. Aut.* 5. *cap.* 21. *in fin. t.* 1. *lib.* 4. D. Solorz. *lib.* 3. *de Jur. Indiar. cap. fin.* 27. *à num.* 71. *ad* 80. & *in Politic. lib.* 4. *cap.* 27. §. *fin.* quem ſequitur D.Creſp. *part.* 1. *obſerv.*3. *num.*20.& Dianam reprehendit in *nn. ſeqq.* firmat Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 10. *n.* 94. his verbis: *Etſi Juris ordine cogi non debeant, ut Bellarminus putat, non tamen omninò proceſſum facti (ut ità dicam) efugere poſſunt*: meliùs adhùc, & ex propoſito, atquè compactò in *quæſt.* 53. pèr *tot.* † & ratio
7 hæc eſt, quia in quæſtionibus facti competens eſt Judex Laicus contrà omnes exemptos, ut firmitèr tenet idem Curtell. in *dict. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 26. ex omnium ſententia. Faciunt quæ diximus *ſupr. quæſt.* 2. *num.* 98. Quandò autèm, & quomodò directò poſsit Laicus contrà perſonam Eccleſiaſticam inquiſitionem facere, & ſummariam informationem recipere, vide in *Memb.*2. *q.* 9. pèr *tot.* dempta ſalutari monitione.

8 Magna tamèn cum conſideratione procedi debet in inquiſitionis proceſſu præſertim ſpecialis contrà certam, & determinatam perſonam; licèt enim Conciol. *Reſol. Crim.* 2. *num.* 8. auſus ſit limitare ampliationem quam in præcedenti *num.* 7. fecerat, & cum multis DD. comprobavit ſtatuendo inquiſitionem nullam eſſe fama non præcedente, id eſt, diffamatione, & poſteà ſinè ratione docuerit in *dict. num.* 8. diffamationem non requiri de generali totius orbis conſuetudine quidquid ſit de Jure cùm ſufficientia adſint indicia, quæ loco diffamationis ſuccedunt, & hanc opinionem probare conetur cum Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. q.* 6. *num.* 8. ex quò hæc verba in eo leguntur, circ. *fin. Credo ego, quòd etiam ſinè diffamatione, poſsit utroque caſu Judex inquirere, & informationes aſſumere. Et ità ſemper vidi ſervari, quia, (ut dixi) hæc practica diffamationis receſsit ab aula.* Notum cuique eſſe poteſt verba iſta non benè intelligi niſi cum limitatione, quæ ineſt in verbis illis, *utroque caſu*; quidam enim ſunt in quibus præcedens diffamatio non requiritur, quos recenſet idem Clar. *à num.* 4. *dict. quæſt.* 6. & nos dicemus in *nn.* 12. 15. 17. 29. 30. 35. in *fin.* & 40. circ. *fin.* nunquàm autèm Clarus ſomniavit aſſere prò generali concluſione, curandum non eſſe de diffamatione in inquiſitionis ſpecialis proceſſu, ut patet ex *tot. quæſt.* 6. ſignantèr in *n.* 2. ſic incipiente: *Sèd retenta communi concluſione, quòd ſcilicèt ad hoc ut Judex poſsit inquirere, requiratur, quòd diffamatio præcedat, ſcias, &c.* & præthereà convincitur ex quò in *eod. loc.* allegato à prædicto Conciol. ex Julio Claro *dict. num.* 8. *quæſt.* 6. ſequentia itèm protulit: *Adverte tamèn (ſecundùm aliquos) quia iſta doctrina ſimplicitèr intellecta* (loquitur de inquiſitione facta de mandato Principis, in qua regularitèr non requiritur quòd præcedat diffamatio, & ſubdit verba, quæ referre cœpimus) *fecit errare multos ignorantes*, *dicit* Aguſtin. ad Angel. *de Maleſic.* in verb. *Fama publica*, poſt *num.* 5. ſubdens etiam, quod audivit, *ſæpè multos peritos, & Advocatos in hoc erraſſe*, & proſequitur, hanc doctrinam comprobando: ergo non benè aſſerit Conciolus Clarum contrarium ſenſiſſe, alias inconſtantiæ notam eva-

evadere non poſſet, nàm ſibi ipſi foret contrarius. Vide quæ dicemus *infr. num.* 43.

9 Verumtamèn Concioli opinionem ſequutum fuiſſe videtur Antonium Sabel. *diverſor. tract.* §. *Inquiſitio* 23. *num.* 1. *in princip.* & circ. *fin.* verſ. *Quod de generali conſuetudine*, ubi allegat Conciolum, & Sperel. *deciſ.* 38. *num.* 5. Multum porro à ratione abeſt eorum opinio, quia non diffamatus nequaquàm debet, immò non poteſt à Judice diffamari non enim debent injuriæ indè naſci undè jura oriuntur, nèc injuriarum eſſe theatrum, Juſtitiæ Tribunal, *cap.* 28. *in princip. de Reſcript. cap.* 17. *de Accuſat.*

10 Quapropter magis rationi conſona videtur Prateyi ſententia in *Lexic. Jur.* verb. *Inquiſitio pag.* 265. dicentis, quòd nullus omninò poteſt in ſuſpitionem adduci niſi ex cauſa ſecundùm juris definitionem veriſimili, & monentis id obſervari, atquè ſcrutari deberi àn adſit legitima inquirendi cauſa, nè credatur, aniles rumores ſufficere ad lædendam hominis famam, conditionem, vèl vitam, & exclamat *ſeqq.* verbis, quæ mente ſemper tene. *Multò minus ſatis eſt illa, quam nunc videmus frequentari malorum hominum diffamatio, qui, vèl invidia, vèl quavis fraude proximum necare conantur falſis delationi-*

11 *bus* † legitima enim, gravia, & urgentia indicia ad inquiſitionem requiruntur, Sabel. *dict.* §. *Inquiſitio* 23. *num.* 1. 4. & 11. Conciol. *dict. reſol.* 2. *num.* 2. & in verſ. *Declara ſecundò.* Sic ergo adversùs ipſos inſurgimus: quomodò fieri valet, quòd legitima, gravia, & urgentia indicia non producant diffamationem, rumorem, & ſcandalum?

12 Sanior verò ejuſdem Sabel. fuit ſententia in *num.* 1. & *ult.* loci præallegati, ubi diſtinguit, & excipit aliquos caſus in quibus ſinè præcedente infamia, aut clamoſa inſinuatione ad inquiſitionem procedi poteſt, ex hinc denotans non in omnibus licere, nam exceptio firmat regulam in contrarium Gloſſ. in *c.* 1. *de Reſcript.* verb. *Alio.* D. Covarr. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. & conceſſum de uno, de aliis negatum cenſetur, *l. Maritus, C. de Procurat. l. Cum Prætor. ff. de Judic.* Minſing. *Cent.* 5. *obſerv.* 76. *num.* 6. in *fin.* nequè ulla eſt regula, quæ exceptionem non patiatur, Siguenz. *de Clauſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. & quamvis *dict.* Sabel. ubi proximè prò ſua opinione allegat Velam in *Prælect. ad noſt. tex.* in *cap.* 1. *de Offic. Jud. Ordin. p.* 1. *num.* 156. tale quid in eo porro non legitur, immò contrarium, nempè, quòd fama ſempèr, & ſcandalum ex ea reſultans, accuſatoris loco ſubrrogetur, ut penè omnes tenent, & modernus P. Jacobus Wex in *Jus Canon. tom.* 1. *p.* 1. *tabula* 24. *num.* 3. quia tunc totus videtur populus accuſare; & hoc quoquè jucundè tenemus cum Ant. Gom. *tom.* 3. *Var. cap.* 1. *num.* 49. ver. *Nonò, & finalitèr dico*, & cum *Doct.* Paz in *Prax. tom.* 1. *cap.* 1. *p.* 5. *num.* 6. Ludov. Carrer. *Prax. Crim.* verb. *Inquiſitio, à num.* 4. *ad* 6. *pag. mihi* 43. & ſic intelligi debet Carlev. *de Judic. diſp.* 2. *t.* 1. *lib.* 1. *num.* 719. ut expreſsit in *num.* 737.

Strictius autèm hoc eſt intelligen- 13
dum in crimine adulterii, in quo non ità facilè pèr inquiſitionem procedi poteſt, niſi ſit publicum, & trina præceſſerit monitio, Sabel. *diverſor. tract.* §. *Accuſatio* 7. *num.* 12. & §. *Adulterium* 16. *num.* 3. §. *Inquiſitio*, *num.* 4. Conciol. *Reſol. Crim. in eod. verb. reſol.* 1. *num.* 3. Concil. Trid. *de Reform. ſeſſ.* 24. *cap.* 8. quia hujus criminis delatio competebat certis quibuſdam perſonis ex antiquo jure, ut docent DD. producti: hodiè verò ex *noſt. Jur. Reg.* ſolus maritus accuſare poteſt, Anton. Gom. in *l.* 80. *Taur. num.* 49. D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 180. sèd plus quàm ſemèl

mèl audivimus, Judices Eccleſiaſticos in hoc crimine contrà Clericos, & Laicos proceſsiſſe his, & dicendis in *duob. nn. ſeqq.* prætermiſsis cum
14 plurimorum digna admiratione, † nàm Valerus, qui doctiſsimè de hac materia ſcripſit in *Different. utriuſq. for.* in verb. *Inquiſitio*, *num.* 1. ſtatuit prò regula, ſicut etiam Caniſ. in *Jus Canon.* in *Notat. ad t.* 16. *lib.* 1. *de Offic. & poteſt. Ordin. pag.* 74. & *t.*19. *lib.*4. §. *Quamquàm*, *pag.*475. multa jura allegans, quòd hæc fieri nequeunt abſquè diffamatione, aut clamoſa inſinuatione juxtà *text.* expreſſum in *C. Qualitèr*, & *quando* in 2. *cap. Inquiſitionis*, *C. Cum oportet de Accuſat. C. Licèt Heli*, *de Simon.* & Can. *Deus omnipotens*, 2. *quæſt.* 1. quam concluſionem aſſerit, *dict.* Valer. totum mundum ſequi, teſtante Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 20. *num.* 3. & Judices contra facientes appellat, ex Vitali *de Maleſic. tit. de Inquiſit. num.* 8. malos aſſeſſores, & protervos, & ignorantes juris, & quòd potius canes nuncupari merentur, quàm Judices, ſubdens, alitèr quàm ut prædiximus factam inquiſitionem, eſſe nullam; & hanc tradit rationem, quia Judex regularitèr non poteſt ex officio procedere ad punienda delicta ſinè accuſatore, ut tenet communis DD. ſententia cum Gloſſ. *noſ. tex.* in verb. *Inquirere*, de cujus explanatione in præſenti *quæſt.* agimus, ubi legit: *Tunc, ſcilicet, cùm frequens, & clamoſa fama eſt contrà ſubditum, quæ obtinet vicem accuſatoris*, & docet *l.* 2. §. *Si ex publico*, *ff. de Adult.* teſte Jul. Clar. *dict.* §. *fin. quæſt.* 3. *num.* 3. Joan. 8. *à verſ.* 3. ad 11. Can. *Nihil contra*, 2. *quæſt.* 1. *l. Reſcripto* 6. §. *Si quis*, *ff. de Muner. & honor.* D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *numer.* 18. vèl niſi interveniat aliquid quod ſit loco accuſatoris, ut inquit idem Clarus *dict. num.* 3. Valer. ubi proximè, & Ant. Gom. *tom.*3. *Var.* *cap.* 1. *num.*49. ver. *Nonò*, & *finalitèr dico*, ad quos ſi latius inſtrui appetis te remittimus.

Prædictis autèm deficientibus, 15
peccatum eſt ſecretum, & occultum, ſaltim quoàd forum judiciale, & conſequentèr non ſpectat ad dictum forum ipſum punire, ut aſſerit Valer. in *dict.* verb. *Inquiſitio*, *num.* 2. & probat cum text. in *dict.* Can. *Deus omnipotens*, & Can. *Conſuluiſti* 2. *quæſt.* 5. & Can. *Erubeſcant*, *diſt.* 32. àc dicemus *infr. num.* 36. cum *ſeqq.* quia tale forum eſt poteſtas publica, quæ ipſo jure requirit notitiam publicam, undè receptum eſt proloquium illud, quòd Eccleſia non judicat de occultis, deſumptum ex *dict.* Can. *Conſuluit* 2. *quæſt.* 5. & C. *Cogitatio de Pœnit.* in qua ratione fundatur regula juris in *l. Illicitas*, §. *Veritas*, *ff. de Offic. Præſid.* de qua *dict.* A. in verb. *Judex*, & in *num.* 10. repetit, quòd ſempèr præcedere debet infamia in inquiſitione ſpeciali, ità ut proceſſus alitèr factus nullus ſit, quia ſolemnitas ſubſtantialis eſt, ut tenet P. Paſſerin. in *Decretal. t. de Accuſat. cap.* 1. 10. 11. & 18. & P. Wex in *Jus Canon. tom.* 2. *p.* 5. *n.* 21. *pag.* 98. & *omiſsio ordinis ſubſtantialis in quacumque minima parte vitiat actum*, D. Molin. *lib.*2. *de Primog. cap.* 11. *num.* 14. àc dicemus *infr. in tract. de Cenſur. art.* 4. *numer.* 17. adeoquè ex Valeri ſententia nèc unus, duo, aut tres teſtes ſufficiunt, & multò minus indicia etiamſi ſint urgentiſsima, ut poſsit ex generali inquiſitione, quæ fit quoàd crimina, & perſonas, procedi ſpecialitèr contrà aliquem: nota tamèn quòd in *num.* 10. dùm hæc profert, atquè prò concluſione prædictam ſtatuit doctrinam, expreſsè loquitur de Judice Eccleſiaſtico; & proſequitur, quòd licèt ipſi conſtet de informationibus receptis ex officio, quoddam maleficium commiſſum fuiſſe ab aliquo Clerico, vèl aliàs hunc eſſe indicia-

cia-

ciatum, non poſſe Judicem Eccleſiaſticum in conſcientia procedere ad punitionem dicti maleficii, ſi non eſt infamatus apùd majorem partem Conventus, vèl Viciniæ, ut probatus ex *C. Inquiſitionis*,§.*Tertiæ*,*de Accuſat.* Ejuſdem ſententiæ fuit Caniſius in *Jus Canon.* in locis allegatis, *numer.* 14. *ſupr. in princip.* quòd nempè Ordinarius Eccleſiaſticus inquirere, & vindicare poteſt quæcumque delicta merè Eccleſiaſtica, aut mixta, sèd non niſi præmiſſa publica fama perpetrati criminis, quæ vicem accuſatoris obtinet, & probat ex *C. Cum oportet*, §. *Tertiæ*, *C. Æqualiter* 24. §. *Debet igitur*, *ext. de Accuſat.* tenet etiam Franciſc. Caſon. *de Malefic. tom.* 11. *in tract.*DD.*cap.* 2. *num.* 6. *pag.* 282.

16 Ex quo arguit Navarr. in *cap.* 18. *num.* 38. referente *dict.* Valero, quòd ſi non ſufficiunt duo, aut tres teſtes, quibus delictum probari poſſit, à fortiori minùs ſufficient indicia; & mirabilitèr proſequitur probando hanc inexpugnabilem ſententiam verſùs Judices Eccleſiaſticos, cui libentèr adhæremus, quatenùs ipſe Valerus, demptis ſequentibus caſibus, & contraria conſuetudine, ſi alicubi fuerit.

17 Quædam tamèn ſunt delicta in quibus ſinè præcedente diffamatione ad inquiſitionem procedi poteſt, & ea ſunt quæ vergunt in perniciem Reipublicæ, ut tenet Valerus *de Different. utriuſq. for. in dict.* verb. *Inquiſitio*, *num.* 5. Caniſ. in *Jus Canon. t.* 19. *lib.* 4. *pag.* 476. in *princ.* & in *Notis* apud ipſum *ibid. lit.* o. Quæ autèm hujuſmodi ſint delicta, docet idem Valer. ubi proximè *n.* 6. & Caniſ. *ibid. dict. loc.* ſcilicèt, crimina læſſæ Majeſtatis Divinæ, vèl Humanæ, Conſpirationis in Principem, Tradditionis Civitatis, Falſificationis Monetæ, Publici latrocinii, Blaſphemiæ peccatum, & Subhornationis prò indigno ad Cathedras, & electiones, & cùm parantur inſidiæ alicui perſonę eminenti, ex cujus vita pendet ſalus Reipublicæ, Prælati Religionis peccatum, quibus addit, ſi aliquod peccatum ſit publicum, & ſcandaloſum, patrator autèm ſecretus, quia cùm hæc omnia crimina ſint deteſtabilia fœdera, & præ cæteris horrendiſsima, plurimis juribus, gravioribus què pœnis coercentur eorum peſſimi authores,† nàm contrà læſſæ Majeſtatis Divinæ fœdus ſcripti ſunt in *C. t.* 5. *&* 9. *l.* 1. *inter Novell. Conſtit.* 45. *collat.* 4. *t.* 24. *& Novell.* 129. *t.* 12. *collat.* 9. *Novell.* 132. *t.* 15. *& Novell.* 144. *t.* 27. *dict. collat.* In C. T. *Conſtit.* 5. In L. N. *Conſtit.* 55. In C. I. *Heraclii.* 2. *Leonis Iconomachi.* 2. In C. F. *Conſtit.* 1. *cap.* 5. In jure Pontificio extant *t.* 6. *&* 7. *lib.* 5. & in jure Regio, *l.* 5. *t.* 1. totus *tit.* 2. *&* 3. *lib.* 8. *Recop. & t.* 2. *eod. lib. in Aut.* & Aut. 3. *cap.* 2. *t.* 11. *dict. lib.* 8. 18

Adversùs læſſæ Majeſtatis humanæ crimen, & conſpirationis in Principem, vèl Rempublicam (quę omnia quaſi univocantur) ſcripta ſunt jura multa, nempè *Conſtit. Ad reprimendum multorum facinora*, unic. in Extrav. *Quomodo in læſſæ Majeſtatis crimine procedatur*, *& ſeq.* incipiens: *Quoniam. Qui ſint Rebelles*, *& tot. t. ff. & C. Ad legem Jul. Majeſt.* §. *Publica autèm judicia* 3. *Inſtit. de Public. ind.* in jure Regio, *l.* 1. *t.* 2. *part.* 7. *l.* 7. *&* 12. *t.* 1. *lib.* 7. *l.* 3. *t.* 4. *tot. t.* 14. *tot. t.* 15. *& tot. t.* 18. ſignantèr *l.* 1. hujus, *lib.* 8. *Recop.* cum *remiſ.* in eo contentis in *fin.* præcipuè, *l.* 1. *t.* 25. *& l.* 11. *t.* 26. *dict. lib.* 8. Aut. 3. *cap.* 2. *t.* 11. *lib.* 8. 19

In odium criminis falſificationis monetæ, etiam multæ leges, & ſanctiones conditæ ſunt, ut in *ff. tot. t.* 10. *lib.* 48. *Ad legem Cornel. de Falſ.* in *C. tot. t.* 24. *de Falſ. monet. lib.* 9. In L.C. *Conſtit. Cum in pleriſque* 77. In Jur. Canon. *tot. t.* 20. *de Crim. falſ.* 20

falſ. lib. 5. In Jure Regio, *l.* 64. *t.* 21. *lib.* 5. *tot. t.* 17. ſignantèr *l.* 5. *&* 6. *lib.* 8. *Recop.* Aut. 16. *cap.* 18. & melius Aut. 44. *t.* 21. *lib.* 5. Aut. 3. *cap.* 2. *ad med. t.* 11. *lib.* 8.

21 In deteſtationem criminis publici latrocinii ſtabilitus eſt in *ff. tot. t.* 2. 5. *&* 17. *lib.* 47. in C. *t.* 2. *lib.* 6. *& t.* 13. *lib.* 9. in N. *Conſtit.* 143. *t.* 26. *collat.* 9. in L. C. *Conſtit.* 35. in C. I. *Conſtit.* 5. *Theophili Zoæ* 1. In jure SS. Canon. *t.* 17. *&* 18. *lib.* 5. In jure Regio *l.* 1. *t.* 19. *lib.* 5. *l.* 1. *t.* 1. *l.* 12. *t.* 2. *tot. t.* 11. *&* 12. ſignantèr *l.* 1. 7. *&* 9. ejuſdem *l.* 4. *&* 24. *t.* 13. *l.* 1. *&* 6. *t.* 23. *lib.* 8. *l.* 1. 3. *&* 12. *t.* 8. *lib.* 9. *Recop.*

22 Adversùs blaſphemiæ peccatum extat in N. *Conſtit.* 77. *t.* 6. *collat.* 6. In jure Canonico integer *t.* 26. *de Maledic. lib.* 5. in jure Regio *l.* 20. *t.* 6. *lib.* 3. *& tot. t.* 4. *lib.* 8. *Recop.*

23 Subhornationis crimen prò indigno ad Cathedras, & electiones coercetur per *l.* 16. *&* 31. *lib.* 1. *tit.* 7. *& l.* 19. *tit.* 26. *lib.* 8. *Recop.*

24 De abominabili crimine cùm parantur inſidiæ ad mortem alicui perſonæ eminenti, exemplum habemus in SS. Canon. *in cap. ult. in princ. de Pœn. in* 6. in *cap. Fœlicis*, 5. *de Pœnit. & remiſ. lib.* 6. conditis *à Bonifacio VIII.* in favorem Cardinalium S. R. E. quorum quiſque vulgò, & quidem propriſsimè EMINENCIA appellatur, decernendo bonorum confiſcationem ejus, qui inſolentèr, & ſacrilegè Cardinalem inſultaverit, & prætèr multos tenent P. Steiger in *Repertor. Jur. Canon.* verb. *Capere*, Alteſerr. *in Decretal.* Innoc. III. *lib.* 1. *t.* 5. *pag.* 56. *ad med.* nàm ex eod. *ibid.* Cardinales pars ſunt corporis Summi Pontificis, ex *dict. C. Fœlicis*, & collaterales, àc fratres, ex *C. Excommunicatis*, *de Offic. legat. C. Officii*, *eod. tit. in* 6. Illos què vocavit Ivo Carnotenſ. in *Epiſt. ad Paſchal. cap.* 19. Laterales Pontificis, & Bernard. *lib.* 4. *de Conſid.* ad *Eugen.* P. Collaterales, & Coadjutores Pontificis, referente *eod.* Alteſerr. idem jus extentat Conrad. Brun. *de Sedit. tom.* 11. *in tract.* DD. *præſup.* 6. *num.* 7. *pag.* 93. adversùs inſultantes, vèl delinquentes contrà Epiſcopos, Clericos, vèl Religioſos, familiares Papæ, & Cardinalium, quòd etiàm crimen læſſæ Majeſtatis incurrunt.

Hoc idem jus magna cum ratione 25 extendi poteſt ad Magiſtratus, in eorum què favorem, & gratiam, præcipuè Regiorum Senatorum, quibus juxtà Platonem, *lib.* 6. *de Legg. poſt Deos immortales ſecunda ſedes, & honoris, & gloriæ debetur*, quia Dei, & Regis ſunt imago, 2. Par. 19. *verſ.* 6. *& præcipiens judicibus*, *Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini*, cum omnibus aliis Sacræ Paginæ locis productis in *quæſt.* 1. *h. m. n.* 2. antè *med. l. Quiſquis*, C. *Ad leg. Jul. Majeſt.* Socin. *conſ.* 22. *tom.* 1. *num.* 4. poſt Bald. ab eo relatum, Conrrad. in *Curial. Breviar. lib.* 1. *cap.* 9. *in princ. num.* 11. *pag.* 6. Anton. Gom. *tom.* 3. *Variar. cap.* 2. *num.* 6. ex verb. *Itèm etiam committitur*, (loquitur de crimine læſſæ Majeſtatis humanæ) *quando quis offenderit eos, qui ſunt de Conſilio, & Conſiſtorio Imperatoris, vèl Regis, quia cenſetur pars eorum*, Farin. *quæſt.* 112 *num.* 132. quem ſequitur D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *à num.* 240. cum *duob. ſeqq.* & etiam quicumque Judex Ordinarius eſſe videtur Dei miniſter ex textibus proximè citatis, qui indefinitè, ſic què univerſalitèr loquuntur, & tenet Ant. Sabel. *Diverſor. tract.* §. *Judex* 41. *num.* 2. verſ. *Quod Judex*, & probatur ad Rom. 13. ubi in *verſ.* 4. duabus vicibus inquit, *Dei enim miniſter eſt*, loquendo de poteſtate, ſivè de Principe, & *verſ.* 6. *Miniſtri enim Dei ſunt*, ubi de judicibus loqui videtur, àc diximus in *Manifeſt.*

Legali, *p.* 2. §. 12. *num.* 48. pèr *tot. pag.* 60. 61. & 62. & *p.* 3. §. 1. *num.* 9. proptereà revereri debet, Eccli. 10. *verſ.* 24. *In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum erunt in oculis illius*, cum *verſ.* 27. idcircò pèr illius offenſionem læditur, & offenditur ejuſdem authoritas, & cauſa publica, quæ in conſervatione reverentiæ Judicibus debitæ, maximè verſatur; verba ſunt D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 243. & tenet Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. q.* 11. *num.* 36. & Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 1. *num.* 8. & *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 55.

26 Qua de cauſa in terrorem malorum hominum, nè tàm horrenda perpetrare ſint auſi, promulgatæ ſunt leges Regiæ ſitæ in *tot. t.* 22. *lib.* 8. *Recop.* ſignantèr *l.* 1. & etiam præ cæteris congruunt *l.* 6. 8. & 15. *dict. t. & lib.* nàm ſi judicium atrocitatis injuriæ cuique factæ, in Judicis libramine poſitum eſt, ut perpendat circunſtantias perſonæ, loci, & temporis, àc alia, quæ ex Molin. Gutierr. & aliis, docet D. Auguſt. Barboſ. *de Offic. & Poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 41. *num.* 4. pèr ſe notum eſt quàm atrox injuria ea ſit, quæ Judicis perſonæ irrogatur.

27 Jam igitur, quòd de delictis quędam egimus, non abſonum videtur exprimere varias eſſe delictorum differentias, publicorum nempè, & privatorum, quas videre poteris apùd Ludov. Carrer. *Prax. Crim.* in tract. *de Tortur. num.* 2. *pag.* 158. & in tract. *de Homicid. num.* 2. & 3. & *de Appellat. in Crim. n.* 16. & 17. Valenſ. in *Paratit. Jur. Canon. lib.* 5. *t.* 3. §. 1. *à num.* 1. *ad* 3. tradit alias differentias delictorum, dividendo in merè Eccleſiaſtica, merè Sæcularia, & Communia, ſeù mixta, mixti què fori. Ant. Gom. *tom.* 3. *Variar. cap.* 1. *num.* 1. 9. & 11. Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 15. *num.* 96. *circ. princ.* P. Wex in *Jus Canon. p.* 1. *tabula* 24. *num.* 4. Paz in *Prax. tom.* 1. *cap.* 3. *à num.* 33. *ad* 40. Miñan. in *Baſ. Pontif. Juriſd. ſect.* 10. *à numer.* 146. *ad* 173. *pag.* 228. & diximus in *Init. num.* 8. & 9. & obitèr nota, quòd ultimi generis eſt uſurarum crimen (tamètſi non deſit, qui neget) D. Covarr. *lib.* 3. *Var. cap.* 3. Mart. *de Juriſd. p.* 2. *cap.* 7. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 78. *à num.* 15. ſicut & alia delicta de quibus *infr.* in *Memb.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 2.

28 Non itèm extrà quæſtionem eſt, ut ſcias juriſdictionis definitionem, & quam plurimas ejus diviſiones, quæ omnia videre ad ſatietatem poteris in P. Pirhing. *h. t. de Offic. Jud Ordin. ſect.* 1. §. 1. & in P. Sannig. *Schol. Canon. dict. t. lib.* 1. *à cap.* 1. & *ſeqq.* ubi quoquè videbis in *cap.* 7. quæ poſsit Epiſcopus, & quæ non poſsit.

29 In delictis igitur hucuſquè relatis ex *num.* 17. poteſt pèr inquiſitionem procedi nulla præcedente infamia, ad tollendum ſcandalum, & nè auditores alii reddantur, ut diximus *ſup. num.* 12. & *dict. num.* 17.

30 Ego autèm dico, quòd ſivè deſcendendo à generali inquiſitione ad ſpecialem, ſivè pèr hanc incipiendo, generali omiſſa, inquiri directò poteſt contrà privatam perſonam (indiciatam tamèn, aut de delicto ſuſpectam etiàm modicè) non ſolùm in delictis ſupradictis, sèd & in omnibus publicis publicitate juris, quæ conſtat, & referuntur in *l.* 1. *ff. de Public. Judic.* & in publicis publicitate facti; & hæc ſit ampliatio ab illa concluſione, & generali regula *ſup.* ſtabilita in *dict. nn.* 12 & 17. Firmatur hæc ſententia ex doctrina Gomezii in *tom.* 3. *Variar. cap.* 1. *num.* 10. 30. & 49. verſ. *Nonò, & finalitèr dico*, & ex ipſo D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *n.* 14. àc 145. cum quinque *ſeqq.* & Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 3. *num.* 6.

num. 6. ſeqq. verb. *Hodiè in quocumque caſu permiſſum eſt Judici procedere ex officio, & ſic pèr inquiſitionem*; & ad *med.* allegat *dict.* Gom. prò practica noſtri Regni Caſtellæ: (ex quo cognoſces hoc non procedere in Judicibus Eccleſiaſticis, quorum reſpectu in ſuo robore manent ſuperius dicta à *num.* 13. *ad* 16.) Itèm probatur noſtra concluſio ex *eod.* Jul. Clar. *quæſt.* 5. *num.* 3. in *princ.* & ad *fin.* cum *num.* 4. etiam in *princ.* juncto *fin. Puta fama, vèl clamor, vèl querela partis, vèl denunciatio Officialis, vèl aliquid aliud ex his quæ infrà proximus quæſtionibus ſubjicimus, & quæſt. 6. n. 9. in fin. ſed ſufficit etiam aliud indicium, àc numer.* 11. *& ubi : : reſultet ſuſpicio contrà aliquem, procedunt ad ulteriora contrà eum ſuper ipſo crimine inquirendo.* Expreſsius adhùc in *dict. quæſt.* 5. *num.* 5. circ. *princ. Et habito aliquo indicio contrà aliquem, vocat deindè illum ad ſe defendendum. Et ità ſervat totus Mundus*, & in *quæſt.* 50. *num.* 4. ad *med. Sèd ſi reſultent indicia ſpecialitèr contrà aliquem, tunc ipſe citatur ſupèr ipſa inquiſitione : : & contrà eum proceditur*, quem ſequitur Paz in *Prax. tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. *num.* 50. cum *duob. ſeqq.* & in hoc ſenſu intelligo loquutum fuiſſe D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 20. cum aliis quos allegat; tranſire autèm non valemus cum conciliatione quam facit ex *n.* 165. uſquè ad 170.

31 Quæ delicta ſint publica publicitate Juris, conſtat ex *dict. l.* 1. *ff. de Public. Judic.* quandò, ſcilicet, in jure eſt expreſſum, quòd prò

32 talibus habeantur: † publica autem publicitate facti ſunt, (ut nomen denotat) quandò factum eſt publicum; itaquè factum, & jus pugnant, & opponi ſolent, *l.* 38. §. *Hi qui ſunt*,

33 *ff. de V. S. l.* 45. *ff. de Pecul.* † Itèm publicitate juris crimina dicuntur publica, quæ in jure ſunt expreſsè ſignata, *l.* 1. & pèr *tot. t.* 1. *ff. de Public. Judic.* & in *Inſtit. t.* 18. *lib.* 4.

† publica autem facti, quæ in facto 34
publico conſiſtunt, *l.* 1. §. *Si Uſuſfructus, ff. Ad leg. Falcid.* quatenus etiam cujuſque intereſſe, in facto, vèl in jure conſiſtit, *l.* 25. *ff. de Reg. Jur.*

Nequè obſtat ſi dicas, quòd de- 35
licta publica publicitate facti, & quæ aliundè jus non cognoſcit tanquàm publica, privata ſunt, & quòd in his Judex ex officio procedere nequit deficiente accuſatore, aut clamoſa inſinuatione, quæ accuſatoris loco habetur, prout diximus *n.* 14. & probatur ex *l. Reſcripto* 6. §. *Si quis accuſatorem* 2. *ff. de Muner. & honor. & l. fin. ff. de In jus voc.* & ex *cap.* 1. *de Accuſat.* nam reſpondetur, quòd publicitas facti, id eſt, notorietas, & evidentia delicti commiſsi producit in loco commiſsionis clamorem, & ſcandalum inſinuans Judici exigentiam officii ſui, ut ex officio procedat ad authorem inquirendum, capiendum, & puniendum prò populi pace, ſecuritate, quiete, àc ſalute, ut benè ſenſit Jul. Clar. *dict. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 5. *n.* 4. *Quod Judicem ad procedendum inducat, & quodammodo ex neceſsitate officii ſui impellat*, & *quæſt.* 9. pèr *tot.* Proptèr eandem rationem, ſi Judex viderit delictum patrari, poterit abſquè aliqua querela, aut denuntiatione ſtatim inquirere ex *eod.* Claro, *quæſt.* 8. *num.* 5. verſ. *Benè verò*; & hic eſt alius caſus, in quo fama non præcedente procedi pèr inquiſitionem ex *Claro* poteſt, immò, quin Judex viderit committi, etiàm denunciatore atquè accuſatore deficiente procedi ex officio poteſt in delictis, utcumquè privatis, authoritate Ant. Gom. *tom.* 3. *cap.* 1. *Var. n.* 10. *n.* 49. verſ. *Nonò, & finalitèr dico, & num.* 86. Paz in *Prax. p.* 5. *tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 50. & 51. & D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *n.* 14. 20. 145. & quaſi per *tot.* paucis demptis

tis caſibus expreſsis in *l.* 4. *t.* 10. *l.*2. *t.* 19. *lib.* 8. *Recop.*

36 Hæc autèm omnia ceſſant cùm delictum eſt ſecretum, & occultum, quoniam ſecretorum Deus ſolus Judex eſt, & cognitor, 1. ad Corinth. 4. *verſ.* 5. Dan. 13. *verſ.* 42. Job 42.*verſ.*2.Can.11. *diſt.* 32. Can.11. 2. *quæſt.* 1. Can. 20. 2. *quæſt.* 5. Can. *fin.* 17. *quæſt.* 5. Marc. Blanc. *de Indic. & Torm. in tract.* DD. *tom* 11. *p.* 1. *num.* 399. *pag.* 280. & quia latentia delicta, publicè vindicanda non ſunt, *cap. fin.* 32. *q.* 5. quamobrem proptèr delictum occultum nemo ab ordinibus reicitur, Caniſ. in *Jus Canon. t.* 7. *lib.* 1. *pag.*32. *ex cap.* 4. *& cap. fin.* ext. *de Temp. Ord.* & Panorm. *ad dict. cap. fin.* niſi ſit homicida, aut ſimoniacus, qui tamètſi occulti ſubmovetur, etiàm poſt peractam pœnitentiam, *dict. cap. fin. de Temp. Ord. C. Inquiſitio* 21. *de Accuſat. C. Niſi* 10. §. *Proptèr conſcientiam, de Renunc.*Hoſtienſ. in *Summ. de Temp. Ord. num.* 8. verſ. *Excipiuntur homicidium*, & Caniſ. ubi proximè, nàm ſi delictum ſit ſecretum, hoc eſt, non notum majori parti viciniæ, & ab ea ignoratum, non deſinit eſſe occultum ex quò unus, aut alter ſciat, etiamſi duobus, vèl tribus teſtibus probari poſsit, Paz in *Prax. tom.* 1. *cap.* 1. *num.*12. ubi allegat Navarr. in *C. Inter verba* 11. *quæſt.*3. *Coroll.* 49. nèc adhùc ex quò Judici ſecretò denuncietur, & fortè etiam ejus author, cùm in multò ampliori caſu neget, Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 6. *num.*21.

37 Siquidem ſi Judex tali caſu ex officio proceſſum inſtitueret Decretum interponendo ad teſtes recipiendos ſupèr delicti, & delinquentis inquiſitione, (quod vulgò dicitur, *levantar cabeza de proceſſo*) prætèrquàm quòd peccaret, quia hoc in foro Poli, ſeu animæ prohibetur, ut docet Valer. *de Different. utriuſque For. num.* 2. cum multis quos refert, præſertim Navarr. *cap.* 24. *num.* 14. *& cap.* 18. *num.* 40. P. Pichler. in *Jus Canon. lib.* 5. *t.* 1. §. 4. *num.*30. tenetur ad reſtitutionem famæ, & damnorum, † nàm omne prohibitum à lege, peccatum eſt, *cap.* 4. *de Conſtit.* & cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo, *reg.* 40. in *6.* ergo qui contrà prohibitionem facit peccat, & damni cauſam dat, nàm DD. prædicti, & communiſsima Theologorum tenent non poſſe ſinè peccato inquiri de delicto, & reo occulto: igitur Judex contra faciens peccat, & damni cauſam dat: ergo damnum dediſſe videtur, & utriquè cum effectu dat, juxtà D. Covarr. in *Reg. Peccatum*, *p.* 2. §. 7. *num.* 2. circ. *princ.* ubi allegat *cap. ult. de Injur.* & alia jura, quia qui vult antecedens, vult etiam conſequens, Abb. in *cap.*38. *n.*2. *de Reſcript. cap.*27. *de Præb. n.*6. *C. Imputari de Reg. Jur.* in *6.* ergo de illo indemnizando tenetur. Præmiſſæ veræ ſunt, & in jure probatæ; conſequentia eſt neceſſaria, & tenta ab Anton. Gom. *Var. cap.* 1. *num.* 49. *in fin.* & à Salicet. quem allegat, atquè innuimus *ſup. num.* 15. 38

39 Suadetur etiam, ſententia, & concluſio deducta in *num.* 36. authoritate Leſii, *lib.* 2. *de Inſt. & Jur. cap.* 11. *dub.* 7. *&* 8. *num.* 56. cum *l.* 5. *t.* 13. *part.* 3. & Ant. Queved. *de Indic. & Torm. p.* 2. *cap.* 3. pèr *tot.* qui omnes cum multis tenent peccare læthalitèr Judicem qui de delicto occulto inquirit, ex quibus eſt Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 262. & etiam peccare reum tortum, qui complicem occultum manifeſtat, nèc de aliis debet interrogari reus tortus, maximè de conſociis, niſi contrà illos alios indicia præcedant, quæ illos infament, & ſi de facto interrogetur, vèl ſine interrogatione, de facto, de aliis dicat; non ſtatur dicto ejus, ut cum multis juribus comprobat Gid. de Suza *de Form. ſivè Indic.*

*tom.*11.

tom. 11. *in tract.* DD. *num.* 16. *pagin.* 243. & Franc. à Brun. *de Indic. & Torm. dict. tom.* 11. *p.* 1. *n.* 19. *&* 25. *pag.* 249. *& quæſt.* 5. *n.* 57. *pag.* 256.

40 Quo circa doctiſsimè, & magiſtrali ſuo more docet Anton. Gom. in *dict. cap.* 1. *Variar. num* 10. & melius ad noſtrum inſtitutum in *num.* 49. cautè ſervanda eſſe ea omnia quæ præmiſsimus: ex generali enim inquiſitione ſupèr delicto publico publicitate facti recepta, cùm teſtes depoſuerint contra determinatam, certam què perſonam à Judice in interrogationibus non nominatam, juxtà Jul. Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 5. *n.* 5. antè *med. & quæſt.* 6. *num.* 1. circ. *fin.* Herrer. in *Prax. Crim. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. & omnes DD. jam ex illis publicis actis fama reſultat, quia publica dicuntur quæ apùd acta fiunt, *l.* 56. *ff. Mandat.* juncta *l.* 7. in *fin. ff. Qui ſatiſd. cogant. l.* 7. *ff. de Minor. l.* 4. *ff. de Statu lib.* Jul. Clar. *dict. quæſt.* 5. *num.* 5. in *fin. Satis enim in hoc propoſito dici poteſt notorium, de quo apparet ex actis*, & hoc eſt quod ad literam dixit in *eod. num.* circ. *fin. Quinimo ſi ex dictis hujuſmodi teſtium receptorum ſupèr inquiſitione generali reſultaret ſufficiens indicium contrà aliquem, poteſt ille capi, vèl citari abſquè alia ſpeciali inquiſitione*, & hoc etiam eſt quod ſenſiſſe videtur in *quæſt.* 6. *numer.* 21. circ. *princ.* dùm ſtatuit poſſe inquiri cùm clamoſa inſinuatio delicti, aut delinquentis, famam ad aures Judicis detulerit, & innuimus *num.* 5. àc ſtatuimus prò concluſione in *num.* 30. Hæc autèm ex actis Rei diffamatio, pèr Judicem non ſtat, cum ex uno capite delictum eſt publicum, Judicis officium exigens prò Reipublicæ vindicta, authoris ſatisfactionem activam, & punitionem prò ejuſdem Reipublicæ paſsiva ſatisfactione appetens, & ex alio capite legitimè interrogaverit, generalitèr interrogando; neminem què nominando; quaproptèr cùm delictum eſt publicum publicitate facti, quia de corpore delicti conſtat, generalis inquiſitio abs dubio ſinè alia præcedente infamia inſtitui poteſt à Judicibus Sæcularibus, ut tenet P. Paſſerin. in *Decretal. t.* 1. *de Accuſat. cap.* 1. *num.* 52. & de illa ad ſpecialem tranſire, etiàm fama non præcedente ex eod. *Doct. loc. præalleg.* & in *nn. ſeqq.* ubi optimè tractavit inquiſitionis materiam, nàm tamètſi delicti patrator ſit ſecretus, ſi tamèn delictum eſt publicum; probabile eſt, quòd author ſciatur, detegatur, & probetur, quamobrem non
poteſt dici abſolutè ſecretus, † quia 41
non eſt omninò ſecretum quod poteſt in judiciò probari, ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 68. *art.* 1. *ad* 3. *dict.* P. Paſſerin. ubi proximè *num.* 64. immò in propoſito manifeſtum eſt, ut ex Angelico *Doct.* probat in *num.* 65.

42 Proptèr eandem rationem, Judice interrogante in genere, teſtes tenentur manifeſtare delinquentem occultum, ut contrà plures ex communi provat *dict.* Paſſerin. in *dict. t.* 1. *de Accuſat. cap.* 1. *num.* 27. 55. 63. 68. & aliis. Non minùs benè, àc eruditè P. Pichler in *Jus Canon. lib.* 5. *t.* 1. §. 4. *num.* 20. *&* 30. ità ut poſſit Eccleſiaſticus Judex cenſuras ferre adversùs non revelantes, *C. Qui cum fure* 4. *de Furt.* P. Pirhing. in *Jus Canon. lib.* 5. *t.* 31. *num.* 15.

43 Cùm ergo quod alitèr, àc ut prædiximus fit, peccatum ſit, ut patefecimus in *num.* 38. cum *duob. anteced. & ſubſeqq.* minimè defendi poteſt in praxi, immò injurioſum putamus quod ab Scriptoribus quibuſdam dicitur: pèr totum mundum in practica ſequi, præcedentem diffamationem hodiè non requiri, nàm hæc propoſitio ſic abſolutè prolata falciſſima eſt, ut provabimus *num.* 8. *&* 14. cum *ſeqq.* àc peccati inductiva, & nutritiva, ut oſtendimus in *n.* 37.

adeò ut nullatenus admitti poſsit in praxi, tamètſi lex præciperet (ſi hoc poſsibile foret.)

44 Nèc obſtat ſi replicetur, quòd multæ leges in Hiſpania noſtra receptæ licita faciunt quædam abſolutè mala, & à Jure Divino prohibita, ut exemplum habemus intèr alia in *l.* 80. *Taur. l.* 2. *t.* 15. *lib.* 8. *Ordinam. l.* 1. *&* 4. *t.* 23. *lib.* 8. *Recop.* quæ omnes, varios referunt caſus in quibus expreſsè dicitur jure occidi, & recenſemus *infr.* in Bull. *Alias Nos* 1. *not.* ad §. 8. nàm ex hoc nequaquàm dici, nèc inferri valet, legem fovere peccatum; quia in caſibus à prædictis legibus expreſsis, non jubetur homicidia fieri, nèc conſulitur, sèd dumtaxàt permittuntur, aut ſi committantur tolerantur, nèc puniuntur in quantùm illorum Authores, & Rei juſta de cauſa, quoàd forum exterius judiciale pœnis non afficiuntur, & non aliàs, nèc in alio ſenſu; & hoc ideò eſt, quia cùm dolus abeſt, ceſſat delictum, *l.* 1. §. *Itèm illud, ff. Ad Senat. Conſult. Sillan. l.* 1. *ff. de Dolo, l.* 3. *ff. ad leg. Aquil.* & in illis omnibus lex præſumit, hujuſmodi homicidia ſinè dolo fieri, & ſinè mentis propoſito, àc proindè ſinè peccato, òb animi turbationem, atquè ſenſus cæcitatem ex nimio, juſtoquè cordis dolore provenientem, qui difficulter temperari poteſt, ut judicat lex forenſis, & opinatur D. Covar. *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 7. §. 7. *n.* 10. cum *ſeq. pag.* 214. & diximus in *Maniſeſt. Leg. p.* 1. §. 2. *num.* 15. & in eodem ſenſu accipi debet Gomezii ſententia ad *dict. l.* 80. *à num.* 51. *ad* 55. & ad *l.* 76. *num.* 15. *&* 16. *& Var. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 22. *&* 23. Caſiod. *lib.* 1. *Var.* Dartiſ. *Oper. Canon. p.* 2. *col.* 2. *lit.* D. *pag.* 334. Carrer. in *Prax. in tract. de Homic. num.* 8. *&* 9. *pag.* mihi 391. ubi docet, quòd maritus utrumque adulterum, & adulteram occidere debet, in actu venereo, & nulla mora protracta, † quia tamètſi marito non licet abſquè peccato mortali adulteros occidere, juxtà D. Covarr. ubi proximè *num.* 8. ver. *In contrarium*, & Anton. Gom. in *dict. l.* 80. *n.* 52. ità ut contrarium damnatum ſit ab *Alexandro VII.* in Propoſitione IXX. ſubintelligitur ſi fiat animo deliberato, prout declarat in *num.* 12. idem Covarr. ubi proximè; jure tamèn occidit, ex *l.* 4. *t.* 23. *lib.* 8. *Recop.* & ideò pœnam non meretur ſicut, & in aliis non paucis caſibus notatu dignis in *dict. l. Reg.* expreſsis, ſic quoquè intelligendus eſt Gom. in locis proximè allegatis, ut ipſemet benè declaravit *ibid.* ſignantèr ſic accipienda ſunt ejuſdem verba in *dict. cap.* 3. *num.* 22. loquendo de homicidio facto ab inſultato: *Licitè, & juſtè poteſt aggreſſus eum occidere*, & inferius; *in nullo peccaſſe videtur*, & circa *fin.* ejuſd. num. *licitè poterit eum occidere*, quibus jungenda ſunt verba ea, quæ prò ratione tradit *ibid. n.* 24. *Quia difficilium eſt juſtum dolorem temperare:: quia imputandum eſt aggreſſori qui cauſam delictorum præbuit :: quia homo intenſo dolore promotus, non eſt in plenitudine intellectus ſecundùm Philoſophos.* Et *numer.* 30. *Secùs verò in foro conſcientiæ, quid ſi quis animo deliberavit alium occidere, vèl offendere, vèl aliud delictum, vèl peccatum committere, ſtatim peccat mortaliter*, & ut de cæteris caſibus ità intelligas ſeriò monemus, † lex enim civilis non 46 approbat homicidium, sèd illud relinquit ſinè pœna ex juſta cauſa, ut exiſtimat D. Covarr. ubi proximè *num.* 13. *&* 15. circ. *fin.* ſiquidem nulla lex ad iniqua eſt, quia iniqua poſſe, poteſtas non eſt, sèd iniquitas, quod Deus non poteſt tamètſi prætèr ipſum nullus alius ſit omnipotens, D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 3. *num.* 59. *&* 60. & hoc ideò eſt, quia cùm in Deo omnes reſideant perfectiones pèr eſſentiam, & omnis abeſt im-

(45 in right margin at "tracta, † quia tamètſi marito non li-")

imperfectio, cujus generis eſt iniqua poſſe, indè eſt hanc in Deo inveniri nequi. Ad Rom. *9. verſ.* 14. *Numquid iniquitas apud Deum? Abſit.*
47 † Quibus benè perpenſis mirum videri non debet, quòd juxta etiam cauſa multæ leges humanæ ètſi iniquæ videantur, juſtæ tamèn ſint, prout videre eſt in Ant. Gom. ad *l.3. Taur.* ſub *num.*124. verſ. *Quid autem*, cum *num.* 125. ut de multis malam fidem permittentibus aſſerit idem D. Covarr. *tom.* 1. in *Reg. Poſſeſſor*, *p.* 2. §. *9. n.*4. & §.11. *num.* 4.verſ. *Rurſus*, àc verſ. *Tertiò infertur*, atquè verſ. *Quintò illud*, cum *ſeqq.* & in fine §. àc *num.* 5. ubi præſcriptionem defendit, non favore præſcribentis, sèd odio negligentis, ut declarat Guid. Papæ in *Deciſſ. quæſt.* 199. *num.* 4. ex Bald. & in notis apùd ipſum Guid. *ibid. lit.* E. & eſt omninò videndus idem Covarr. in *dict.* Reg. *p.* 3. §. 2. pèr *tot.* ubi ſic concludit: *Eſt ergo in hoc tractatu potiſsimum obſervandum, uſucapionem, & præſcriptionem, juſtitiæ, atquè æquitatis rationem habere, ex qua præſcribens etiàm apùd Divinum Tribunal jus illæſſum habere valeat.* Eandem proxime attactam quæſtionem, tractatam videbis apùd D. Creſp. *p.* 2. *obſerv.* 60. *à num.* 22. uſquè ad 35. ſignantèr in *num.* 26. ubi gravibus docet fundamentis juſtam eſſe noſtram legem regiam adulterorum occiſsionem permittentem, aliàs, nèc iſtà, nèc ulla alia nutritiva peccati utcumquè venialis, nèc valeret, nèc diſsimulari poſſet, aut tolerari juxtà idem Jus Regium in *l.* 1. *t.* 1. *lib.* 2. *Recop.* cum concordantibus in *Gloſſ.* & docet D. Covarr. *dict. tom.*1. *p.*2. *cap.*7. §. 7. *num.*14. atquè D.Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 1. *à num.* 123. *ad* 188. quia Princeps quamvis legibus ſolutus, non habet à Deo poteſtatem niſi ad bonum, nàm non prò ratione voluntas, sèd voluntas rationi ſubjecta eſt ex *eod. ibid. num.* 122. Sic ſimilitèr ſtatutum tali vitio laborans non valeret, Sabel. *Diverſor. tract. tom.*4. §. *Statuta* 29. *num.* 55. Carlev. *de Judici.* cùm multis quos producit in poſteriori *tom. t.* 3. *diſp.* 25. *n.* 16.

Cùm ergo facta, quorum dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem ſint interpretanda prout docet *Reg.* 2. *Decretal.* ideò lex, ultionis animum non præſumit, nèc eſt quod vindicet, nèc malam fidem in præſcribente etiam actionem perſonalem, D. Covarr. in *dict. Reg. Poſſeſſor. p.*2. §.11. *num.*4. verſ. *Tertiò infertur.* Alioquin leges Regiæ, Authorum què ſententiæ aliquid contrà conſcientiam non modò præcipientes, verùm utcumque conſulentes ædificarent ad gehennam, *cap.* 13. *de Reſtit. Spoliat. cap.* 20. *de Præſcript.* quod in Hiſpania noſtra, ubi Deo favente viget religio, adhùc timeri, aut ſuſpicari vix poteſt, Pſalm. 147. *verſ. ult. Non fecit talitèr omni nationi*, ſiquidem reo in caſibus *ſupr.* memoratis favetur dolo excluſo, uti præſumitur ex circunſtantiarum concurſu, & appoſitione ad extrà, ſivè realitèr, & à parte rei exiſtentium, de quibus dumtaxàt, externum forum judicat, non verò de his, quæ formalitèr, & intrà intellectum ſunt, atquè in animi regione conſiſtunt, nèc de conſcientiæ juſtificatione, niſi quatenùs palàm innuunt, atquè declarant externæ operationes, quia animus, & intentio ſcrutari non poſſunt, nèc decretò probari, Maſcard. *de Probat.* cum multis, quos allegat *concluſ.* 94. & diximus *ſup. quæſt.* 2. *num.* 26. & 27. nàm ad forum internum privativè pertinent, quia actus internus ſub humano præcepto non cadit, D. Covarr. in *Reg. Peccatum*, *p.* 2. §. 1. *num.* 7. & in Clement. *Si furioſus*, *p.* 1. in *Init. n.* 4. ex Cajet. 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 3. & multis aliis; ideò lex Divina præcepta illi præſcripſit, de illo què judicat: neutrum verò eorum facere præſu-

mit

mit lex forenſis. His accedunt quæ diximus in *Præfat. num. 62.*

49 Verumtamèn ſempèr quòd de malitia, ſivè de dolo conſtaret, reo non patrocinaretur, *cap. 2. de Dol. & Contum.* nam malitia ex voluntate oritur, & hæc diſtinguit delictum à non delicto, & peccatum à non peccato diſcernit D. Covarr. in *dict.* Clement. *Si furioſus*, *p. 2.* in *Init. n. 2.* quaproptèr cùm involuntarium malitia careat, ceſſat delictum, ceſſat peccatum, & ceſſat pœna; ſecùs in voluntario ex *eod. ibid.* ubi multa jura producit, & in *C. Alma mater*, *p. 1. §. 1. num. 17. §. 3. num. 9.* verſ. *Primus igitur*, circ. *fin. &* §. 10. *n.* 8. verſ. *His accedit*, ubi multa quoquè jura, tàm Canonica, quàm Civilia, & DD. allegat. Cæterùm contrarium præſumitur in caſibus contentis in *ll.* Regiis relatis in *num.* 44. cæteris què caſibus à DD. inveſtigatis, proptèr æbrietatem videlicèt, ab ira, nimio què dolore ortam, nàm æbrius, pèr accidens, & quia uſu rationis caret excuſatur à lege, & conſequentèr à peccato formali, ut docet P. Pichler in *Jus Canon. l. 1. t. 2. num.* 50.

50 Extrà prędictas igitur circunſtantias, ſcilitèt, quòd crimen ſit ex atrocioribus, *ſup.* relatis à *num.* 17. *ad* 24. vèl quòd ſit publicum, ut vidimus in *num.* 30. aut Judex committi viderit, ut dictum reliquimus in *num.* 35. in *fin.* non adeſt ſufficiens cauſa, ut proximus non criminoſus, de crimine non ſuſpectus, nèc indiciatus, sèd in poſſeſsione exiſtimationis, & bonæ famæ exiſtent infametur, ut tenet P. Pichler in *Jus Canon. lib. 5. t. 1.* §. 4. *col. 1. num. 25.* in *fin.* præſertim ſi contrà Prælatum, aut Præfectum procedatur, ut inquit Jul. Clar. *lib. 5. Sentent. §. fin. q. 6. num. 21. ad med.* † ex quo inferri
51 valet, idem potiori ratione ſervandum fore ſi adversùs quemcumque Officialem publicum inquirendum ſit, nàm publicum officium præſumptionem bonæ fidei inducit, Guid. Papæ in *Deciſſ. quæſt. 129. num. 2.* ubi producit *l. Cum precibus*, *C. de Probat.* & Judex in dubio præſumitur officium ſuum rectè, & temperatè geſsiſſe, Franc. à Brun. *de Indic. & Torm. tom. 11. tract.* DD. *p. 1. q. 5. num. 21. pag. 254.* Conrad. Brun. *de Sedit. dict. tom. 11. cap. 11. numer. 9. pag. 108.* & idem de Tabelione tenet Gravet. *conſ. 75. n. 8.* Franc. Bec. *tom. 1. conſ. 78. ad med.* Hippolit. Riminald. *conſ. 257. à num. 71. ad 75.* incluſivè, *tom. 3.* † Iiſdem ra- 52
tionibus de Judice præſumitur juſtitiam ipſum feciſſe, D. Salg. *de R. P. p. 4. cap. 12. num. 62.* cum quatuor *ſeqq.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 6. cap. 10. num. 28.* Paz *tom. 1. p. 7. cap. unic.* cum aliis, *num. 15.* Bobad. *lib. 5. Polit. cap. 3. num. 57.* † & ut 53
hujuſmodi legalis præſumptio excludatur; neceſſe eſt quòd adversùs eam offerantur apertiſsimæ probationes luce meridiana clariores, *l. ult. ff. De eo quod met. cauſ.* ubi Gloſſ. & Bald. Speculat. in *t. de Probat. §. ult.* verſ. 5. Alberic. Fulgoſ. Jaſſon. in *6. notab.* in *l. Si extraneus*, *ff. de Condit. ob cauſ.* Abb. in *C. Quia veriſimile*, *de Præſumpt.* Tiber. Decian. *tom. 1. conſ. 53. num. 17.* Roland. *tom. 2. conſ. 83. num. 27.* Bertaz. *tom. 1. Conſ. crim. 2. num. 11.* Pariſ. *tom. 4. conſ. 153. col. 2.* facit etiam *l. Nuptura*, *ff. de Jur. dot. niſi evidentiſsimè contrarium probetur*, reproductis *infr.* dicendis *quæſt. 6. num. 98.* & à *num. 107. & h. q. num. 55.* & prò regula juridica, & communi, nemo vexari in judicio debet abſquè indubitatis fundamentis, & certa probatione, uti per Gloſſ. & Bald. in *l. Si quis alicui*, *C. Ad leg. Jul. Majeſt.* Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. quæſt. 27. & 28.* Maſtr. *deciſ. 249. num. 12. & ſeq.* maximè ſi is de quo inquirendum eſt, aut accuſatio inſtituta, bonæ exiſtimationis, & famæ odorem habeat, *l. Deſertorem*, §. *Sed ſi ex im-*

pro-

proviſo, ubi notat Bart. *ff. de Re Milit.* Bald. in *l. 2. ad fin. C. de Furt.* Gregor. Lop. in *l. 2. t. 1. part. 7. gloſſ. 5. C. Mandata, C. Cum in juventute, de Præſumpt. l. Non omnes, §. A Barbaris*, cum *gloſſ. ff.* de Re *Milit. l. ult. in fin. ff. de Act. & Oblig. l. Deindè, §. Julianus, ff. de Liber. exhib. l. Divi fratres, ff. de Liberal. Cauſ. l. Famoſ.* verb. *Hoc autem, ff. Ad leg. Jul. Majeſt. l. ult.* junct. *Gloſſ. ff. de Quæſtion. l. 3. ff. de Suſpect. Tutor. l. 1. C. Si quis Imperat. maledix.* & prò coronide Boſius in Rubr. *de Indic. & Conſid. ant. tortur. Sunt etiam aliqui, ità de proprio honore, & ejus conſervatione ſoliciti, ut cùm primùm ſe videant incarceratos, nihil aliud agitent niſi quam labem ſit ipſis ea incarceratio allatura, & quæ futura ſit hominum opinio de eis ob ſuſpitionem criminis prò quo detenti ſunt, atquè ità perditis ferè ſenſibus delirant, & videntur ſemi ſtulti, & tamèn erunt innocentes.* Nullibi igitur delictum præſumitur, niſi probetur, *l. Merito, ff. Prò ſocio, l. Cum creditor, ff. de Furt.*

54 † Et ſi accuſſatio pèr ſe ſola ſufficiens non eſt ut accuſatum reum conſtituat, *l. fin. C. de Accuſat. l. Quod ad ſtatum, ff. de Pœn.* Angel. in *l. Athletas, §. Calumniator, in princ. ff. de His qui notant. infam.* Franch. *deciſ.* 330. Maſtrill. *de Indul. cap. 29. num.* 19. & 20. Robit. *t. de Cuſtod. Reor. num.* 4. *pag.* 1. cum aliis ab his relatis Roland. *tom.* 1. *conſ.* 24. *numer.* 61. & 62. Can. *Sciſcitantibus,* 15. *quæſt.* 8. Can. *fin.* verb. *Donec* 3. *quæſt.* 2. *gloſ.* 9. in *C. Qualitèr, & quando, de Accuſſat.* quomodo ſufficiet ſimplex, & extrajudicialis criminis nunciatio Judici facta?

55 Multa ergo prænotanda ſunt ad juſtitiam inquiſitionis maximè contrà Judicem, & ſemèl quòd inquiratur, præ oculis habendum eſt antequàm ad ſuſpenſionem deveniatur, quòd probationes ſint luce meridiana clariores proùt requirit noſtra *l. Regia* 2. *t.* 28. *l.* 11. *t.* 1. *part.* 7. *dict. C. Qualitèr, & quando* in 2. *de Accuſat.* Luc. de Pena in *l. Judices, C. de Dignit.* cum D. Thom. 2. 2. *quæſt. art.* 2. diximus què in *Manif. Leg.* in *Exord.* §. 2. àc dicemus *infr. h. m. quæſt. 6. num.* 105. † cæterùm 56
non tantummodò Judex, sèd qualiſcumque proximus, bonus præſumitur donèc probetur malus, Can. *pen.* 2. *quæſt.* 1. Barboſ. in *Repert. Jur. Canon. col.* 2. *lit.* B. *pag.* 22. ſicut qualiſcumque actus præſumitur verus, licitus, validus, & legitimè factus, *l. Cum te* 9. *l. Cum precibus, C. de Probat.* Bald. in *l. Rogaſti* 11. *§. Si tibi, num.* 19. *ff. Si cert. petat.* Cæphal. *conſ.* 368. *num.* 16. Menoch. *tom.* 1. *conſ.* 343. † propterea 57
ſuſpicio perſonæ requiritur, ut ſpecialis inquiſitio inſtituatur, ex Jul. Clar. *lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 6. *num.* 11. & ultrà ipſam, querela, vèl denunciatio juxtà ipſum in *ead. quæſt.* 6. *num.* 7. *aliàs* (ſunt ipſiuſmet verba) *darentur nimis latæ habenæ inquiſitionibus, ſi poſſent ex ſuo capite contrà omnes inquirere, nulla notificatione, vèl querela, vel diffamatione præcedente, sèd ex ſola ſuſpicione tantùm, quod nullomodo eſt dicendum.* His autèm concurrentibus, alienus ab æquo, & juſto erit Judex qui inquiſitionem facere omiſſerit, & puniri meretur ex *eod.* Claro, *quæſt.* 5. *num.* 1. niſi levia crimina ſint, in quibus inquiſitio fieri non debet, sèd in gravioribus, & publicis, necnon èt contrà infamatum, Alteſſerr. in *Decretal. lib.* 5. *t.* 1. *pag.* 537. & *ſeq.* ubi allegat *cap.* 19. *C. Qualitèr, C. Inquiſitionis, C. Qualitèr, & quando, de Accuſat.*

Nota tamèn quòd inquiſitio generalis regularitèr eſt prohibita ex *Jur. Reg. l. 3. t. 1. lib. 8. Recop.* Nèc obſtat *l. Congruit* 13. *ff. de Offic. Præſid.* ubi J. C. Ulpian. aſſerit non ſolùm non prohibitam eſſe, immò fie- 58

fieri conſulit: ſicut & *l. 38. t. 18. lib. 6. Recop.* verumtamen facilis eſt conciliatio, nàm lex Regia generalitèr loquitur, & in abſtracto regulam univerſis ſtatuendo; Ulp. autèm determinate, & in concreto relativè ad Pręſides Provinciæ, quibus permiſſum eſt, & cuicumque Officiali publico in ingreſſu Officii delicta generalitèr inquirere, & Provinciam, aut populum commiſſum, malis hominibus purgare, ut docent politici omnes, quarè nullo dempto admittunt generalem inquiſitionem in caſu prædicto, qui exceptio eſt ab illa generali regula, Bobad. *lib.2. Polit. cap.13.* pèr *tot.* ſignantèr *num. 46.* Carlev. *de Judic. lib. 1. t. 1. diſp. 2. n. 739. ad med.* verſ. *Primò, quoniam.* Villad. *cap. 5. Inſtruct.* §. 47. pèr *tot.* Valenſ. in *Paratit. Decretal. lib. 5. t. 1. num. 7.* ubi minùs benè allegat prò ſua ſententia *tex. in l. 1.* §. *Qui quæſtionem, ff. de Quæſt.* nàm in eo Ulp. non loquitur de generali inquiſitione delictorum, (de qua quæſtio moveri poſſet) sèd de generali perſonarum, quàm hucuſquè nemo dubitavit fieri deberi quoties quodcumque delictum commiſſum eſt, & ignoratur patrator, ut probavimus *ſup. num. 5. & num. 40.* àc *ſeq.* ea moderatione in interrogationibus ſervata quam variis locis *h. q.* prædiximus ſignantèr in *dict. num. 40.* circ. *princ.* nemine ſcilicèt nominato, sèd in genere interrogando, generalitèr què percontando. Vide conciliationem factam à Bobad. *lib. 4. cap. 5. n. 11.* ex verb. *Las dichas Leyes.*

59 Sin autèm Judices Eccleſiaſtici, illis ſpretis quæ prædiximus à *n. 13. ad 16. & num. 30. ad med.* faciant ſibi regulam inquirendi de quolibet maleficio communi, sèu mixto à Laicis commiſſo, neceſſum erit quòd Sæculares Judices ab illis invocati ad executionem perſonarum, vèl bonorum, auxilium præbere detrectent proceſſus nullitate recognita òb non ſervata quæ ſervanda retulimus in locis proximè allegatis, & ex hinc neceſſum etiam erit quòd ruat concordia juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Sæcularis, quin Laico Judici hoc imputari poſſit, *ſi enim Judicibus* (inquit Clar. *lib.5. §. fin. quæſt.5. num.4. ad fin*) *daretur facultas procedendi ex abrupto contrà omnes ad ſui libitum, poſſent multos indebitè vexare*, quod minimè conſentire poſſunt Laici Judices, cùm illos defendere teneantur, ut probavimus *ſup. in quæſt. 2. numer. 181.* junctis *nn. 20. 21. & 38.*
† nàm ubicumquè juriſdictioni præ- 60
judicium paratur, poſſunt (& utiquè debent) nemine petente providere, ut tenet Avil. in *C. Prætor.20. Gloſſ.* verb. *Juriſdiccion, num. unic.* quàm celerius valeant, nàm præterquam quòd ſi meditaverint poterunt malevoli exiſtimare, conſultò Judicem proceſsiſſe, potiùs ex odio, vèl gratia, quàm ex juſtitiæ debito zelo; eſt valdè opportunum ignem in principio ſcindere, cùm eò tunc, parvus ſit, ut colligitur ex Laurencii Grac. dicto *tom. 2. Agud. y Arte de Ingen. pag. 368 col. 2.* verſ. *fin. todos los principios de las coſas ſon pequeños*; continuò autèm ſi non perimatur creſcit, ut infertur ex Philoſophi ſententia, *lib.1.de Cælo, text.33.parvus error in principio multiplicatur in fine*, & diximus in *Manif. Leg.* §. *1. p. 1. numer. 5. in fin.* & ſemèl re intellecta, executio non debet retardari, nèc moras pati, ut præcepit *Joſaphat* Rex Iſraël Judicibus à ſe conſtitutis illos admonens de ſervanda juſtitia ſinè perſonarum acceptione, *2. Par. 19. verſ.7. & cum diligentia cuncta facite, & verſ. 11. in fin. Confortamini, & agite diligentèr, & erit Dominus vobiſcum in bonis.* Ecclì. *4. verſ. 34. Noli eſſe remiſſus in operibus tuis*, & docuit Grac. in *dict. tom. 2. pag. 380. col. 1. in princ. La inteligencia debe ir ſiempre hermanada de la diligencia, porque eſta executa*

promp-

prompta, lo que aquella detenida medita, y corona una diligente execucion los aciertos de una bien intencionada atencion : : infeliz es la grande inteligencia ſin execucion : : la inteligencia , y la diligencia todo lo vence , & pag. 363. col. 2. in princ. *la preſteza es madre de la dicha*, & pag. 382. col. 1. *el ſaber las coſas , y no obrarlas , no es ſer Philoſopho ſino Gramatico*; nèc ſempèr ſe offert occaſio, Eccleſ. 8. *verſ. 6. Omni negotio tempus eſt , & opportunitas* , quamobrem ea oblata, omittenda non eſt nèc prætereunda, ex *eod.* Grac. *pag.* 360. *col.* 1. *in fin.* & quanquàm non ignoramus Correctori cuidam imputatum fuiſſe , celeritèr providere conſueviſſe in arduis , àc gravioribus negotiis; etiam tamèn ſcimus , quòd in negotiis magni momenti inſolita ſollicitudo exigitur , juxtà Bald. in *l. Ex hoc jure, num.* 5. *ff. de Juſt. & Jur. Ad tàm magna judicia habeo oculos nictoracis* , & quòd quandoquè oportere ſolet aſquè retardatione providere, *l.* 1. *ff. de Exercit. act. in fin. interdùm locus , tempus non patitur ple-*
61 *nius deliberandi conſilium*, † & ìtèm, quòd in operibus , dumtaxàt inſpici debet eorum perfectio , quin minimè ſit curandum àn citò , àn ſerò ſint facta, ut firmat idem Grac. *pag.* 363. *col.* 2. & prætereà ſcire calumniatores poterant , quòd in maxima difficultate augetur acuminis perſpicatia, ex *eod. pag.* 364. *col.* 2. & quòd in majori vinculo , ſivè preſſura, ſolutio major, juxtà *eund. ibid.* quæ quidem Dei gratia in nobiſmetipſis experti ſumus ità eveniſſe , & maximè procedunt in juriſdictionis cauſa , quæ ità privilegiata eſt , quòd quilibet de populo pars legitima æſtimatur , quia popularis cauſa eſt ſecundùm Avil. in *C. Prætor.* 20. *Gloſſ.* verb. *Rememediado* , *num.* 1. ut latius probavimus *ſup. quæſt.* 2. *num.* 192. & inquiſitio fieri poteſt ſupèr uſurpatione juriſdictionis , & regaliæ , aut præeminentiæ , D. Creſp. *p.*1. *obſerv.* 4. *à num.* 236. *ad* 244. quæ omnia exigunt à Judicibus maximam diligentiam, quod abs dubio facient ſi præſeferant , quòd cùm Apoſtolus inſtrueret Romanos qualitèr omnia ordinare deberent ad proximi utilitatem ad eum modum quo corporis faciunt membra , ſic illos , & nos quoquè in ipſis docuit , *cap.* 12. *verſ.* 8. *Qui præeſt in ſolicitudine.*

Nè igitur præjudicium vaſſallis 62
Laicis forte inferatur ex inquiſitione Eccleſiaſtici Judicis , (ut dicere cœpimus hoc §.) in quo Regiæ Juriſdictioni injuria afferretur , quod pati à Sæculari Judice nequit, præ ſe gerere debet ipſe , quòd ſi invocetur ad executionem quandam ab illo , non tenetur ſtare illius proceſſui , niſi in cauſa hæreſis , sèd cognoſcere valet àn illius ſententia executionem mereatur, juxtà *eund.* Avil. in *dict. cap.* 20. *Gloſſ.* verb. *Uſurpan num.* 20. *ut latè diximus ſup. quæſt.* 2. *num.* 9. 10. 23. 32. *&* 35. cum antecedentibus *ibid. & Memb.* 2. *quæſt.* 1. pèr *tot.* & quòd nullatenus adſtrictus eſt injuſtè latam ſententiam exequi , ex *eod.* Avil. ubi proximè , *num.* 19. & dictum relinquimus in *dict. quæſt.* 2. *num.* 11. 19. 30. *&* 34. † & etiam, 63
quòd ſinè ipſius auxilio nequit Eccleſiaſticus Laicos capere , nèc eorum bona ſequeſtrare , ut defendit idem Avil. in *cap.* 2. *Gloſſ.* verb. *Juntaràn*, *num.* 12. & in *dict. cap.*20. *Gloſſ. dict.* verb. *Uſurpan* , *num.* 1. & latè diximus in *ead. quæſt.*2. *à num.* 2. 3. 7. *à num.* 41. *ad* 50. *& à num.* 139. uſq. ad 143. & deindè , quòd poteſt ſuam juriſdictionem defendere pœnali judicio , mulctas etiàm in Clericos inferendo, ex ſententia Avil. in *cap.* 3. *Gloſſ.* verb. *Juriſdiccion*, *n.* 3. & Aufrer. *de Poteſt. Sæcul. ſupèr Eccleſ. tom.* 11. *in tract.* DD. *num.*23. *pag.* 331. ut latius videre eſt in *dict. quæſt.* 2. *num.* 61. 98. 102. & melius in *Memb.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 23. &

me-

melius *num.* 46. àc in *Præfat. n.*61. tamètſi ſint à ſua juriſdictione extranei, alteriusquè territorii, juxtà *eund.* Avil. *dict. loc. num.* 8. & armis materialibus reſiſtere, ut ipſe defendit in *dict. cap. & gloſſ. num.* 1. & 2. àc tenet Villad. in *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 3. *num.* 14. *pag.* 162. Utinàm autèm nèc ullo unquam caſu ad quidquam horum devenire neceſsitas poſtulet, ut in Domino ſperamus.

QUÆSTIONIS IV.

SUMMARIUM.

1 *Utrum Epiſcopus privativè cognoſcat de Cauſis Canonicorum, àn accummulativè cum conjunctis à Capitulo deputatis?* num. 1.

Jure communi ad Capitulum pertinebat Canonicorum correctio monente ad ipſam Epiſcopo intrà terminum ab eodem præfiniendum, & ceſſante Capitulo correctio debolvebatur ad Epiſcopum, ibid.

Epiſcopus, vèl alius Prælatus tenetur in arduis conſenſum Capituli expectare, ibid.

2 *Epiſcopus, & Capitulum conſtituunt unum corpus morale, & unam Eccleſiam*, num. 2.

Non decet caput à membris recedere, nèc membra reputari à capite aliena, ibid.

Monſtruoſum eſt ſinè capite corpus, ibid.

3 *Quædam fit reflexio intèr verba S. Concilii* Trid. *& verba P. Pirhingii, ut verus illorum ſenſus non defraudetur; & exprimitur*, numer. 3.

Omnes illi Clerici qui non obtinent Dignitates, nèc ſunt de Capitulo, Epiſcopo ſubjiciuntur in cauſis Eccleſiaſticis jure novo Concilii Trid. *non obſtantibus privilegiis quibuſcumque, nèc cooſuetudine etiàm immemoriali*, ibid.

Epiſcopus hodiè, correcto antiquo Jure per Concilium Trid. *viſitare, & corrigere poteſt Capitula Cathedralium, & earum perſonas authoritate Apoſtolica; ità tamèn ut cum Conjunctis à Capitulo deputandis initio cujuslibet anni, proceſſum inſtituat, & decernat*, ibid.

4 *Regula communi non tenetur Epiſcopus Capituli conſenſum expectare cùm procedit authoritate Apoſtolica*, num. 4.

Limitatio præcedentis communis regulæ eſt ſi proceſſus ab Epiſcopo fulminetur contrà Capitulum Cathedrale, ſivè ipſius Canonicos, ibid.

Canon 4. ſeſſ. 6. de Reform. *Epiſcopo tribuit authoritatem Legati Apoſtolicæ Sedis cùm viſitationi incumbit*, ibid.

Canon 6. ſeſſ. 25. de Reform. *facit mentionem Canonis* 4. ſeſſ. 6. eod. *& formam procedendi cum Conjunctis Epiſcopis præſcripſit*, ibid.

Declaratur vis verborum: ità tamen, *& verbi*: teneatur, ibid.

5 *Epiſcopus, nihil poteſt in Jure communi Pontificio, niſi in caſibus ſibi permiſſis*, num. 5.

Epiſcopus diſpenſare nequit ſupèr aliqua conſtitutione conciliari, ibid.

Argumentum elicitur contrà Epiſcopos, ut nihil attentare præſumant adversùs formam à S. Concilio Trid. *præſcriptam*, ibid.

Conſ-

Conſtitutionis generalis Decreta egent expreſſa derogatione, ibid.

Authores referuntur noſtram ſententiam tenentes, ibid.

Ratio præbetur òb quam ſuccintè hanc quæſtionem egerimus, ibid.

Jurgia intèr Epiſcopum, & Capitulum Rempublicam turbant, & hoc maximè cavendum à Laicis Judicibus, & quibuſvis aliis, ibid.

QUÆSTIO IV.

UTRUM EPISCOPUS PRIVATIVÈ cognoſcat de Cauſis Canonicorum, àn accummulativè.

1 CUM in proxima quæſtione egerimus de Inquiſitionum materia, àc etiam de ſtylo, & forma fulminandi proceſſum per viam inquiſitionis, dubitandum nùnc venit ex debito juris ordine, àn Epiſcopus poſsit contrà Canonicos unum, vèl plures procedere, & inquiſitionis proceſſum privativè, & pèr ſe ſolus ſecundùm Canones inſtituere, atquè punire, ſeu ulciſci, & judicare; (ut cum verbis omnibus *noſt. text.* loquamur) àn accumulativè, & ſimùl cum Capitulo, ejuſdem què Conjudicibus deputatis. P. Pirhingius in *Jus Canon.* §. 3. *n.* 53. *h. t.* aſſerit jure communi pertinuiſſe ſimùl ad Epiſcopum, & Capitulum; & quanquàm nullo jure probat, eſt utiquè vero verius, & expreſſum in *C. Irrefragabili* 13. *de Offic. Jud. Ordin.* & tenet Alteſerr. in *Decretal. lib.* 1. *t.* 31. *pag.* 188. & Caniſ. in *Jus Canon. lib.* 1. *t.* 13. *pag.* 72. & hoc ideò erat, quia Epiſcopus, vèl alius Prælatus tenetur majora, & magis ardua negotia tractare, & expedire cum conſenſu Capituli, ut etiàm eſt in jure deciſſum *cap.* 1. *de His quæ ſiunt à Prælat. ſinè conſ. Cap.* Clement. 1. *& ult. de Reb. Eccleſ. alien. vèl non.*

Rationis prædictæ ratio eſt, quia Epiſcopus, & Capitulum conſtituunt unum corpus morale, unamquè Eccleſiam, & non decet caput à membris recedere, nèc membra reputari à capite aliena, Can. *Non decet* 12. *diſt. cap.* 19. §. 1. *de Elect. & elect. poteſt.* Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 13. *num.* 14. nàm monſtruoſum eſt ſine capite corpus, juxtà Ludov. Meneſes Comitem vulgò *de La Ericeyra*, in vita Georgii Caſtriot. *lib.* 1. *pag.* 4. *in fin.* sèd de jure novo Concilii *Trid.* correctum fuiſſe jus commune, ait *dict.* Pirhing. poſſe què Epiſcopum viſitare, & corrigere Capitula Eccleſiarum Cathedralium, illorum què perſonas, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, & exemptionibus quoties opus fuerit, & hoc ampliatum fuiſſe in Canon 6. *ſeſſ.* 25. *de Reform.* 2

Advertere tamèn nòn ſivi *dict.* Pirhingium ſilere, cautè proviſum hoc fuiſſe in eadem Concilii diſpoſitione, de illis perſonis quæ non obtinent Dignitates, nèc ſunt de Capitulo, uti notum eſt in *ſeqq.* verbis: *Qui verò non obtinent Dignitates, nèc ſunt* 3

ſunt de Capitulo, hi omnes in cauſis Eccleſiaſticis Epiſcopo ſubjiciantur, non obſtantibus, quoàd ſupradicta, privilegiis, etiàm ex fundatione competentibus, nèc non conſuetudinibus immemorabilibus, &c. Veruntamen contrà Capitula Cathedralium, & Collegiatarum, earum què perſonas nullatenus poteſt, ex præallegato *Can. 6.* pèr illa verba: *Ità tamen: ut Capitulum initio cujuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus, vèl ejus Vicarius, tàm in formando proceſſum, quàm in cæteris omnibus actibus uſquè ad finem cauſæ incluſivè procedere teneatur, &c.* Vide in Bull. 2. *not. ad* §. 16.

4 Nèc obſtat ſi dicatur, quòd cùm Epiſcopus procedit authoritate Apoſtolica, id eſt, tanquam Delegatus Apoſtolicæ Sedis, non tenetur Capituli conſenſum expectare, ut notat P. Pichler in *Jus Canon. lib. 3. tit. 10. num. 3.* cum Barboſ. quem allegat, nàm hujus communis regulæ exceptio eſt, limitatio prædicta à S. Concilio ordinata, quia *Canon 4. ſeſſ. 6.* ad quem refertur ſupradictus *Canon 6. ſeſſ. 25. de Reform.* illius mentionem faciendo, aſſerit procedere poſſe Epiſcopum etiàm authoritate Apoſtolica contrà Capitula, & eorum perſonas, & quin hoc minimè obſtaret, præſcripta ibidem illi fuit procedendi forma, & modus in antecedenti *num.* relatus, cum adjunctis ſcilicèt, ut conſtat ex verbis Concilii ad literam tranſcriptis, conditionem ſinè qua non, abs dubio exprimentibus, nàm illud diſpoſitionis genus, & loquendi formula habet clauſulam irritantem, ſi alitèr faciat Epiſcopus, inhærentem verbis illis: *Ità tamèn*, & illi: *Teneatur*, quorum eſt vis magna, ut de verbo iſto videre eſt in Bull. *Alias nos 1. infr. not. 1.* ad §. 9. & in ſumma Epiſcopus probare non valet ex S. Concilio affirmativam; àt nos probamus negativam.

5 † Cùm igitur Epiſcopus nihil poſſit in Jure communi Pontificio niſi in caſibus ſibi permiſſis teſte Pirrho Conrado *Diſpenſat. Apoſt. lib. 2. cap. 1. numer.* 15. & diſpenſare nequeat supèr aliqua Conſtitutione Conciliari juxtà *eund. cap. 5. num.* 8. quomodò adversùs Tridentini Sanctam ordinationem devenire valebit, aut eandem frangere attentabit quovis prætextu? Nàm conſtitutionis generalis Decreta egent expreſſa derogatione ex *eod.* Pirrho *dict. numer.* 8. & Gracian. ab eo allegato, *Diſcept. Forenſ. cap. 397.* Garc. *de Benef. part. 4. cap. 5. num. 30.* Azor *Inſtit. Mor. lib. 5. p. 2. cap.* 14. Noſtram amplexi ſunt ſententiam *dict.* P. Pichler. *lib. 3. t. 10. num. 3. col. 1. in fin.* Alteſerr. & Caniſ. in locis *num.* 1. expreſſis, Valenſ. *in Paratit. Decretal. eod. lib. 3. t. 10. numer.* 5. cum aliis ab eiſdem productis; & hæc quamvis pauca prò hujus quæſtionis cognitione ſufficiant, cùm temporalis juriſdictio, quam concordare intendimus cum Spirituali, aut potiùs earundem Præſules, certaminum motivos removendo, in hujuſmodi negotiis non immiſceatur, proptereà què abſit caſus in quo illius concordia cum prædicta Eccleſiaſtica periclitetur: hoc tamèn non obſtanti ſi jurgia intèr Epiſcopum, & Capitulum hac de cauſa oriantur, Reſpublica turbabitur, quod maximè à Judicibus quibuſcumque cavendum eſt, docente Avil. *in cap. Prætor. 46. Gloſſ.* verb. *Regir*, *num.* 1. & diximus *ſup. quæſt. 2. ex n. 59.* cum *ſeqq.*

QUÆS-

QUÆSTIONIS V.

SUMMARIUM.

1 *Qualitèr ſint accipienda* noſ. text. *verba* : Secundùm quod Canones cenſent? & *methodi nexus oſtenditur* ; n. 1.

Quædam refellitur Gonz. Tell. expoſitio, ſub num. 1. & ſeqq.

2 *Rationi potius adhærendum quàm authoritati DD.* num. 2.

3 *Verus exprimitur ſenſus verborum noſ. text.* num. 3.

Abſurdi vitandi cauſa verba impropiari debent , & veriſimilis mens legislatoris attendi , ibid.

Semper cenſendum eſt conſtitutionem loqui in terminis habilibus , ibid.

Voluntas magis quàm verba plerumque intuenda eſt , ibid.

Ad rectam quorumcumque verborum intelligentiam attendi debet natura rei cui adaptantur , atquè ſecundùm ſubjectam materiam, ibid.

Materia conſtitutionis , aut cujuſvis diſpoſitionis ad ſe trabit conſtituentis , aut diſponentis voces, ibid.

Qui tantùm verba ſectatur , nihil habebit , ibid.

4 *Judex quicumque eſt executor , & miniſter ſuarum reſpectivè legum*, num. 4.

Judex adſtrictus eſt ad obſervandum legum tenorem , ibid.

5 *Leges omnes obligant in conſcientia ſubditos , & ab eis recedere non licet æquitatis prætextu* , num. 5. & *quæſt.* ſeq. *ſub.* num. 2.

6 *Legis definitio traditur* , num. 6.

7 *Eccleſiaſticus , aut Laicus Judex temperare non poſſunt Canonum, aut Legum rigorem* , num. 7.

Fruſtrà leges ſcriberentur ſi Judicibus liceret æquitatis prætextu ab illis recedere , & arbitratu ſuo æquitatem fingere ; ibid.

Solus Princeps poteſt crimina, & pœnas remittere ; aut has commutare , ibid.

Judices ſervi ſunt legum , non Domini , ibid.

Leges non dant Judici facultatem arbitrandi, sèd obediendi, ibid.

Ille melior Corrector eſt qui melius legibus obedit , ibid.

Qui legis exequitur præcepta, juſtè ; & honeſtè facit , ibid.

Bonus Judex non de legibus , sèd ſecundùm leges judicare debet, ibid.

8 *Solus Princeps epichejam contrà legis rigorem arbitrare poteſt* , n. 8.

Judex non debet eſſe clementior Lege ſecundùm æquitatem ſibi benè viſam , ibid.

Ejus eſt interpretare , & diſpenſare ; cujus eſt condere ; ibid.

Si ex Judicis arbitrio leges penderent , nihil certum in Jure dari poſſet , ibid.

Judex non debet ſtrictè legem interpretare , nèc ab illius mente diſcedere ipſi potius inſiſtens quàm verborum cortici , ibid.

Quid ſit ſtrictum jus , & quid æquitas ? ibid. remiſ.

Cum lex perſpicua eſt ; non eſt ambigendum de ejuſdem literali executione ; tametſi dura , & aſpera ſit , eò quòd ità ſcripta eſt, ibid.

Judex cavere debet nè ſcandalum ponat in æquitate ſua , ibid.

Hodiè gravis culpa in Judicibus eſt leges ſervare , ibid.

9 De-

9 *Defenditur noſtra ſententia in* n. 3. *relata*, num. 9. & ſeq.

10 *Quoties idem ſermo duas acceptiones habet, veriſimilior, & tutior, àc magis conſona materiæ eſt eligenda*, numer. 18.

Veriſimilitudo comparatur expreſſæ diſpoſitioni juris, ibid.

Contrà veriſimilitudinem efficatior probatio requiritur, ibid.

QUÆSTIO V.

UTRUM VERBA NOST. TEXT. ſecundùm quod Canones cenſent, *ſic accipienda ſint, ut importent inquirendi facultatem, àn referantur ad Canones inquirendi formam præſcribentes.*

Inquiſitionis materiam inſequendo, miror non ſatis me dixiſſe tamètſi non pauca in antecedentibus quæſtionibus ſim locutus, maximè cùm Pontifex uno dumtaxàt verbo (ut ità dicam) inquirendi formam ſummatim expreſſerit in illis:
1 *ſecundùm quòd Canones cenſent*: † propterea tamèn, meo videri, dubium exurgit, qualitèr prædicta verba ſint accipienda. De illis nùnc agi oportere putamus, nè inquiſitionis cæptum tractatum ſcindamus, & ſimùl quia poſt hucuſquè acta, continuò in *noſt. text.* ſe offerunt memorata verba: *ſecundùm quod Canones cenſent*, quæ quidem Gonz. Tell. in Notis ad ipſum *text.* aſſeruit non accipi deberi ità ut hunc ſenſum reddant, quòd Epiſcopi in inquiſitione debeant formam Canonum ſervare, & ab ea non recedere, sèd verius exiſtimaſſe, verba hæc eſſe referenda ad Canones illos in quibus facultas inquirendi, & puniendi adulteria, & ſimilia ſcelera Eccleſiaſtica, vèl mixta datur Epiſcopis, ità ut ſenſus ſit eos incitare ad obſervationem Canonum inquirendi, & puniendi poteſtatem tribuentium; cujus *Doct.* non conſentaneæ interpretationi non aſſentimus, nàm ſi prædicto ſtrictiori, àc invito ſenſu, hujuſmodi verborum intellectus accipiatur, palàm detegitur animus extendendi juriſdictionem Eccleſiaſticam, non ſinè magno præjudicio, quoniam hac doctrina ductus aliquis Judex minùs cautus quàm oportet, alicere ſibimetipſi poſſet, & fortè ſuaderi, ipſum non teneri formam juridicam, in *quæſt.* 3. relatam ſervare, ſed arbitrariam exiſtimare illam, utpotè ab ea recedere intendit Gonz. quæ temperamentum præſcribit, àc continet.

Indulgeat tanti *Doct.* magnitudo, & fulgens authoritas, quoniam mentem velare non debemus ad inſequendum cæcitèr aliorum veſtigia, sèd veritatem deligentèr quærere, ut doctiſsimè ſubtili què ſuo more in pari caſu exclamavit Illuſtriſsimus D. *Don Petrus Joannes de Alſaro*, mihi ſemper dilectiſsimus, àc venerandus Regius Conſiliarius in Supremis Cameræ, & Caſtellæ Senatibus, 2

cùm in Regio Patrimonii Conſilio eſſet Fiſci Patronus in quadam allegatione Fiſcali, *num.*58. *pag.*10. quàm in lucem prodiit die 12. *Decembris* anno 1732. adversùs D. Fiſci Patronum Supremi Conſilii S. Inquiſitionis ſupèr reverſione quorundam publicorum Officiorum ad S. M. ejusquè Regium Patronatum proptèr crimen læſſæ Majeſtatis Divinæ commiſſum à quibuſdam reis in Granatenſi Regno degentibus, illa què poſſidentibus, & diximus *ſup. quæſt.* 2. *à num.* 195. uſquè ad 198.

3 Quamobrem, quamvis parvulus, utilius eſſe judico, verba illa talitèr intelligi, ut ſaniorem ſenſum reddant, & Canonibus, àc Legibus magis conſonum. Sciant igitur Judices Eccleſiaſtici, quòd cùm illis à *noſt. text.* Capite inquirendi, puniendi, & judicandi poteſtas confertur, reſilere non debent à Canonum præceptis, id eſt, ab inquirendi forma à Canonibus præſcripta; & nè forte e[illegible]viſcantur hoc neceſſario, àc perquam utili temperamento liberæ poteſtatis, quæ à *noſt. text.* illis conceditur, & cujus verba retulimus, àc expoſſuimus in *Init. à num.* 4. oportuit Canonicam diſpoſitionem ità Pontificem retuliſſe, àc decreviſſe; & hic eſt verus ſenſus juxtà lecturam, *Gloſſ.* in *dict. verb. num.* 60. cui DD. conſentiunt: jubent enim Canones, & Leges formam ſervandam in inquirendo, judicando, & puniendo: Et ſi neceſſum ſit, abſurdi vitandi cauſa verba impropriari debent, & veriſimilis mens legiſlatoris attendi, *C. Præterea*, *de V. S. l. Scire leges, ff. de Legg.* Gonzal. *ad Regul. Cancell.* 8. *gloſſ.* 48. *num.* 56. Mantic. *de Conject. lib.*3. *t.* 3. *num.* 19. atquè in terminis habilibus sempèr loqui conſtitutionem cenſendum eſt, Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. q.*34. *n.*18. ut latius dicemus *infr. in Bull.*1. *not.* ad §. 14. & videri apud Guid. Papæ licet, *quæſt.*548. *num.* 1. & 2. Porrò voluntas magis quàm verba plerumquè intuenda, eſt *l. Cum virum* 16. *C. de Fideicomiſ. l. Filios* 16. *C. Famil. hercisc. l. Si quis* 9. *C. Quæ res pignor. l. Si quis* 3. *C. de Liber. præterit.* etiam impropriando verba Alex. in *l. Hæredes mei*, §. *Cùm ità*, *ff. ad Trebell.* Rubeus, *conſ.* 135. *in fin.* Robit. *conſ.* 40. *à num.* 5. Ciriac. *controv.* 552. *n.* 99. attentâ natura rei cui adaptantur, & ſubordinantur, atquè ſecundùm ſubjectam materiam, quæ voces conſtituentis ad ſe trahit, *l. Emancipati* 36. *ff. de Adopt.* & ibi *Gloſſ.* verb. *Loc. l. Promittendo* 46. ibi què *Gloſſ.* verb. *Conditionis*, *ff. de Jur. Dot.* Laſſart. *de Gabell. cap.* 4. *num.* 36. Girond. in *eod. tract. p.* 11. *num.* 28. Grac. *de Expenſ. cap.* 23. *num.* 19. D. Franciſcus à Pont. *conſ.* 63. *num.* 63. Proverb. 19. *verſ.* 7. *Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit.*

Uterque autèm Judex tàm Eccleſiaſticus, quàm Sæcularis eſt miniſter, & executor ſuarum reſpectivè legum, & ad illarum tenorem ſervandum æquè adſtrictus itèm eſt *cap.* 1. *de Re Judic.* in 6. Clem. 1. §. *Verum de Hæret. l. Ne no* 13. *C. de Sent. & interloc.* Novell. 21. *cap.* 2. Novell. 25. §. *ult.* & Novell. 19. *cap.* 1. Auth. *Jubemus*, & Auth. *Sèd hodiè*, *cap. de Judic.* Princ. *Inſtit. de Offic. Jud.* Chriſtin. *tom.* 1. *deciſ.* 9. Donell. *lib.* 29. *Comment. cap.* 2. Bodin. *lib.* 3. *de Repub. cap.* 4. *numer.*289. Tiraquel. *de Retract.* §. 35. *num.*31. Revard. *lib.* 5. *Var. cap.* 8. Petrus Fab. *ad t. de Orig. Jur.* Auſen. *de Jur. Jur. cap.* 7. Oſuald. ad Donell. *lib.* 24. *cap.* 3. *lit.* C. Laurent. Grac. *tom.* 2. *Agud. y Arte de Ingen. pag.* 321. *col.* 1. *in princ.* 4

Leges namquè omnes obligant ſubditos ejus à quo ſunt conditæ, & ab eis recedere non licet æquitatis prætextu, Paulus ad Rom. 3. *v.* 19. *Scimus quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege ſunt, loquitur,* 5

l. Leges ut generales 3. *C. de Legg.* Hunnius in *Notis* ad Treuler. *tom.* 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 36. D. Covarr. *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. §. 7. & in *Regul. Peccatum*, *p.* 2. §. 5. *à num.* 2. *ad* 4. & dicimus in quæſt. *ſeq. à num.* 2.
6 *ad* 6. † Undè lex dicitur commune præceptum, communis ſponſio cui omnes obtemperare debemus, *l.* 1. *&* 2. *ff. de Legg.* Oſuald. ad Donell. *lib.* 1. *Comment. cap.* 16. *lit. D.* D. Solorzan. *Emblem.* 69. vide in *quæſt. ſeq. à n.* 2. *ad* 6. & in *Præfat. n.* 61.

7 Propterea Judices omnes debent adamuſsim ſervare, & exequi leges tàm Canonicas, quàm Civiles reſpectivè, illarum què pœnas, quas moderare, aut temperare non valent, *cap.* 1. §. 1. *de Re Jud.* in 6. D. Auguſtin. *lib.* 12. *de Civit. Dei*, *cap.* 4. *& lib.* 13. *de Trinit.* S. Baſil. *Homil.* 26. *de Mart. Manent.* facit Levit. 19. *verſ.* 19. Ant. Fab. in *Juriſprud. tit.* 5. *princ.* 2. *Illat.* 2. *Prætextu æquitatis legibus illudere.* Illiger. *lib.* 26. *Comment. Jur. cap.* 3. *lit.* F. *Fruſtrà leges ſcriberentur ſi Judicibus ab illis recedere, & prò arbitrio æquitatem fingere liceret*, Gracian. *tom.* 4. *Diſcept. cap.* 639. D. Salg. *de Retent. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. Ant. Sabel. *Diverſor. tract. tom.* 1. §. 15. *num.* 39. Carrer. *Prax. Crim. in tract. de Homicid. n.* 15. *&* 18. *pag.* mihi 502. D. Math. *de Re Crim. controv.* 21. *num.* 27. *l.* 9. *t.* 1. *l.* 62. *cap.* 10. *t.* 4. *lib.* 2. *l.* 27. *t.* 6. *lib.* 3. *l.* 21. *cap.* 6. *t.* 21. *lib.* 5. *l.* 14. *&* 17. *cap.* 5. *t.* 26. *lib.* 8. *Recop.* & in *remiſsionib. ad fin. t.* 9. *lib.* 3. *ejuſd. Recop. num.* 23. Aut. 5. *cap.* 1. *in fin.* Aut. 7. & 10. *cap.* 1. *t.* 21. *lib.* 5. quia remiſsio criminis, ſicut, & pœnarum, aut earum commutandarum poteſtas ſoli Principi competit, D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 5. *num.* 2. *&* 6. èt verò Judices, ſervi ſunt legum, non Domini, D. Solorz. *lib.* 2. *de Jur. Indiar. cap.* 7. *num.* 21. Petrus Gregor. *Sintagmat. Jur. cap.* 1. *num.* 7. *& cap.* 5. *de Conſtit.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 10. Paz in *Prax. tom.* 1. *temp.* 6. *num.* 45. neque leges dant Judici facultatem arbitrandi, sèd obediendi, Seſſe *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 1. §. 2. *num.* 32. ità ut ille præ cæteris melior Corrector ſit, qui melius legibus obedierit ex Xenofont. *lib.* 4. *de Fact. & dict. Socrat.* & altius Sap. 6. *verſ.* 19. *in fin. Cuſtoditio autem legum, conſummatio incorruptionis eſt*: quicumque igitur ea fecerit, quæ leges præcipiunt, juſta, & quæ decet faciet, ut firmat Plato *lib.* 4. *de Legg.* ſic què bonus Judex non de legibus, sèd ſecundùm leges judicare debet, Dartiſ. *Comment. in Decret. p.* 1. *pag.* 6. *col.* 2. *lit.* D. & facit Prover. 28. *verſ.* 7. † 29. *verſ.* 18. in *fin.*

Hinc cognoſces, quòd ſolus Princeps, atquè ipſius Supremum Conſilium epichejam contrà legis rigorem arbitrare poſſunt, *l.* 1. *C. de Legg.* D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 6. Valer. *de Different. utriuſq. For.* in verb. *Interpretatio, different.* 1. *n.* 1. (tamètſi ſoli Principi competere videatur ſi prævaluerit Conſtitutio *Imp.* Juſtiniani in *dict. lib.* 1. *C. de Legg.* ſtrictè acceptis *ſeqq.* verbis: *Nobis ſolis, & oportet, & licet inſpicere, &c.* cum *l. Si Imperialis* 12. §. 1. verſ. *Si enim*, & in *fin.* Siquidem Princeps eſt lex animata, Ant. Gom. ad *l.* 40. *Taur. num.* 54. verſ. *Octavus modus*, ubi quædam jura producit.) quia Judex non debet eſſe clementior lege ſecundùm æquitatem ſibi benè viſam, D. Mathæu *de Re Crim. Controv. numer.* 10. nàm præterquam quòd ejus eſt interpretare, & diſpenſare cujus eſt concedere, *C. Intèr alia*, *de Sent. Excomm. leg.* 1. *Taur.* circ. *fin.* verſ. *Y mandamos, que quando quier que alguna duda ocurriere en la interpretacion, y declaracion de las dichas leyes*: *recurran à Nos, y à los Reyes, que de Nos vinieren*, &c. Nihil certum jure dari 8

dari poſſet, maxima què abſurda ſequerentur ſi ex Judicis arbitrio leges penderent, ut ratiocinatur *dict.* Valer. quidquid dixerit D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 3. *num.* 62. cum *ſeqq.* & *obſerv.* 5. *num.* 15. quibus convenire non videtur quod ſcripſit *in dict. obſerv.* 1. *num.* 187. & *in ead. obſerv.* 5. *num.* 133. 138. & 139. vide quæ dicemus *infr. h. m. quæſt.* 6. *num.* 41. in *fin.* & *ſeqq.* & quæ in eandem rem allegavimus in *Maniſeſt. Leg.* in *Exord.* §. 3. *numer.* 6. *pag.* 7. Tutior præ cæteris viſa nobis eſt ſententia *Doc.* Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 47. *numer.* 19. & D. Covarr. *tom.* 1. *in Regul. Poſſeſſor. p.* 2. §. 6. *num.* 3. circ. *princ.* ubi ait non licere Judici legem perducere ad strictiorem ſenſum, nèc ab illius mente diſcedere, ſed illæſam ubicumquè ab illo ſervandam fore, illi potiùs ſiſtens, quàm verbis, & practico demonſtrat exemplo, ubi videre poteris quid ſit jus ſtrictum, quid què æquitas illi oppoſita. Verumtamen in *leg. Proſpexit* 12. §. 1. *in fin. ff. Qui, & à quib. manumiſ. liberi non fiunt*, ſequentia leguntur verba: *Quod quidem perquàm durum eſt, sèd ità lex ſcripta eſt*, quibus præcipitur quòd legi quantumcumque terribili, duræ, rigoroſæ, & aſperæ eſt obediendum, aut ſi aliàs fecerit Judex æquitatis occaſione, cùm lex perſpicua eſt, timere meritò poterit quòd ſua æquitas ſcandalum generet, prout dicitur de Judice Eccli. 7. *verſ.* 6. *Et ponas ſcandalum in æquitate tua.* Vide *infr.* in *Membr.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 13. Cæterùm gravis culpa hodiè æſtimatur in Judicibus leges ſervare, juxtà Carlev. *de Judic.* in *poſterior. tom. t.* 3. *diſp.* 2. *num.* 7. in *fin.* & nos atteſtamur.

9 Suadetur quoquè veram mentem *noſt. text.* eam eſſe quam in *num.* 3. expoſſuimus, ex verbis Concilii apud Palatium Vernis ſub Pipino, *Can.* 3. quæ allegat ipſemet Gonz. qui *ſup.* in *Comment.* ad *noſt. text. n.* 4. in hæc verba: *Unuſquiſque Epiſcoporum poteſtatem in ſua Parrochia, tàm de Clero, quàm de Regularibus: : ſecundùm ordinem Canonicum Spiritualem*, &c. nota vim verborum: *Secundùm ordinem Canonicum*, quod idem valet, àc ſi dixiſſet; juxtà ordinem Canonicum, id eſt, à Canonibus præſcriptum. Carol. Magn. *lib.* 6. *cap.* 314. quem etiam allegat *dict.* Gonz. *ibid.* ubi proximè: *Præcipimus, ut juxtà decreta Canonum adulteria, & inceſtuoſa matrimonia, quæ ſunt illegitima prohibeantur, & Epiſcoporum judicio emendentur.* Niſi enim ità eſſet cautè proviſum, Judicibus conſcientiam, aut æquitatem ſuo arbitrio fingere liceret, & à Canonum, Legum què ſtatutis ſe deviare, quod non permittitur, ſed ut in omnibus ſemper procedant illarum tenore duce, & cum illorum, illarum què temperamento.

Deindè, quia quoties idem ſermo duas acceptiones habet, veriſimilior, & tutior, àc magis conſona materiæ eſt eligenda, *leg.* 67. *ff. de Reg. Jur.* & idem inſpici ſolet in obſcuris, *leg.* 114. *ff. eod.* quia veriſimilitudo comparatur expreſſæ diſpoſitioni Juris, Caſtill. *lib.* 5. *Contr. part.* 2. *cap.* 63. pèr *tot.* Aymon Gravet. *conſ.* 61. *num.* 9. Gracian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 878. quapropter contrà veriſimilitudinem efficacior probatio requiritur, *cap. Quia veriſimile* 10. *de Præſumpt.* cum ibi notatis per Abb. Innoc. Felin. & alios DD. & tenet etiam Everard. in *Topic. vèl argum. legalib. loc.* 11. verſ. *Sextò valet.* Souſa de Maced. *Deciſ. Luſit. num.* 11. Bart. in *leg. Non veriſimile* 23. *ff. Quod met. cau.* ità eſt, quòd acceptio verborum *noſ. text. in num.* 3. declarata, veriſimilior, & tutior eſt quàm *Doc.* Gonz. Expoſitio in *num.* 1. relata proptèr periculum *eod. num.* expreſſum: ergo 10

go etiam erit magis conſona materiæ inquiſitionis, àc pèr conſequens præeligenda, & ut communitèr teneatur digna.

QUÆSTIONIS VI.

SUMMARIUM.

1 *UTrum Judex debeat judicare ſecundùm propriam conſcientiam, àn ſecundùm allegata, & probata?* num. 1.

2 *Refertur Joannis Papæ deciſsio,* num. 2.

Leges omnes ſi ſint juſtæ, Juri Naturali, vèl Divino non repugnantes obligant ſubditorum conſcientias, & etiamſi contineant jus poſitivum, & etiamſi pœnales ſint; & quomodo, & quando? & reliqua, ibid.

3 *Quomodo defraudantes Regi juſta tributa, mortalitèr peccant, & ad reſtitutionem in conſcientia tenentur,* num. 3.

Lex mixta etiam obligat tranſgreſſorem ſub peccato mortali, ibid.

Quando lex obliget ſub peccato, quando non? ibid. remiſ.

4 *Lex humana ab æterna derivatur,* num. 4.

Lex eſt à Domino, prævaricatio legis à Diabolo, ibid.

Regum leges à Deo ſunt, ibid. in fin.

5 *Judices ſecundùm leges judicare debent, & ità jurant,* num. 5.

Poſtquam leges conſtitutæ ſunt non eſt noſtrum judicare de legibus, ſed ſecundùm leges, ibid.

6 *Magiſtratus non præeſt legi, ſed lex Magiſtratui,* num. 6.

Magiſtratus non poſſunt legibus derogare, ibid.

In lege non ratio quærenda eſt, ſed authoritas, ibid.

Leges Evangelicis, & Canonicis decretis non contradicentes, omni reverentia dignæ ſunt, ibid.

7 *Judex tenetur privata ſcientia omiſſa, ſecundum Acta publica judicare etiam in cauſa capitali, tàm in foro fori, quàm in foro poli,* num. 7.

8 *Probatur concluſio ex jure Pontificio,* num. 8.

9 *Probatur ex jure Digeſtorum,* numer. 9.

10 *Probatur ex jure Codicis,* numer. 10.

11 *Probatur ex jure Novellarum,* numer. 11.

12 *Probatur authoritate Doctorum,* num. 12.

13 *Decidendi ratio traditur,* numer. 13.

Judex in judicando gerit perſonam publicam, ibid.

Concluſionis fundamenta referuntur, ibid.

14 *Iudex adhibere debet, omnia media moralitèr poſsibilia ad liberandum innocentem,* n. 14.

Judex condemnando reum verè innocentem, ex Actis tamèn convictum, materialitèr dumtaxàt injuſtum agit, ibid.

Judex jure ſuo utendo, nemini facit injuriam, ibid.

15 *Objectio proponitur, & diſſolvitur diſtinctione facta intèr ſcientiam publicam, & privatam.* num. 15.

Scientia privata Judicis, omninò impertinens eſt ad judicandum, ibid.

16 *Quæ concurrere debeant, ut proce-*

cedat concluſio in num. 7. *deducta?* num. 16.

17 *Quotuplex ſit innocentia, veritas, & conſcientia?* num. 17. & 26.

18 *Fulcitur diſtinctio in præcedenti, num. facta*, num. 18.

19 *Una, & eadem perſona diverſas poteſt repræſentationes habere ſub diverſis reſpectibus*, num. 19.

Diverſi unius perſonæ reſpectus operationem diverſificant, ibid.

20 *Quotuplex ſit ſententia?* num. 20.

Qua ſcientia duci debeat Judex in judicando? ibid.

Judex ex privata cognitione juvari poteſt, ut diſtrictius diſcutiat probationes inductas, ut poſſit earum defectum inveſtigare, ibid.

Judex conſcius innocentiæ Rei ex Actis convicti, quid facere debeat antè judicium, & in judicio, ex D. Thom.? ibid.

Judex ſecundum Acta condemnans innocentem, convictum verò non peccat, ibid.

Judex non occidit innocentem, sèd teſtes, qui illum aſſerunt reum, ibid.

21 *Agentis officium primùm eſt ſuam intentionem, ſententiam vè probare, deindè contrariis argumentis ſatisfacere*, num 21.

22 *Argumentum fit contrà concluſionem ex ſententia Pilati adversùs Chriſtum, & ſolutio traditur*, num. 22.

Probatur noſtra concluſio ab inconvenienti, ibid.

23 *Judici àn credendum ſit? & illuſtratur concluſio exemplo Suſanæ*, num. 23.

24 *Tertia fit objecti ab ipſo exemplari, & traditur ſolutio*, num. 24.

25 *Judex teſtis eſſe nequit*, num. 25.

Judici nudè aſſerenti non creditur, ibid.

Unicus teſtis nullam fidem facit, etiamſi ſit proprius Epiſcopus, aut Cardinalis, ibid.

Nulla cauſa decidi poteſt unius teſtimonio quantumvis probatiſſimo, ibid.

Vox unius neque condemnat, neque juſtificat, nèc ſoli Tabellioni creditur, ibid.

Nutio àn ſine teſtibus credatur? ibid.

26 *Judex judicare debet ſecundùm conſcientiam quæ cadit in homine ipſo ut Judice*, num. 26.

27 *Res judicata prò veritate habetur*, num. 27.

Authoritas rei judicatæ prævalet veritati, ibid.

In ore duorum, vèl trium ſtat omne verum, ibid.

Qui omne dicit, nihil excludit, ibid.

28 *Quarta objectio proponitur ex* tex. *Exod.* 23. verſ. 7. num. 28.

Innocens occidi non poteſt nèc in aliquo caſu ſpeciali; & quibus rationibus Judici interſit ità facere? ibid.

Innocens nèc prò pace Civitatis occidendus, ibid.

Melius eſt nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem damnare, ibid.

Promptiora jura ſunt ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, ibid.

29 *Solutio traditur objectionis præcedentis*, num. 29.

30 *Quinta objectio proponitur, & ſatisfactio fertur*, num. 30.

31 *Judex ex Actis judicans juſtè, & ſecundùm veritatem pronuntiat*, num. 31.

32 *Sexta objectio, & ſatisfactio*, numer. 32.

Judex poteſt non adhibere fidem teſtibus ex conjecturis, indiciis, & præſumptionibus, ibid.

Judex poteſt dicta teſtium æſtimare, & dijudicare ex bono, & æquo, ibid.

Arbitrium Judicis regulari debet ſecundum leges, & jura, ibid.

33 *Septima objectio, & ſolutio*, numer. 33.

34 *Exornatur reſponſio*, num. 34.

Judex ſecundùm veritatem judicare tenetur, ibid.

Judex judicare non poteſt pèr indicia quamvis urgentiſsima, ibid.

Veritas judicialis nihil aliud eſt quàm quòd probatum eſt, aut pèr legem præſumptum, ibid.

35 *Octavum argumentum, & reſponſum*, num. 35.

Probatio pèr inſpectionem oculorum ſuperat omnes alias probationes, ibid.

Probatio pèr rei evidentiam, notoria dicitur, & nunquam ſublata cenſetur, ibid.

Notorium notiſsima probatio eſt, & non indiget probatione, ibid.

36 *Nonum argumentum*, num. 36.

Actorum fides pendet à Judicis arbitrio, cui examen commiſſum eſt, ibid.

Judices jurant ſe facturos ſecundum quod æquius, & melius eis viſum fuerit, ibid.

37 *Noſtra traditur ſolutio*, num. 37.

Vox unius, vox nullius, ibid.

Quæ conſiderare debeat Judex in examine probationum ad fidem illis tribuendam, aut enervandam, ibid.

38 *Decimum argumentum, & reſponſum*, num. 38.

Multa in quæſtione facit Judicis arbitrio permiſſa ſunt, ibid.

Judicibus de facto conſulentibus non debent Præſides conſilium impertire, ibid.

39 *Judices inferiores conſulere de facto non debent Superiores, sèd de jure dumtaxàt, & in caſu admodùm dubio*, num. 39.

Quidam alii ſunt caſus in quibus conſuli Superiores poſſunt; & quales ſint? ibid.

Supremum Conſilium mittere ſolet Milites armatos ad inferioris Judicis ſupplicationem, cum ipſius vires non ſufficiunt ad potentes, & ſuperbos continendos, ibid.

40 *Magna culpa eſt in quocumque Judice, maximè in Magiſtratu delicta non punire etiàm levia, & venialia*, num. 40.

Delicta ſi non puniantur augentur, ibid.

Si Judices Superiores non tueantur inferiores, exoſi, & contumelioſi apud ſubditos fiunt, ibid.

Judices inferiores, inferiores vereri à ſubditis debent, & illorum honor etiam in ſuperiorum judicio reſervari, ibid.

Militare auxilium renuitur ab inferioribus peti, ibid.

41 *Proſequitur ſolutio*, num. 41.

Jura juribus ſunt concordanda, ibid.

Judices non poſſunt à legis mente recedere, nec illius verba ad ſummum, atquè ſtrictum, ſivè prædurum trahere intellectum, ibid.

Summum jus, ſumma injùria, ibid.

Judex non debet nimium eſſe juſtus, ibid.

Neſcit gubernare, qui neſcit diſſimulare, ibid.

Judices debent juris rigorem cum æquitate temperare; & quomodo? ibid.

42 *Judex poteſt æquitate quadam flectere duriora legis verba, dummodo legislatoris voluntatem conſervet*, num. 42.

Judex æquitatis rationem ſequi potiùs debet quàm ſtricti juris, ibid.

Judex nequit æquitatis prætextu à verbis legis recedere quantumvis duriſsimis, ſi ipſa, & mens perſpicua ſunt, ibid.

Judex faciens contrà perſpicuam legis mentem, tametſi ex æquitate, faceret contrà legis ſententiam, ipſamquè, non tàm interpretaretur, quàm tolleret, ibid.

Tol-

Tollere legem ſolius eſt Principis, ibid.

Inferior non poteſt eſſe ſeverior, nèc miſericordior lege, ibid.

43 *Quomodo intelligatur id quod dicitur Iudicem judicare debere ſecundùm quod æquius, & melius ei viſum fuerit, ex quadam Auth.* Imp. *Iuſtiniani* ? num. 43.

44 *Exornatur, & defenditur concluſio*, num. 44.

Quot capita, tot ſenſus, & diverſitatem corporum diverſitas ſequitur animorum, ibid.

Naturalis eſt in hominibus diſſentiendi facilitas, ibid.

Variæ ſunt hominum voluntates, ibid.

Si Iudicis arbitrium in legibus interpretandis eſſet omninò liberum æquitatis prætextu, res omnes eſſent ſemper in incerto, ibid.

Ius debet eſſe certum, & non ars incerta, ibid.

Dominia rerum non debent eſſe in incerto, ibid.

45 *Bonus Iudex ſuæ prudentiæ inniti non debet*, num. 45.

Quis dicatur inniti prudentiæ ſuæ ? ibid.

Bonus Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis, ſèd juxtà leges, & jura pronuntiat, ibid.

Iudex potius judicare debet ſecundùm leges quàm juxtà expoſitiones Sanctorum, & DD. ibid.

46 *Civitates poſſunt ſinè muris aliquo tempore conſervari, nullumodo autèm ſinè legibus*, num. 46.

Homo perfectione ſuſcepta optimum eſt cunctorum animalium, peſſimum verò ſi alienus à lege fiat, ibid.

47 *Undecim argumentum proponitur*, num. 47.

Omne quod non eſt ex fide, ſivè contrà conſcientiam, peccatum eſt, ibid.

Deeſt fides ubi ſubeſt conſcientia peccati, ibid.

Quid ſit fides, & quid conſcientia ? ibid.

48 *Fulcitur difficultas*, num. 48.

Qui contrà conſcientiam agit, ædificat ad gehennam, ibid.

49 *Augmentum difficultatis proponitur*, num. 49.

Iudex ſententiam ferre debet juxtà propriam conſcientiam, ibid.

Qui proprium ſequitur dictamen cum recta intentione, juſtitiam facit, & nihil ei poteſt imputari, ibid.

50 *Diſſolvitur argumentum primò*, num. 50.

Quid facere debeat Iudex ſi conſcientia ipſius privata cum publica pugnet ? ibid.

51 *Diſſolvitur argumentum ſecundò*, num. 51.

Quomodo accipiendum ſit quòd Iudex ſententiam juſtè proferre valet, & debet contrà conſcientiam privatam, ibid.

Agens contrà propriæ conſcientiæ dictamen, mortalitèr peccat, ut qui actum agit illud eſſe mortale crimen opinans, tamètſi peccatum in rei veritate non ſit, ibid.

Conſcientia erronea obligat ſub peccato mortali dùm non deponitur, ibid.

Quomodò Acta tutè ſequi poſſit Iudex in judicando declaratur, ibid.

52 *Diſſolvitur tertiò argumentum*, num. 52.

Peccatum eſt quod alitèr fit quàm probatum eſt, ibid.

53 *Ad augmentum difficultatis reſpondetur*, num. 53.

54 *Quartò, & melius reſpondetur*, num. 54.

Iudex nihil facere debet contrà conſcientiam, & contrà juſtitiam in gravamen partis, alioquin variis pœnis ſubjicitur, ibid.

55 *Duodecimum, & ultimum argumentum proponitur*, num. 55.

Definitiva, & legitima decla-

claratio matrimonii licitam facere non poteſt copulam cum ea quam quis privatim certò ſcit non eſſe ſuam conjugem, ibid.

56 *Reſpondetur primò declarando differentiam intèr Judicem, & privatum*, num. 56.

Juſtitia quoàd alium, conſcientia quoàd ſe ipſum eſt conſideranda, ibid.

A diverſis non fit illatio, ibid.

57 *Secunda ſolutio traditur*, numer. 57.

58 *Tertiò, & melius reſpondetur*, num. 58.

Aliæ differentiæ deteguntur intèr Judicem, & privatum, ibid.

59 *Victoria concluſionis canitur*, numer. 59.

60 *Probatur concluſio à ratione, & multa de periculo judicandi ex opinata veritate; & de vi veritatis*, numer. 60.

Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, occidit, ibid.

Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſsimum in jure, ibid.

61 *Nemo eum condemnari poteſt quem ſua privata ſcientia certò novit eſſe nocentem, cùm ex Actis innocens appareat*, num. 61.

62 *Judex inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, sèd ordinem juris ſervare tenetur*, num 62.

Nec Supremi Senatores jus dicere partibus poſſunt ex privata etiam omnium ſcientia, sèd ex allegatis, & probatis; & quare? ibid.

63 *Nemo condemnari poteſt ſinè teſtibus, nèc niſi citatus, & auditus*, num. 63.

Dominus antequam facta Sodomorum puniret, diligentèr veritatem inquiſivit cum fidelibus teſtibus, ibid.

Omnis Chriſti actio, noſtra inſtructio eſt, ibid.

Nolite judicare, & non judicabimini, ibid.

64 *Epiſcopus publicare non debet crimen ſubditi quod probare non potuit, ſèd ſecretò monere*, num. 64.

Judex tamètſi viderit homicidium committi damnare non poteſt delinquentem, niſi fuerit legitimè probatum, ibid.

65 *Chriſtus Dominus tamètſi omnia ei eſſent manifeſta, Judam toleravit, & eum quamvis nocentiſsimum Sacram Cœnam cum innocentibus communicavit*, num. 65.

Nullus antè juſtam probationem condemnandus eſt, ibid.

66 *Quæ ſint ſervanda in judicandis delationibus contrà Judices inferiores?* num. 66.

67 *Exornatur concluſio, & roborantur illius fundamenta*, num. 67.

Nemo occidi poteſt uno contrà ſe dicente teſtimonium, ibid.

Contrariorum eadem eſt ratio, ibid.

Contrariorum contraria deciſſio, ibid.

68 *Refutatur contrarium argumentum*, num. 68.

69 *Aliud argumentum reicitur, & contrariæ ſententiæ fundamenta proſternuntur*, num. 69.

Judex, qui juxtà leges, & jura pronuntiat, religioſus eſt, & Divinæ Juſtitiæ, atquè æterni judicii formidoloſus, ibid.

Nihil tàm ſtudioſum in omnibus rebus invenitur, quàm legum authoritas; & qui ſint boni earundem effectus? ibid.

70 *Quænam perſonæ Gentibus leges dederint?* num. 70.

Præcepta Juris tria ſunt; & quæ? ibid.

71 *Probatur concluſio, ex Jure Canonico*, num. 71.

Cenſura lata contra innocentem ex Actis, non incurritur tamètſi ſit verè nocens, ibid.

72 *Contrarium argumentum refelitur, & quotuplex ſit veritas?* numer. 72.

Pro-

73 *Probatur itèm concluſio à ratione*, num. 73.

Executor tametſi conſcius ſit injuſtiæ ſententiæ, exequi nihilominus tenetur, ibid.

74 *Præoccupatur quoddam argumentum*, num. 74.

Mandatum Judicis iniquum exequendum non eſt, nèc illi contrà jus præcipienti obediendum, ibid.

Principibus obediendum eſt niſi præcipiant contrà Deum, ibid.

Cùm Dominus jubet ea quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt, ibid.

Obedire oportet Deo magis quàm hominibus, ibid.

75 *Solutio traditur argumenti præoccupati*, num. 75.

Mandatum iniquum, ſivè contra jus publicum obediendum non eſt, benè verò mandatum injuſtum contra jus partis, ibid.

Cenſuræ contrà jus expreſſum latæ, ſivè intollerabilem juris errorem continentes, nullæ ſunt, ibid.

Sententia injuſta in authoritatem rei judicatæ tranſacta, jam non injuſta, sèd juſta eſt de juris rigore, & exequenda, ibid.

76 *Appellationis omiſſio turpitudinem purgat quæ ſententiæ inerat; & quarè?* num. 76.

77 *Quæ ſit differentia intèr ſententiam nullam, & injuſtam?* n. 77.

Sententia nulla in authoritatem rei judicatæ non tranſit, nèc ſententiæ nomen meretur, & à proferente revocari poteſt, ibid.

Nullitas ſententiæ opponi poteſt intrà ſexaginta dies ex quo intimata fuit, ex Jur. Reg, ibid.

Delegatus cui commiſſa eſt executio ſententiæ, exequi non tenetur ſi nullitatem agnoverit; & quid facere debeat? ibid.

78 *Delegatus exequi tenetur ſententiam injuſtam, nèc reſcriptum Principis contrà eam recipitur, sèd rei judicatæ ſtandum niſi in criminalibus, & corporali pœna, quam exequi non debet, sèd Superiori referre*, num. 78.

Si ſententia nulla exequi deberet, excuſati eſſent Carnifices qui Martyres occiderunt, ibid.

Miniſtri obedire tenentur ſententiæ, utcumquè injuſtæ; & quarè? ibid.

Miniſtri exequentes ſententiam mortis injuſtam non occidunt, ſed Judex cui exibent miniſterium, ibid.

79 *Judex tenetur perquirere omnia media mortalitèr poſſibilia ad liberandum innocentem; & àn debeat remmittere ad Superiorem?* num. 79.

80 *Judex conſcius innocentiæ Rei ex publicis Actis convicti, àn potius debeat dimittere Officium quàm illum condemnare*, num. 80.

Quicumque damnum dederit ea ratione ductus, quòd ſi ipſe non daret, alius daturus ſit, non excuſatur, sèd ad reſtitutionem, & reparationem damni dati tenetur, ibid.

Unicus teſtis nihil probat tametſi omni exceptione major ſit, ibid.

81 *Reſolutio D. Covarr. præ cæteris tenenda*, num. 81.

Quilibet tenetur ſubvenire proximo nè damnum in bonis, aut in corpore iniquè patiatur, & veritatem denuntiare ei qui prodeſſe poſſit, ibid.

82 *Ultimum argumentum contrà concluſionem proponitur*, num. 82.

Mentire eſt contrà mentem ire, ibid.

Mendacium in judicio, mortale peccatum eſt, ibid.

83 *Traditur argumenti ſolutio*, numer. 83.

Judex cauſam definiens ex Actis rectiſſimè operatur, ibid.

84 *Judex tam inferior, quàm ſuperior in quacumque inſtantia ſecundùm quod ex Actis conſtat judicare debet,*

bet, non juxtà privatam notitiam, num. 84.

85 *Judices omnes judicare debent potiùs attenta veritate ex proceſſu conſtante, quàm juris ſubtilitatibus; & hic eſt ſenſus,* l. 22. t. 4. lib. 2. Recop. *in qua permittitur Superioribus, ut ſola veritate attenta judicent,* num. 85.

Judices inferiores etiam judicare debent ſola veritate attenta ex Jur. Reg. *& quæ hæc veritas ſit?* ibid.

Veritas in judicio aliunde quàm ex Actis apparere non poteſt, ibid.

86 *Multa damna vitarentur ſi veritas judicialis cunctis omnibus præferretur in definiendis cauſis; & quæ ipſa ſint?* num. 86.

Non facienda eſt calumnia proximo, & removendum os pravum, ibid.

Quæ ſint mente tenenda à Superioribus, cum inferiores ſindicantur? ibid.

87 *Facillimum eſt alios accuſare; & quarè?* num. 87.

Calumniantis proprium eſt in crimen vocare omnia, probare verò nihil, ibid.

Religio, veritas, & pietas procùl ſunt à calumniationibus, ibid.

Accuſatores ſæpè non tàm ſatagunt accuſati correctionem, quàm cum illius perditione gloriari odium fundendo, ibid.

Homines hodie non timent, sèd audent, refrixit charitas, & ſuperabundavit iniquitas, ibid.

Hujuſmodi accuſationes à quibus perſonis fieri ſoleant? ibid.

Aſſertio perſonarum magnæ authoritatis validiſsima eſt in contentionibus, & illas non mentiri veriſimile eſt, ibid.

Attrocitas delicti ex quibus creſcat, ibid.

88 *Quibus Judicibus ſit major fides adhibenda?* num. 88.

Nullus paſtor placere lupis, & gregibus ovium poteſt, ibid.

Officialium mutatio ſæpiſsimè appeti ſolet, ibid.

Novitas ſæpè placet, sèd vetus melius eſt, ibid.

Officialis depoſitio magni momenti negotium eſt, & curioſa fieri debet ſcrutatio delationum ad illam tendentium, ibid.

Judex Superior legibus potiùs quàm clamoribus adhærere debet, ibid.

89 *Fama multum mentiri ſolet tàm in approbatione, quàm in reprobatione ſubjectorum,* num. 89.

90 *Vox populi contemnitur in jure, & à politicis,* num. 90.

Vox populi non eſt vox Dei, ibid.

Vox populi magnopere fallitur in celebrandis, aut reprobandis hominibus, ibid.

Ad clamorem facta electio non tenet, ibid.

Vox populi innocentiſsimum Chriſtum Dominum damnavit, ibid.

91 *Vulgi judicium contemnendum,* num. 91.

Vulgi ſententia caret judicio, & non eſt ſine controverſia, ibid.

92 *Judices ob res minimas ſindicari non debent; & quæ irreparabilia damna aliàs ſequantur?* num. 92. remiſſ.

93 *Judices valdè privilegiati ſunt,* num. 93.

Judicis durante officio non poſſunt accuſari, & ſindicari niſi òb delicta, quæ depoſitionis pœnam mereantur, ibid.

94 *Publicus Officialis etiàm ad nutum amovibilis, & tametſi à Vaſſallorum Domino conſtitutus amoveri ab officio non poteſt abſquè legitima cauſa; & quarè?* n. 94.

95 *Idem jus obtinet in Capellanis, & Beneficiatis etiam ad nutum amobivilibus,* num. 95.

96 *Publicus Officialis juriſdictionem exer-*

exercens ſi deponatur, atquè ſpolietur, poſſeſſorium remedium illi competit, & reintegrari debet in expenſis, & damni, ſi ſervire aliquo tempore fuerit impeditus, num. 96.

97 *Judices ſolent prò adminiſtratione juſtitiæ multos habere inimicos*, num. 97.

Impoſsibile eſt omibus complacere, ibid.

98 *Teſtibus contrà Judices fides danda non eſt niſi ſint multi, & conteſtes, àc ab omni macula exceptionis liberi*, num. 98.

Teſtes conjurati nullam fidem faciunt, nec ſingulares probant in ulla cauſa, ibid.

99 *Judex manutenendus eſt in officio donèc expelli mereatur*, num. 99.

Semèl approbatus, abſquè cauſa reprobari non poteſt, ibid.

Judex ſi abſquè cauſa deſtitutus fuerit, reſtitutionem jure petere poterit, ibid.

100 *Munera forent deriſoria, & gratia verteretur in detrimentum, niſi ità fieret*, num. 100.

Officialis æſtimatio minuitur quando ab officio removetur, & occaſio Vulgo datur, ut malè adversùs illum apprehendat, ibid.

101 *Boni Judices ſemper à malis perſequuntur*, num 101.

Regum officium eſt bonos ſublevare, & malos comprimere, calumniæ materiam amputare, & calumniatorem delatorem in talionem damnare; & quarè? & in duplicatis expenſis, & in damnis, aut etiam corporalitèr, ibid. & num. 103.

102 *Calumnioſus accuſator infamis eſt*, num. 102.

Satisfactio æqualis debet eſſe injuriæ; & quarè? ibid.

103 *Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius*, n. 103.

Exercitatus cum inimicorum perſecutionibus, quæ mala patiatur, ex Sacris Literis? ibid.

104 *Calumniator præſumitur denuntiator non probans, maximè ità ſententiente D. Fiſci Patrono*, n. 104.

Reſponſa D. Fiſci Patroni tantam vim in litibus habent, àc ſi eſſet res judicata eidem què æquiparantur, ibid.

Judicium calumniatores ſolent ſucceſſores in officio allicere, & reciprocè blandiri, àc iſti aſſociari cum inimicis primi Judicis prohibente Jur. Reg. ibid.

105 *Judex Superior non poteſt inhibere inferiorem in cauſa ulla ſinè cauſæ cognitione, & citatione, ex* Jur. Reg. num. 105.

Judex Superior non poteſt cauſam in prima inſtantia ad ſe evocare, niſi juſta ſuperveniente cauſa, ibid.

Cauſarum advocatio eſt odioſa, ideoquè reſtringenda, ibid.

Advocatio cauſarum cedit in contumeliam Judicis inferioris qui de cauſa cognoſcit, ibid.

Honor Judicis inferioris attendendus, & reſervandus eſt in Superiorum judicio, ibid.

Judex Superior inhibere nequit inferiorem quouſque conſtiterit appellationi locum eſſe, ibid.

106 *Tot ſunt Reges juridicè, quòt Regna tamètſi in rei veritate unus ſit Supremus Dominus, & tot etiam ſunt juriſdictiones quot territoria, & quot ſunt Ordinarii eorundem Judices*, num. 106.

Cauſarum cognitio in prima inſtantia auferri Diœceſanis nequit ex diſpoſitione Concilii Trid. *& quarè?* ibid.

Juriſdictio contentioſa cohæret territorio, ibid.

107 *Judicis fama læſa æſtimari non debet ex quò multi teſtes contrà eum inſurgant: quales iſti eſſe debeant, & quæ probationes contrà illum requirantur, & contrà quemcumque privatum in criminalibus, & quomodo quiſque præſumatur*, n. 107. *Ne-*

108 Nemo abſque plena probatione damnari poteſt, nec niſi citatus, & auditus, num. 108.

Probatio eſt de ſubſtantia judicii, ibid.

Verbum debet, quam ſignificationem, & virtutem in jure habeat? ibid.

109 Condemnare abſquè probatione nèc Pontifex poteſt, num. 109.

Probatio valdè favorabilis eſt, & negari nequit adhùc in civilibus, bid.

110 Chriſtus Dominus, & Martyres non deſierunt bonæ famæ cenſeri tamètſi multi teſtes adverſus ipſos fuerunt, num. 110.

Probatio bonæ famæ pèr pauciores teſtes prævalet probationi malæ famæ pèr plures, ibid.

Magis creditur duobus teſtibus affirmantibus, quàm mille negantibus, ibid.

Turba ſequenda non eſt ad malum, ibid.

Teſtes affirmantes etiàm de facili inveniuntur, ibid.

Multitudo ſequi ſine ratione, & ſine cauſa ſolet unius dictum, ibid.

111 Honor, vitæ, & rebus omnibus præfertur, num. 111.

Judices Superiores debent eſſe pervigiles in reſpuendo calumnioſas accuſationes, & illas difficultèr audire, prompti què ad puniendum famæ detractorem, & occiſorem, ibid.

112 Miſericors non eſt qui homicidam parcit, num. 112.

Homicida indignus eſt miſericordia, ibid.

Qui proprium contemnit honorem ſibimetipſi cruedelis eſt, ibid.

Veniale, vèl mortale peccatum erit proprium contemnere honorem, ſecundùm quòd negligentia in defenſione ſit major, vèl minor, ibid.

113 Multi circumeunt angores Judices inferiores; & qui illi ſint? numer. 113.

Potentes accuratiſsimè ſatagunt, ut Superiorum indignationem inferiores incurrant; & quomodò hoc conſequantur? ibid.

A ſcintilla una augetur ignis; & reliqua, ibid.

Multis colligatis exardeſcit ignis, ibid.

Delatura Civitatis, & collectio populi præ omnibus timenda eſt, ibid.

Ignis in principio facilè extingui poteſt deficientibus lignis, & ſuſurrone ſubtracto, malevolis què & ſuperbis acritèr punitis à Superioribus ad exemplum Joſue, & Caleb, ibid.

114 Judex ſivè bonus, ſivè malus fieri non poteſt quominus inimicos habeat, num. 114.

Suſurrationes referuntur quæ à ſubditis fiunt adversùs quaſcumque Judicis operationes, ſivè bonas, ſivè malas, & pericula demonſtrantur quibus obſeſsi ſunt, ibid.

Vulgus temerè, & calumnitiosè de Judice ſuſurrat, & cum nominum inverſione facit vitia vocari virtutes, & è contra, ibid.

Non judicandum contrà Judicem à ſubditis; & quarè? ibid.

Unuſquiſque ſibimetipſi, potiùs quàm alii judicare debet, ibid.

Tantò magis perſequutus erit Judex, quantò melior fuerit; & quarè? ibid.

Multò major eſt opinio purgata, quàm ſi deficientibus quærelis non fuerit impedita, ibid.

115 Malus Judex meliorem cauſam quàm bonus habet; & quarè? numer 115.

Impius proſperatur, & prævalet adversùs juſtum, ibid.

Deprecatio fiat ad Dominum, ut illuminet, dirigat, & viam ſuam demonſtret, ibid.

In ſummam rediguntur quæ ſervari oportet in cauſarum proſecutione, & deciſsione, ibid.

QUÆS-

QUÆSTIO VI.

UTRUM JUDEX DEBEAT JUDICARE ſecundùm propriam conſcientiam, vèl ſecundùm allegata, & probata.

1 HIC ſe offert tractanda difficilis illa tàm nobilis, quàm exagitata ſempèr, numquàm tamèn benè diſcuſſa quæſtio, quæ apùd Theologos omnes, & juris utriuſque DD. non ſinè magno fundamento movetur ex illis *noſt. text.* verbis: *Secundùm quod Canones cenſent*, de quorum expoſitione, & vero ſenſu in proxima *quæſt.* laboravimus. Utrùm Judex in definiendis cauſis debeat omninò ſententiam dicere ex Actorum probationibus adversùs ea, quæ privatim certò novit, àn potiùs ſecundùm ſuam privatam notitiam, & ſcientiam debeat judicare.

2 Quod jurgium fortè ſentiens *Joannes* Papa deciſſum ſua Decretali reliquit in præcitatis verbis, *ſecundùm quod Canones cenſet*, cujus admodum erudita deciſsio, paucis equidem multa complectens, non parvo nititur fundamento, cùm certum ſit leges ſcriptas, potiſsimè Canonicas, non ſolùm ſi ſint juri naturali conformes, illud què contineant, obligare ſubditorum conſcientias, ut inquit *text.* in *C. fin. de Conſuet.* sèd etiàm ſi contineant jus poſitivum, juſtæ tamèn ſint, nèc juri naturali, vèl Divino repugnent, ut probat Sotus, *lib.* 1. *de Juſt. & Jur. quæſt.6. art.4.* & notat pèr *Gloſſ.* & DD. in *cap.2. de Major. & obed.* & videre eſt ex D. Covarr. *ſupr.quæſt.5. num.9. num.5.* etiam ſi pœnales ſint, & ſub peccato mortali, Dartiſ. *Opera Canon. p.* 1. *col.* 1. *lit.* E. *pag.* 12. ſi diſponant de materia gravi, *dict. p.* 1. *pag.* 11. *lit.* C. *col.* 1. *& lit.* A. *col.* 2. Ant. Gom. in *l.* 1. *Taur. num.* 3. *&* 11. in *fin.* àc in *l.* 3. *num.* 123. cum D. Thom. & quammultis. Ayll. cum multis in *Addit.* ad Gom. *tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 49. verſ. *Quod lex*, ubi de pœnalibus, D. Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.*1. *num.*7. D. Covarr. in *Regul. Peccatum*, *p.* 2. §. 5. *num.* 4. verſ. *Ego ſanè*, ſivè ſint affirmativæ, ſivè negativæ ex *eod.* tamètſi id versùs quod diſponunt non ſit prohibitum lege Divina, nèc alia
lege humana; † ſic que, & idcircò 3
ſubtrahentes, & defraudantes Regi juſta tributa, vectigalia, alia què jura Regalia proptèr invectionem, aut evectionem mentium, mortalitèr peccant, & ad reſtitutionem in animæ judicio tenentur ex *eod.* D. Covarr. *ibid. num.* 5. idemquè procedit in venditore debente decimam precii partem, *ibid.* verſ. *Tertiò hinc infertur*, & idem jus obtinet in lege mixta, quæ illa eſt quæ aliquid præcipit, vèl prohibet pœna adjecta obligat tranſgreſſorem ad mortalem culpam, & ſimùl ad pœnam, juxtà *eund. ibid. dict.* §. 5. *num.* 3. ſignantèr in verſ. *Ultima concluſionis pars*, multos allegans. Quando lex obliget ſub peccato mortali, quando non, vide apùd Silv. in verb. *Obedientia*, *num.* 3.

4 † & hæc obligatio deſcendit à lege Divina, & æterna à qua omnis lex humana derivatur juxtà illud Proverb. 8. *verſ.* 15. *Per me Reges regnant*, *& legum conditores juſta decernunt*, & diximus in *anteced. quæſt. num.* 5. nàm lex eſt à Domino, prævaricatio legis à Diabolo, Can. 35. *diſt.* 6. Dartiſ. *Oper. Canon. pag.* 11. *col.* 1. *lit.* B. ſecundùm quem Regum leges, à Deo ſunt. Iſai. 51. *verſ.* 4. *Attendite ad me*, *popule meus*, *& tribus mea me audite*: *quia lex à me exiet.*

5 Proptereà, & meritò, Juſtinianus Imperator, in *l. Nemo* 13. *C. de Sent. & interloc. omn. Jud.* & in Auth. *Jubemus, de Judic.* §. *Quia verò*, verſ. *Omnis Judex*, & in Auth. *de Defenſorib. Civit.* §. *Jus jurandum* ſanxit, Judices ſecundùm leges, & Principum conſtitutiones judicare debere, & de hoc juramentum præſtare juſſit. Poſtquàm enim leges conſtitutæ ſunt, non eſt noſtrum judicare de legibus, sèd judicare ſecundùm leges, Can. *In inſt.* 3. *diſt.* 4. *l. Proſpexit* 12. *ff. Qui*, *& a quib. &c.* reproductis iis quæ dicta reliquimus *ſupr. quæſt.* 5. *num.* 4. *&* 7. igitur ex dictis omnibus clarè evincitur veram eſſe, ſolidiſsimis què niti fundamentis *Joannis* Papæ in noſtræ prælectionis textu deciſsionem ubi ſecundùm Canones Judices judicare debere ſtatuit, quemadmodùm Magiſtratus Sæcularis ſecundùm leges Civi-
6 les, † nàm Magiſtratus non præeſt legi, sèd lex Magiſtratui, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 128. *& ſeq.* D. Salg. *de Retent. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. ideoquè Magiſtratus non poſſunt legibus derogare, *l. Formam* 2. *C. de Offic. Præfect. Prætor. Orient.* in lege enim, ut Author eſt S. Hieron. *Dialog.* 2. contrà *Pelag.* non ratio quærenda eſt, sèd authoritas, & ſecundùm S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *&* 2. 2. *quæſt.* 40. leges humanæ ſi ſint juſtæ habent vim obligandi in foro conſcientiæ à lege æterna, à qua, ut diximus in *num. anteced.* derivantur, omni què reverentia dignas haberi jubet Pontifex ubi Evangelicis, & Canonicis decretis non obviaverint, Can. *Lege Imperatorum* 1. §. *Ecce*, *diſt.* 10. igitur rectè *Joannes* Papa in *noſt. text.* ſecundùm Canones eſſe judicandum ſtatuit.

Hac igitur noſtri *text.* doctrina retenta, jam non eſt adeò difficilè antedictam quæſtionem reſolvere firmitèr tenendo affirmativam, ut probabiliorem, & magis communem à DD. què receptam; teneri nempè Judicem in judiciario proceſſu ſententiam dicere ſecundùm allegata, & probata, conſcientiam ſi læſam habeat deponendo etiàm in cauſis gravioribus, ſivè majoribus in quibus irroganda venit pœna capitalis, aut membri mutilationis ſi injuſtitiæ notam excuſare velit, tàm in foro Fori, quàm in foro Poli. Hoc erit noſtrum aſſertum, quod jure munitum refulget utroque. 7

Ex Jure Pontificio primùm probat *noſt. text.* in verb. *Secundùm quod Canones cenſent*, ubi Gloſſ. in eo legit, & arguit *num.* 60. *Secundùm allegata*, *Canones*, *& leges*, *& non ſecundùm conſcientiam Judicem debere judicare*, ut expreſsè dicitur in Can. *Summoperè* 70. & ibi *Gloſſ.* verb. *Et tunc ſecundùm*, Can. *In cunctis* 52. *& Gloſſ.* in verb. *Niſi probata*, cum *Gloſſ.* caſuali, in *fin.* 11. *quæſt.* 13. Can. *Judicet* 4. *& Gloſſ.* verb. *Audit*, 3. *quæſt.* 7. Can. *Nullum ante* 10. Can. *Judicantem* 11. 30. *quæſt.* 5. Can. *Innocens* 23. & ibi *Gloſſ. in fin.* 22. *quæſt.* 4. Can. *Quam magnum* 10. 23. *dict. quæſt.* 4. Can. *Si quid* 23. *& Gloſſ.* verb. *Non credas*, *diſt.* 86. *C. Paſtoralis* 28. & ibi *Gloſſ.* verb. *Tenetur*, *de Offic. Jud. deleg. C. Si Sacerdos* 2. & ibi *Gloſſ. in fin.* caſus, *de Offic. Ordin. C. Quod ſicut* 28. §. *Prætereà*, & ibi *Gloſſ.* in verb. *Tanquam*, *de Elect. & Elect.* 8

po-

poteſt, Gloſſ. in *cap.* 1. verb. *Contrà*, *de Re Jud.* in *6.*

9 Ex Jure Cæſareo probat text. in *l. Illicitas 6.* §. *Veritas* 1. *ff. de Offic. Præſid.* congruit *l. Obſervandum* 19. §. *Sed*, & *in cognoſcendo* 1. *eod. l. Ob carnem* 21. §. *ult. ff. de Teſtib.* ubi *ad ſinceram teſtimoniorum fidem*, & *teſtimonia*, *quibus potiùs lex veritatis adſiſtit*, *Judicem reſpicere debere*, Arcadius inquit, *l. Si expreſsim* 19. *ff. de Appellat. lib.* 1. §. *Item cum contra* 2. *ff. Quæ ſentent. ſinè appellat. reſcind.*

10 Ex Jure Codicis probat *l. unic. C. Ut quæ deſunt Advocat. part. Jud. ſupp.* & *proferre quod ſciat legibus*, & *Juri publico convenire*, *l. Nemo* 13. *C. de Sent.* & *interloc. omn. Jud. cum legibus judicandum ſit* :: *legum*, & *juſtitiæ ſequi veſtigia ſancimus*, *l. Rem non novam* 14. *C. de Judic. cum legum obſervatione judicium eſſe diſpoſituros*, *l. Si cum* 2. *C. Quand. prov. non eſt neceſſ.*

11 Ex Novellis Imp. Juſtiniani, Novell. 15. *cap.* 1. §. *Jus jurandum* 1. Collat. *3. t.* 2. *de Defenſ. Civit.* Novell. *Pervenit* 115. *C. Sed.* & *hoc* 2. *Proferat ſententiam legibus conſonantem* Collat. *8. t.16. Ut cum de Appellat. cognoſc.* relata in Auth. *Jubemus*, *C. de Judic.* Novell. *Manifeſtè* 126. *C. Quod de cætero* 1. *legibus cognitam edant ſententiam*, Collat. *9. t.* 8. *Exemplum ſacræ formæ*, *de Appellat.*

12 Illuſtrant etiam hoc aſſertum quàmplurimi DD. tàm Canoniſtæ, & Legiſtæ, quàm Theologi, S. Thom. & Cajet. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. Dominic. Sot. *de Juſt.* & *Jur. lib.* 5. *quæſt.* 4. *art.* 2. P. Vincent. Filiuc. *Mor. QQ. tom.*2. *tract.*40. *cap.* 6. *à num.* 168. Joann. Major, in 3. *Sentent. diſt.* 33. *quæſt.* 4. Silveſt. Prier. in *Summ. Summ. p.* 2. verb. *Judex* 2. *num.*5. Petrus Rainuc. in *Summ.*10. in *cap. Judicet* 43. *quæſt.* 7. Navarr. in *Manual. Prælat. cap.*25. *num.*10. Azor, *Inſtit. Mor. p.*1. *lib.*2. *cap.*17. *num.*8. Sanchez, *lib.6. Conſil. cap.*1. *dubit.* 17. *num.* 11. & 15. Joann. de Caſtill. *lib.* 2. *de Juſt. tract.* 1. *diſt.* 4. *dubit.* 5. *num.* 86. Salmant. *tract.*25. *de* 5. *Decal. Præcep. cap.*1. *punct.* 3. *num.* 29. *pag.* 46. *tom.* 6. P. Pirhing. *in Jus Canon. lib.* 1. *t.*32. §. 2. *num.*7. Cardin. à Turrecremat. in *citat. C. Judicet.* Archid. Bart. & Hoſtienſ. in *noſt.text.* Dartiſ. in *Comment. in Decret. p.* 2. *col.* 1. *lit.* E. *pag.* 191. Cujac. *lib.* 1. *obſerv.* 12. *cap.*19. Guilielm. Casfad. *deciſſ.* 12. *num.* 8. 9. & 10. ſupèr Regulam Cancelariæ. Vivius *deciſ.* 178. & ſequitur Rota Romana, ut teſtatur Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 2. *num.* 6. & 10. *de Solut.* Gracian. *Deciſſ. Forenſ. tom.* 3. *cap.*150. *num.* 36. Clavis Reg. *lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 13. Xamar *de Offic. Jud. p.* 1. *quæſt.*18. Bachov. in Treuler, *tom.* 1. *diſp.*12. *thæſ.* 14. *lit.* E. Chriſtofor. *tom.* 2. *deciſ.* 148. *num.* 21. & *tom.* 1. *deciſ.* 4. Cin. & Siriac. in *l. unic. C. Ut quæ deſunt Advocat. part.* &c. Joann. Andr. in *Spect. t. de Diſp.* & *allegat.* §. *Satiſ. num.* 13. Alberic. & Bart. in *l. Illicitas 6.* §. *Veritas* 1. *ff. de Offic. Præſid.* Guid. Papæ, in *Deciſ. quæſt.* 29. *num.* 1. *ad med.* verſ. *Alia autem*, & in Notis apud ipſum *lit.*B. Marſil. *Prax. Crim.* §. *Diligentèr*, *num.* 24. Ludov. Carr. in *Prax. Crim.* tract. *de Homicid. num.* 52. & *ſeqq.* Alvar. de Valaſc. in *Rubr. de Judic. perfec. Rubr.* 14. *annot.* 6. Conciol. *Reſol. Crim.* verb. *Judex*, *reſol.* 8. pèr *tot.* Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 8. *num.* 5. & *quæſt.66. num.*2. Ludov. Peguer. in *Prax. Crim. cap.* 10. *n.* 5. *pag.*346. Anton. Sabel. in *Summ. diverſor. tract.* §. *Judex* 41. *num.* 4. & 5. Maſcard. *de Probat. concl.* 95. pèr *tot.* & *quæſt.* 1. *num.* 6. Poſt. *de Manut. obſerv.* 97. *à n.* 14. *ad* 17. & *deciſ.* 238. *num.* 8. Seſse *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.*1. §.2. *n.*50.

Ayll.

Ayll. in *Addit.* ad Gom. cum multis, *tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 29. D. Covarr. *lib.* 1. *Variar. Reſol. cap.* 1. *num.* 4. Valenſ. in *Paratit. Decretal. lib.* 2. *tit.* 27. *num.* 7. Vin. ſuper *Inſtit. tom.* 1. *lib.* 4. *t.* 17. *num.* 5.

13 Quam verò ratione moti fuere tot DD. in hoc aſſerto tenendo, ab eiſdem exprimitur eam eſſe, quia Judex in judicando gerit perſonam publicam, & quidem ipſius communitas cui præeſt, *l. Barbarius* 3. *de Offic. Prætor. l. ult.* §. *Judicandi* 14. *ff. de Muner. & honor.* cum aliis pene finitimis juribus inferius allegandis; quapropter oportet in controverſiis definiendis ſcientia publica uti, & fidem adhibere his quæ ſibi, ut Judici, ſivè, ut perſonæ publicæ nota ſunt, non his quæ, ut privato ei ſunt manifeſta; non enim pertinet hæc ſcientia ad Judicem, qui ex publicis actis, ſeu documentis judicare debet, & licèt ſententiam dicere debeat juxtà propriam ſuam conſcientiam, inſtructam tamèn ex actorum allegatis, & probatis.

14 Idcircò poſtquàm adhibuit Judex omnia media mortalitèr poſsibilia ad liberandum innocentem, qui nocens ex Actis apparet, profert quidem ſententiam materialitèr injuſtam illum condemnando, ideoquè materialitèr dumtaxàt injuſtum committit; ſecundùm eam tamèn ſcientiam, qua in judicando uti debet formalitèr juſtum agit, àc proindè Jure ſuo utendo nemini facit injuriam. Vide *infr. num.* 79.

15 Nequè obſtat ſi dicas impoſsibile eſſe, ut quis ſcientèr exerceat actum materialitèr injuſtum, quin etiàm formalitèr injuſtum agat, & peccet; nàm ſi faciat ſcientèr injuſtum ſcientia publica (qua quidem regulari debet talis actus) verum eſt: contrà autèm ſi faciat injuſtum ſcientèr ſcientia omninò impertinente ad talem actum, qualis in propoſito eſt ſcientia privata reſpectu judicii publici.

Sèd ut magis perſpicua cuique ſit hæc doctrina, & ut clarius procedamus ſcire convenit ſecundùm Theologorum, & Canoniſtarum opinionem, atquè tutiorem ſententiam dicentium poſſe Judicem actitata ſequendo, ſinè peccato innocentem condemnare, duo in Judici neceſſariò requiri. Primò, quòd ſit talis, & in tali caſu quòd teneatur de Jure fori, cauſarum juſtitiam exhibere tunc, ità quòd neceſſario incumbat ei abſolutio, vèl condemnatio. Secundò, quòd nulla occaſione, aut via, puta cedendo officio, vèl remittendo ad Superiores, vèl diligentius perquirendo veritatem poſsit eum liberare de Jure ſecundùm aliquos, quibus libenter aſſentio primo dempto medio, ſcilicèt, ceſsionis officii proptèr fundamenta in *num.* 80. referenda. 16

Hoc ſuppoſito, ſcire etiam convenit duplicem eſſe innocentiam, Juris, ſcilicèt, & facit; veritatem duplicem, facti nempè, & Juris, & duplicem ultimò conſcientiam Judicis, publicam videlicèt, & privatam. Innocens eſt quis de facto, cum crimen in veritate non admiſsit, juridicè tamèn non probatur, sèd reus apparet. Similitèr dicitur quis duplicitèr nocens, vèl reus, & ſic innocens de Jure, poteſt eſſe reus de facto, & è contrario innocens de facto poteſt eſſe reus de Jure. 17

Similem acceptionem habent veritas facti, ſivè rei, & veritas Juris, ſivè præſumptionis, & ſic de facto vera, aliquando ſunt falſa præſumptione Juris, & è contrario. Sic conſcientia Judicis, ſivè ſcientia, una eſt privata, ſcilicèt, in quantùm eſt privata perſona quæ ſcit aliquid ſicut in facto accidit; alia eſt publica, quatenùs eſt perſona publica, quæ ſcit aliquid ſicut in judicio probatur: undè pèr ſcientiam, & conſcientiam publicam legibus munitam, eam ſcientiam intelligunt DD. quæ ex Actis provenit, nihil ad rem ſcientia Judi- 18

dicis privata in judicando faciente, immò impertinentèr ad hoc nego-
19 tium ſe habente : † nèc iſtud mirari debet, quia una, eadem què perſona diverſas poteſt repræſentationes habere ſub diverſis reſpectibus, & ut una conſiderari, altera verò præſcindi, ut colligitur ex C. *Cum in Eccleſiis*, & C. *Poſtulaſti, de Conceſſ. Præb. l.* 1. §. *Solet*, *in fin. ff. Quando appell. ſit, l. Procuratores*, §. *Si plures, ff. de Tribut. act. l. Si non ſubſcripſiſti*, *l. Cum quædam*, *C. de Adminiſtr. Tutor.* Faciunt tradita à Reinoſ. *obſerv.* 54. *num.* 5. D. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 20. D. Solorz. *lib.* 3. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *cap.* 23. *num.* 37. *& tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *à num.* 6. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 28. *num.* 15. quibus probatur, quòd diverſi unius perſonæ reſpectus operationem diverſificant, quam ſi retineamus doctrinam jàm non erit adeò difficilè noſtrum aſſertum, immò Sole clarius fulgebit, & facilè quiſque poterit ſinè magno negotio percipere quomodò Judex reum quem privatim certò ſcit innocentem, & ſic de facto; nocentem tamen de Jure, utpotè in judicio convictum ſecundùm publicas allegaciones, & probationes condemnando, ſcientèr profert ſententiam materialitèr injuſtam ſcientia nempè privata; formalitèr verò juſtum agit, quinimò non peccat ſcientia publica ductus ſecundùm quam procedere debet.

20 Triplicem namquè ſcientiam habere quiſque poteſt, ſcilicèt, ut Deus, ſicut Sacerdos pèr confeſſionem; ut Judex, quia, ſcilicèt, conſtat ei pèr acta publica, & ut privatus. Si ergo Judex habeat conſcientiam contrà acta publica, ſecundùm illam procedere non debet, quia illam ſcientiam non habet ut Judex, sèd ut privatus, & ipſe habet judicare ut Judex, ſecundùm quam opinionem locutus eſt S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. dicens : *Quòd Judex in judicando magis debet ſequi legitima documenta pèr inſtrumenta, & teſtes, & hujuſmodi, quàm id quod ipſe novit tanquàm privata perſona : tamèn ex privata cognitione juvari poteſt, ut diſtrictius diſcutiat probationes inductas, ut poſſit earum defectum inveſtigare, quas ſi non poteſt de Jure repellere, debèt eas in judicando ſequi*, & quæſt. *64*. art. *6*. ad *3*. ait: *Quòd ſi Judex non poteſt invenire occaſionem liberandi convictum, ut occidatur quem ipſe ſcit innocentem, debet eum remittere ad ſuperiorem; ſi autèm hæc non poteſt, non peccat ſecundùm allegata ferens ſententiam, quia ipſe non occidit eum, sèd illi qui aſſerunt eum nocentem*, & dice-
mus *infr. num.* 81. † Cùm igitur noſ- 21
tra concluſio ſatis roborata ſit, opportunum erit contrariorum argumentis ſatisfacere inſequendo Quintiliani præceptum, *lib.* 5. *de Orat. cap.* 13. *pag.* 334. *Nam ſi agimus, noſtra confirmanda ſunt primùm, tunc quæ noſtris opponuntur refutanda*, àc docuit D. Salced. ad *l.* 34. *t.* 16. *lib.* 2. *Recop. dubitandi rationes deducantur, exponantur reſolutiones.*

Primùm, non obſtat ſi dicas, 22
quòd Pilatus non peccaſſet occidendo Chriſtum; quia non habuit teſtimonia convenientia ſecundùm Evangeliſtas, & examinatis accuſationibus Judæorum, ipſèmet dixit, quòd nihil morte dignum invenit in eo, & poterat ad ſuperiorem remittere: ergo ſecundùm allegata potiùs quàm ſecundùm veritatem Judex in ordine indiciario judicare debet; alioquin ſi teneremus contrarium, jus totum poſitivum confunderetur, & daretur Judici materia, anſa, & occaſio delinquendi, poſſet enim Judex pretio corruptus, verè reum abſolvere dicendo ſe habere notitiam facti.

Ideò non debet credi Judici tale 23
quid aſſerenti, ex Can. *Si tantum* 21. Can. *Placuit* 3. 6. *quæſt.* 2. *Illi ſoli*

non creditur, & probavimus *ſup. q.* 2. *n.*27. *& infr. n.*25. *circ. fin. & q.*9. *n.*33. ergo Judex ſecundùm allegata, & probata, publicam què veritatem, potiùs quàm ſecundùm privatam judicare debet; non enim ſemèl evenit, ut Judex reum falſis probationibus oppreſſum condemnet, quod manifeſtum eſt illuſtri exemplo Suſanæ, quæ re vera non adultera, adulterii tamèn falſis teſtibus, neque diligentèr examinatis convicta damnata fuit, *Dan.*13. *verſ.*40. *&* 41. quia Judicis non eſt fidem inſtrumenti publici, trium vè teſtium quibus nihil fortè objici poteſt, obtentu ſcientiæ ſuæ enervare: itaquè ſi Judex actorum fide neglecta, ſecundùm privatam ſcientiam judicaret, minimè vitaret quin injuſtam ſententiam protuliſſe crederetur, quòd prætenſam ſuam ſcientiam nulli perſuaſurus, & nemo teſtibus omni exceptione majoribus, aut ſufficientèr fidedignis fidem non ſit habiturus potius quàm nudæ Judicis atteſtationi; & meritò, alioquin anſa daretur perverſis Judicibus injuſtas ſententias prætextu, & colore ſcientiæ, & conſcientiæ ſuæ excuſandi, & defendendi.

24 Neque obſtat ſi adhùc dicas contrà exemplum de Suſana allatum, quòd Scriptura, *Dan.* 13. *à verſ.* 42. uſquè ad *fin.* eam innocentem vocet, nàm immò prò noſtra ſententia eſt tuum argumentum ſi conſulas diſtinctionem *ſupr.* traditam in *nn.* 17. *&* 18. erat enim Suſana de facto, & re vera innocens; præſumptivè tamèn, & de Jure nocens convincebatur, ideoquè damnata fuit: illud enim potiùs verum præſumimus, præſumere què adſtringimur quod inſtrumentis, aut teſtibus probatum eſt, quàm quod nudè affirmat Judex, hoc ipſo non tàm Judicis, quàm teſtis rationem habens, † qui teſtis eſſe
25 non poteſt, Joann. Dartiſ. *Opera Canon. p.* 2. *quæſt.* 4. in *Comment. pag.* 196. hoc etenim ſoli Deò reſervatum eſt, Jer. 29. *verſ.* 23. *Ego ſum Judex, & teſtis dicit Dominus.* Nèc illi nudè aſſerenti creditur Farin. *de Teſtib. quæſt.* 60. *num.* 124. *& quæſt.* 63. *à n.* 148. D. Creſp.*p.*1. *obſerb.*10. *n.*56. *&* 57. nèc teſti unico fides adhibetur Num. 35. *verſ.*30. Deuter. 17. *verſ.* 6. & dicemus *infr. num.* 67. *&* 80. D. Covarr. *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 11. etiamſi ſit proprius Epiſcopus, ut probabimus *infr. in Tract. de Cenſur. art.*4. *num.* 27. antè *med.* immò tamètſi ſit Cardinalis, Maſcard. *de Probat. concl.* 386. *num.* 4. *& quæſt.* 11. *numer.* 11. Poſt. *de Manut. deciſ.* 159. *num.* 8. *& deciſ.* 156. *num.* 44. & dicemus *infr. in dict. num.* 80. quia unius teſtimonio quamvis probatiſſimo nulla cauſa decidi poteſt, *C. Licet.C.Veniens* 10. *C.Cùm à nobis* 28. *de Teſtib.* Can. *Placuit*, 2. *quæſt.*4. *l. Juris jurandi*, *C. de Teſtib.* Caniſ. in *Jus Canon. t.* 10. *lib.* 4. *pag.* 422. nàm vox unius neque condemnat, nequè juſtificat, Can. *Admonere* 32. *quæſt.* 2. *dict. C. Licèt ex quadam*, *de Teſtib.* Tiraquell. *de Retract. gloſ.* 9. *num.* 1. *pag.* 321. ideoquè nèc ſoli Tabellario creditur, Auth. *de Hæred. & Falcid.* §.*Si verò abſunt*, Tiraquell. ubi proximè, ubi tractatam videbis quæſtionem, àn Nuntio credatur ſinè teſtibus; & verior apparet opinio credendum eum eſſe cum fuerit juratus, in his quæ illi ſunt commiſſa reproductis dicendis *infr. Memb.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 33. *in* 26
fin. † Duplex igitur ſtatuitur veritas, alia in rebus ipſis nobis ſæpè occulta, alia in actis, & hæc eſt veritas judicialis quam Judex ſequi debet, quoniam verum habetur in judicio quidquid legitimis modis oſtenſum eſt, ideoquè Judex debet judicare ſecundùm conſcientiam, quæ cadit in homine ipſo tanquàm Judice, Marc. Blanc. in *tract. de Indic. & Torm. tom.* 11. *tract.* DD. *p.* 1. *num.* 399. in *fin. pag.* 380.

27 Undè ortum habuit regula Juris, quòd res judicata pro veritate habetur, authoritas enim rei judicatæ prævalet veritati, *l. Res judicata* 207. *de Reg. jur.* & expreſsius in *l. Servo* 65. §. *Cum Prætor, ff. Ad Trebel. proptèr rerum judicatarum authoritatem.* Juſtin. Imp. *t.6. lib.* 1. *Inſtit.* §. 6. *Semèl autem cauſa probata, ſivè vera ſit, ſivè falſa non retractetur*, id què convenit legi Divinæ ſecundùm quam in ore duorum, vèl trium ſtat omne verum, Deuter. 17. *verſ.* 6. † 19. *verſ.* 15. Matth. 18. *verſ.* 16. 2. ad Corinth. 13. *verſ.* 1. Joan. 8. *verſ.* 17. ad Hebr. 10. *verſ.* 28. *C. Novit, de Judic. l. Ubi numerus, ff. de Teſtib.* & paſsim pèr DD. & qui omne verum dicit, nihil excludit, *l. A Procuratore, C. Mandat. l. Julianus, in princ. ff. de Legat.* 3. Guid. Papæ in *Deciſſ. quæſt.* 458. *num.* 2. Ad Hebr. 2. *verſ.* 8. proptereа Suſana ex duorum teſtimoniis ſons judicata fuit, quamvis minimè eſſet, ut utrumque probatur ex *dict. cap.* 13. Dan.

28 Nequè obſtat illud Exod. 23. *verſ.* 7. *Inſontem, & juſtum non occides*, nèc in aliquo caſu ſpeciali D. Covarr. in *Reg. Peccatum, p.* 2. §. 11. *num.* 3. Judici enim intereſt ratione humanitatis, & intuitu Religionis juſtum non occidere, Franc. Caſon. in *tract. de Malefic. tom.* 11. *in Tractatibus* DD. *tract.* 9. *num.* 22. *pag.* 289. ſic ergo nèc prò pace Civitatis, niſi nocens occidendus, ut factum eſt in Abela cum Sebæ capite ad Joab pèr murum miſſo òb ſeditionem ab illo adversùs David motam 2. *Reg.* 20. *verſ.* 21. & 22. quin, & Juriſconſultus exiſtimat melius eſſe nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem damnare, *l. Abſentem* 5. *ff. de Pœn.* Can. *Nervi* 2. *diſt.* 13. Archid. in Can. *ult.* 23. *quæſt.* 3. *l. Favorabiliores* 125. *de Reg. Jur.* Si ergo in dubio ſatius eſt nocentem abſolvere, quàm innocentem damnare; nonnè ſanctiſsimum erit innocentem abſolvere cùm certus Judex eſt de ejus innocentia licèt falſis teſtibus convictus fuerit? nam promptiora jura ſunt ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, *cap.* 3. *C. Si ambarum, de Probat. l. Adrianus* 56. *ff. de Oblig. & Act.*

Non obſtat proptèr rationem *ſup.* 29 aſsignatam *num.* 24. *in fin.* quia Judex damnans eum quem privatim ſcit innocentem, ex ipſis tamèn publicis probationibus manifeſtè nocentem eſſe apparet, nequaquàm innocentem, sèd potiùs nocentem occidit, nàm Judex tenetur in judicio fidem adhibere his quæ ut Judex cognoverit, non his quæ ut privatus: igitur non occidit innocentem ſi occiderit eum qui ex publicis teſtimoniis, & ſic de Jure nocens apparet, quamvis de facto, & in rei veritate innocens ſit.

Nequè obſtat illud *Exod.* 23. 30 & *Deut.* 17. nequè *C. Per venerabilem* 13. *Qui filii ſint legitim.* quibus probatur quòd Judex debet judicare ſecundùm veritatem; undè videtur teneri falſa probatione emiſſa veritatem ſequi, nàm contrarium eſt dicendum, niſi falſitas probationum, teſtium, ſcilicèt, inſtrumentorum vè eidem Judici, ut Judici nota ſit, ſiquidem tunc verum eſt, quod ex falſis probationibus ſententiam ferre non debet, ſecùs autèm cùm eidem privatim conſtat, id enim eſſet plus credere Judici, ut Judici qui teſtis eſſe nequit, & unicus eſt, falli què poteſt, quàm duobus, tribus vè teſtibus, qui verè teſtes ſunt, & à jure legitimi cenſetur, quod perniciоſum eſſet Reipublicæ in expediendis, definiendis què negotiis, ut diximus *ſup. num.* 23. & 24.

Deindè, nàm Judex ex allegatis, & 31 probatis judicans adversùs privatam ſcientiam, planè ſecundùm veritatem judicat, cùm abſdubio ea ſit Judici veritas, quæ ex ipſis publicis documentis conſtat.

Nequè

32 Neque obſtat ſi replices, quòd ex conjecturis, indiciis, & præſumptionibus poteſt Judex ipſe juſtiſsimè non adhibere fidem teſtibus, *l. Teſtium* 3. §. 1. verſ. *Tu magis*, *ff. de Teſtib. l. Lucius* 21. *ff. de His qui not. infam. fide non adhibita teſtationis*: : *quorum teſtimonium reprobatum eſt*, *l.* 28. *t.* 6. *part.* 3. Paul. de Caſtr. in *l. Admonendi* 31. *col. pen. ff. de Jur. jur.* Bald. in *l. Teſtium* 18. *C. de Teſtib.* & æſtimare, atque dijudicare dicta teſtium ex bono, & æquo, Minſing. *Cent.* 4. *obſerv.* 38. *num.* 10. ex quibus inferri valet: ergo poterit Judex ex certa ſcientia, teſtium fidem ommittere, quos certò ſcit falſum teſtimonium dixiſſe, & ſecundùm veritatem judicare; sèd non obſtat, nàm reſpondetur, quòd Judex poteſt non adhibere fidem teſtibus, inſtrumentis vè ex præſumptionibus quæ oriuntur ex eiſdem, aut ex ipſius proceſſus actibus, vèl ex aliis quæ in judicio contigerit; verùm ubi nihil eſt quòd illis opponi poſsit, ſolam Judicis authoritatem, & nudam aſſertionem ad fidem illis derogandam non ſufficere utiquè veriſsimum eſt, ſicut etiam, quòd arbitrio abutendum à Judice non eſt, sèd regulandum juxtà juris diſpoſitiones, àc ſecundùm leges, *l. Perſpiciendum* 11. *ff. de Pœn. l. Thais* 41. §. *Sorore* 4. *ff. de Fideicommiſſar. libert. l.* 9. *t.* 5. *part.* 5. Vela, *diſſert.* 15. *num.* 85. D. Salg. *de Retent. p.* 1. *cap.* 9. *n.* 28. Eſcob. *de Purit. quæſt.* 9. §. 1. Math. *de Re Crim. controv.* 63. *num.* 4. leges autèm, & jura præcipiunt, Actis ſtandum fore, privata ſcientia neglectas, junctis *infr.* dicendis *numer.* 37.

33 Nequè itèm obſtat ſi urgeas quòd Judex debet ſequi in judicando publicas allegationes, & probationes ex præſumptione quòd illæ veræ ſint, ſivè quòd ſint media pèr quæ veritas innoteſcat: ergo ſi aliundè certò conſtat Judici, illas probationes eſſe falſas, non poteſt juxtà illas ferre judicium cùm ceſſet ratio òb quam ſecundùm illas procedere debet Judex, nè ſcilicèt aberret à veritate in ſententia ferenda, nequè locum habere poteſt præſumptio cum de contraria veritate conſtat; nàm reſpondetur, quòd Judex non debet ſententiam proferre ex probationibus falſis, quando falſitas probationum eidem, ut Judici conſtat, ſecùs autèm ſi privatim ſciverit, cujus privata ſcientia impertinentèr quoàd hoc negotium ſe habet, ut diximus *ſupr. num.* 13. & 18.

Deindè, nàm hoc argumentum eò tendit quòd cùm Judex ſecundùm veritatem judicare teneatur, *l. Rem non novam* 14. *C. de Judic.* & ea quæ certò ſcit, non autèm per indicia quamvis urgentiſsima, Franc. Caſon in *tract. de Malefic. tom.* 11. *in tract. DD. num.* 32. *pag.* 290. ut etiàm dicemus *infr.* in Bull. *Alias Nos* 1. *not.* 2. *ad* §. 9. falſis probationibus ſpretis, ſecundùm conſcientiam, hoc eſt, privatam ſcientiam, potiùs quàm ſecundùm acta, & probata judicare debebit non obſtat, nàm non infertur, ideò conceſſo antecedenti, negamus conſequentiam, nemo enim dubitavit, nihil aliud veritatem eſſe, & in judicio dici quàm quod probatum eſt, aut pèr legem præſumptum, ut teſtatur J. C. Scevola in *l. Imperatores* 29. *ff. de Probat.* & probata *text. in cap.* 1. juncto *C. Laudabilem* 3. *de Frigid. & malefic.* ergo ſi veritas judicialis, (quam Judex ſequi tenetur, ut probavimus *ſupr. in nn.* 13. 18. & 24.) id eſt, quod probatum eſt, rectè faciet Judex ſi publicas allegationes, & probationes ſequatur, privatam ſcientiam deponendo, ut conſulit D. Thom. in *num.* 20. productus. 34

Similitèr non obſtat ſi dicas, Judicem judicare poſſe ex his quæ novit pèr inſpectionem oculorum, quæ probatio ſuperat omnes alias probationes, ut fusè tradit Perez de Lara *de* 35

Anni-

Anniverſar. lib. 1. *cap.* 1. *num.* 36. Roder. Suar. in *l. Poſt rem judicatam* 56. *notab.* 3. *num.* 4. *ff. de Re Jud.* poſt *Gloſſ.* in *C. Quoniam ult.* verſ. *Ad loca, de Præſcript.* D.Creſp. *obſerv.*23. *quæſt.*4. *num.*19. Noguer. *alleg.* 26. *num.* 137. & Fain. *de Teſtib. quæſt.* 163. *num.* 207. & eſt expreſſum in *l. Si irruptione* 8. §. *Ad Officium*, *ff. Fin. regund.* Paz in *Prax. tom.*1. *temp.* 8. *poſt num.*128. verſ. *Quæ ſententia reſtitutionis*, *pag.* 65. in dorſo, cum aliis ab his productis, eò quòd probatio pèr rei evidentiam notoria dicitur, àc nunquam ſublata cenſetur, ut cum multis probat Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 28. *num.* 7. & ſub *num.* 8. quia notorium notiſsima probatio eſt ex *eod. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 8. ideoquè non indiget probatione Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.* 221. *num.* 4. & multi apùd eundem *ibid.* in *Notis*, *dict. num.* 4. *lit.* A. ex quibus inferri videtur poſſe Judicem ſecundùm ſuam privatam ſcientiam judicare; quia non rectè infertur: quando enim Judex pèr inſpectionem oculorum judicat, etiàm dicitur judicare ſecundùm proceſſum, cum judicialitèr ei detur oculorum inſpectio; ex his tamèn quæ hoc modo cognovit Judex, poſſe ipſum judicare non ambigitur ſi Judici, ut Judici pèr dictam inſpectionem conſtent, non vero ſi ut privatæ perſonæ.

36 Minùs obſtat ſi cum D. Caſtill. *lib.* 4. *num.* 34. & cum Treulerio dicas, eorum quæ allegantur examen Judici mandatum eſſe, & ità mandatum, ut ex animi ſui ſententia æſtimare eum oporteat, quod aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur prout ipſi defendunt, & de Treuler. refert Bachovius, *p.* 2. *diſp.*4. *thæſ.*9. *lit.* A. ità ut fidem Actorum omninò à Judicis arbitrio pendere credat, & probare conatur cum text. in *l. Teſtium* 3. §. 1. verſ. *Tu magis*, *&* §. 2. *ff. de Teſtib. ex ſententia animi tui te æſtimare oportere quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris*, & Auth. *Hodiè*, quæ ſi concepta eſt: *Hodiè jurant, ſe facturos ſecundùm quod eis viſum fuerit juſtius, & melius*, & in Auth. *Jus jurandum, quod præſtat ab his qui adminiſtr. accipi*, §. *pen.* Collat. 2. *t.*3. *Secundùm quod mihi viſum fuerit juſtum*; ex quibus inferri videtur, Judices ſecundùm leges judicare non teneri, sèd ſuo arbitrio, & religione, àc juxtà ſuam privatam ſcientiam.

Sèd contra eſt immò ſecundùm 37
Acta Judex judicare tenetur, quin adverſentur jura citata. Non primùm, *l.* 3. §. 1. *&* 2. *ff. de Teſtib.* quia tamètſi Judicis arbitrio in examinanda fide, & ſinceritate teſtium, aliarumquè probationum, multa Judici commiſſa ſunt, ut docent Juriſconſulti in præcitatibus juribus; ubi tamèn nihil eſt, quod illis opponi poſsit, ſolam Judicis authoritatem ad fidem illis derogandam ſufficere nemo ſanæ mentis proferet, quia vox unius, vox nullius, ſecundùm *Doct.* Paz in *Prax. tom.* 1. *temp.* 8. *num.* 11. *pag.* 58. reproductis *ſup.* dictis *n.* 23. *&* 24. & in *quæſt.* 2. *num.* 27. & dicendis *infr. in Membr.* 2. *quæſt.*9. *num.*33. Judicis enim arbitrium regulari debet juxtà Juris diſpoſitiones, ut probavimus *ſupr. num.* 32. *in fin.* & ſecundùm leges, iis perpenſis quæ Bald. docet in *dict. l. Teſtium, col. pen. C. de Teſtib.* quem DD. ſequuntur, & hæc ſunt; natura, ſcilicèt, negotii, & qualitas; teſtium fides, & authoritas; argumenta confirmantia rem de qua quæritur fides; ea, quæ ſunt naturæ, & veritati proximiora, prout docet *text. in l. Ob carmen* 21. §. *fin. ff. de Teſtib.* & in *C. Prætereà*, *eod. C. Cum cauſam, de Probat.*

Fruſtrà etiàm affertur, & extor- 38
quetur, *l.* 79. §. 1. *ff. de Judic.* quæ hoc dumtaxàt probat, multa ſcilicèt in quæſtione facit arbitrio judicium permitti, & ex quò in ea ſpecie Præ-

ſes ſupèr facto conſulitur, de eo Judicem incertum fuiſſe ſatis evincitur. Hæc ſolutio depromitur ex ipſius *tex.* verbis, quæ ità ſunt: *Judicibus de facto conſulentibus, non debent Præſides conſilium impertire, verùm jubere eos, prout religio ſuggerit ſententiam proferre*, & hinc ortum fortaſis habebit praxis Superiorum Tribunalium, Judicibus de facto conſulentibus, aut ſinè cauſa, prò animi imbecillitate, reſpondentium quòd juxtà jus operentur, quod equivalet, & reſpondet in idiomate vulgari clauſulæ huic, quæ de ſtylo inſeri ſolet: *Que obre como hallàre por Derecho*, & ità fieri præcipitur in *Novell.* 17. *cap.* 13. & docet D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 79. Undè nihil contrà
39 noſtram ſententiam; † paſsim ſcias, quòd nunquàm de facto ſis conſulturus, sèd de jure dumtaxàt, & in caſu admodum dubio, ut dicitur Deuter. 1. *verſ.* 17. *Quod ſi difficilè vobis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam*, & notum eſt in noſtro jure, ut docent DD. promimè allegandi, aut etiàm cùm inferioris vires non ſuppetunt, ut quia perſonæ potentes, aut Eccleſiaſticæ, v. gr. fræmandæ ſint, aut quia ſcandalum timeri poteſt, & pacis violatio, ſi inferior juridicè procedat, nàm quidam evenire caſus ſolent prætèr humanam providentiam, & ità extraordinarii, quòd fortius brachium requirunt Supremi nempè Conſilii, quod mittere ſolet Milites armatos ad puniendos delinquentes, cæteros què continendos, & debitè coercendos, *l.* 2. *t.* 1. *lib.* 8. *Recop.* Avil. in *C. Prætor.* 6. verſ. *A ſu coſta*, *num.* 1. Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 44. & *cap.* 5. §. 1. *num.* 39. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 6. *num.* 29. *cap.* 2. *n.* 46.
40 & *cap.* 13. *num.* 46. † & utinam numquam in hoc diſpenſarent Superiores, nàm magna culpa eſt in Magiſtratu, potiùs quàm in inferiore, delicta non punire etiàm levia, & venialia, D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 98. *num.* 13. cùm delicta ſi non puniantur, augeantur, D. Damian. *Opuſc.* 57. ad Gothofredum Ducem, *cap.* 1. & 3. & Eccli. 7. *verſ.* 6. & exoſi Judices fiant, & contumelioſi dùm ſubditi vident quòd ad illorum conſultationem non providetur, cùm verendus eſſet, non tantùm à ſubditis, ut diximus *ſup. quæſt.* 3. ſub *num.* 25. sèd etiam in ſuperiorum judicio, ut videre eſt *infr. h. q. num.* 94. 100. & 105. & Judices vereri, àc depudeſcere ſolent militare auxilium petere, uti de Eſdra Sacris Literis ſcriptum habemus, Eſdræ *lib.* 3. *cap.* 8. *verſ.* 52. *Erubui enim petere à Rege pedites, & equites in comitatu, tutelæ gratia, contra adverſarios noſtros*, nèc nos unquàm petivimus.

Ad Authenticas objectivè allatas 41
prò contraria ſententia quibus hæc probare intendit poſſe Judices ſecundùm quod æquius, & melius ſibi fuerit viſum judicare ſuo què arbitrio, reſpondetur cum Reinardo Bachovio, *tom.* 1. *diſp.* 13. *thæſ.* 14. *lit.* C. quòd æquius, & melius minimè opponitur Actis, & probatis, vix enim ex hac *Imp.* Juſtiniani in ſuis Conſtitutionibus, loquendi formula inferri poteſt, aut vix credibile eſt Imperatorem, ſic loquendo, liberam tribuere voluiſſe judicibus facultatem ſuo judicandi arbitrio, ità ut *æquius*, & *melius* dixerit quaſi hodiè Judices non ſecundùm leges judicare voluerit, àc illis non teneri; vitioſa enim hæc eſt conceptio, & non tàm falſus, quàm deteſtabilis literæ intellectus, cùm hoc univerſo juri adverſetur, ut videre eſt ex his quæ prædiximus *ſupr. num.* 2. & 5. undè cùm jura juribus ſint concordanda, *C. Cùm expediat, de Elect. & Elect. poteſt.* in 6. mentem Juſtiniani ſic accipere debemus, ſcilicèt, quòd prudentèr, & diſcretè Judices monuit, ut legum tenorem ità obſervent, quòd nec à legis mente recedant, nèc illius verba

ba ad ſummum trahant intellectum, ſtrictum, prædurum què jus, quod Cicer. *lib.* 1. *Offic.* interpretatur ex Terent. *Summum jus, ſumma injuria*; quarè Eccleſ. 7. *verſ.* 17. dicitur: *Noli nimium eſſe juſtus*, & Philoſophus notat, *quòd neſcit gubernare, qui neſcit diſsimulare*, sèd ità ut juris rigorem cum æquitate temperent, & hoc eſt quod dixit J. C. Marcianus in *l. Perſpiciendum* 11. *ff. de Pœn.* quæ eſt omninò videnda, & in mente perpetuò tenenda à judicantibus cum quibus expreſsè loquitur. Vide quæ diximus *ſupr. quæſt.* 5. *num.* 7. *&* 8.

42 Si enim duriora legis verba videantur, poteſt Judex ex æquitate quadam flectere; quinimò ità jubetur facere, dùm tamèn legislatoris voluntatem conſervet, *l. Benignius* 18. *ff. de Legg.* atquè in re omni æquitatis potiùs, quàm ſtricti juris rationem habere, *l. Placuit* 8. *C. de Legg.* Si autèm ipſa legis verba, & ſimùl mens legislatoris perſpicua ſint, quamvis à generali illa æquitate, quæ communitèr in omni lege ineſſe putatur diſſideant, nequit Judex æquitatis prætextu à verbis legis recedere quantumcumquè dura ſint, Paz in *Prax. tom.* 1. *temp.* 6. *num.* 45. nè faciat contrà legis ſententiam, legem què non tàm interpretetur, quàm tollat, cujus rei exemplum habemus in *l. Proſpexit* 12. *ff. Qui, & à quib. manum. liber. non fiant*, ut latius probavimus *ſup. quæſt.* 5. *num.* 8. *cir. fin.* ex verbis: *Verumtamen*, quod ſolius eſt Principis, *l.* 1. *& ult. C. de Legg. l.* 1. *Taur.* circ. *fin.* verſ. *Y mandamos*, & etiam probavimus in *dict. quæſt.* 5. *num.* 7. propterea quæ non valet inferior eſſe ſeverior, nèc miſericordior lege Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 40. *pag.* 62. & itèm ſecunda pars probatur ex Deut. 19. *verſ.* 13. *&* 21. *Nom miſereberis ejus*, & 25. verſ. 12. *abſcindens manum illius, nèc flecteris ſupèr eam ulla miſericordia.*

Undè clarum eſt verbis illis, *æquius*, *& melius* incidere Imperatorem voluiſſe, Judicem poſſe, & teneri, ex æquitate judicare, ità tamèn; ut reguletur, & conformis ſit Regulis Juris communis, & quas tradunt DD. in materia æquitatis: ergo non ſuo arbitro, nèc ſecundùm privatam ſuam ſcientiam Judex valet judicare, sèd ſecundùm allegationes publicas, & leges, nàm ſi ſententia relinqueretur omninò judicantis arbitrio, permulta gravia præjudicia ſequerentur, & Vaſſallis inferri poſſent. 43

Unum porrò eſt arbitrium Judicis primæ inſtantiæ, aliud Judicis ſecundæ inſtantiæ, nàm quòt capita tot ſenſus, *C. Quia diverſitatem* 5. *de Conceſ. Præb.* ubi dicitur, quòd *diverſitatem corporum, diverſitas ſequitur animorum*, *l. Item* 17. §. *Principalitèr* 9. *ff. de Recept. qui arbitr. Recep.* *proptèr naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem*, *l.* 4. *ff. Ad Senatus Conſult. Trebell.* *cùm variæ ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium: quorundam gratificari volentium*, & ſic res eſſet ſempèr in incerto; jus autèm debet eſſe certum, *l. Ornamentorum* 37. *ff. de Aur. & Arg. leg.* & non ars incerta, Bart. in *l. Si is qui ducenta* 13. §. *Utrum* 3. *ff. de Reb. dub.* Ob eandem rationem receptum eſt, dominia rerum non debere eſſe ſub incerto, Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.* 199. *num.* 2. ex *l.* 1. *ff. de Uſucap.* 44

Nequè bonus Judex ſuæ prudentiæ inniti debet, nè apùd ſemetipſum decipiatur juxtà illud Salomonis, Proverb. 3. *verſ.* 5. *&* 7. *Fili mi ne innitaris prudentiæ tuæ, nè ſis ſapiens apùd te metipſum*, & ad Rom. 11. *verſ.* 25. † 12. *verſ.* 16. & S. Hieron. in *C. Nè innitaris* 5. *de Conſtit.* cum *Gloſſ.* Cauſali, in verb. *Decretis*, exponit dicens illum inniti prudentiæ ſuæ, qui ea quæ ſibi videntur agenda, vèl dicenda, præponit decretis Pa- 45

Patrum, Conſtitutionibus, & Legibus, àc S. Ambroſ. in Can. *Judicet* 4. 3. *quæſt.7.Bonus Judex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis, sèd juxtà leges, & jura pronuntiat, ſtatutis, juris obtemperat.* Petrus Gregor. in *Sintagmat. Jur. p. 3. lib.* 47. *cap.* 10. *num.* 9. *ſecundùm leges, & jura non ſuo ſenſu*; immò potiùs recurrendum eſt à Judicibus in definiendis cauſis ad leges, & conſtitutiones, quàm ad expoſitiones Sanctorum, & DD. Can. *De libellis* 1. *diſt.* 20. & tenet Sotus *de Juſt. & jur. lib.* 1. *quæſt.*5. *art.*1.

46 † Ideò S. Chriſoſtomo, *Orat.* 75. aſſerit Civitates poſſe aliquo tempore ſinè muris conſervari, nullomodò autèm ſinè legibus, & Ariſt. *lib. 6. Polit.* ait, non facilè eſſe permanere Civitatem, non legibus, & conſuetudinibus compoſitam, & Rector. 1. *cap.* 3. *In legibus ſalutem Civitatis ſitam*, & ut idem Author eſt 1. *Polit. cap.* 2. *Homo, perfectione ſuſcepta, optimum eſt cunctorum animalium; ſi autem alienus fiat à lege, & à Judiciis, omnium peſſimum*: ergo legibus, publicis què allegationibus potiùs quàm ſuo arbitrio Judicem judicare debere clarè conſtat, & tenent quamplurimi DD. abundè què probavimus *ſupr. num.* 5. & *quæſt.* 5. *à num.* 4. ad 8.

47 Non itèm obſtat ſi adhùc replices, dicendo, benè ſe haberi, & eſſe legibus, àc rationi conſonum, maxima què providentia Juriſconſultorum cautum, atquè ab Imperatoribus, præſertim *Juſtiniano* ſtatum, nè valeant Judices ſuo libero arbitrio judicare, proùt illis viſum fuerit rationi tamèn, & legi, præſertim Divinæ, quæ maximè tenenda eſt, congruum videri illos poſſe ſuò arbitrio judicare, non ità abſolutè libero, ut proximè diximus, nèc prout illis videbitur; verumtamen animi ipſorum ſententiæ, & credulitati conformi, proùt eorundem fides, & conſcientia ſuaſſerit, & quaſi de neceſsitate juſtitiæ, prædicta omnia illos impulleriat; ad cujus propoſitum ſcripſiſſe videtur Paulus ad *Rom.* 14. *verſ. ult. in fin.* verba illa: *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, quæ referuntur in *C. Literas* 13. *de Reſtit. Spoliat. C. Quoniam* 20. *de Præſcript.* Can. *Quærat hic* 44. *de Pœnit. diſt.*3. quæ quidem exponit Gracian. in *dict.* Can. *Quærat*: *Omne, quod non eſt ex fide, id eſt, omne quod ſit contrà conſcientiam, peccatum eſt*, (& proſequitur) *deeſt ergo fides cùm ſubeſt conſcientia peccati.* D. Ambroſ. in expoſitione citati loci D. Pauli, *ex fide*, inquit, *id eſt, ex conſcientia.* Gloſ. in *dict.* Can. & Florentinus, *p.* 1. *t.* 3. *cap.* 10. §. 2. Nàm ſicut fides eſt judicium, quo credimus aliquid, ità, & conſcientia eſt judicium, quo judicamus particularitèr de noſtris actibus moralibus, & prætereà conſcientia, credulitas quædam eſt.

Sèd ut ad literam legitur in *dict.* 48 *C. Literas* 13. *qui contrà conſcientiam egerit, ædificat ad gehennam*, & *C. Per tuas* 35. *de Simon.* Ergo Judex, qui contrà propriam conſcientiam innocentem condemnat ſecundùm Acta, & probata judicans, ædificat ad Gehennam cùm contrà conſcientiam agat, aut qui contrà conſcientiam agit, ad Gehennam non ædificat.

Augetur difficultas, ex *cap.* 1. *de* 49 *Re Jud.* in 6. & Clem. 1. §. *Verum, de Hæret.* quibus in locis Judici injungitur, ut juxtà propriam conſcientiam ſententiam ferat, & ex ſententia D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 1. *n.* 194. cum *ſeqq.* juſtitiam facit, qui proprium ſequitur dictamen cum recta intentione, & nihil poteſt imputari: ergo ruit aſſertum, & ſententia ſtabilita in *num.* 4.

Negari ſanè non poteſt magnis 50 viribus polere argumentum propoſitum, & difficultatis augmentum; sèd tamèn utriuſque minimè obſtantibus reſ-

reſpondetur primò, quòd ſicut duplex eſt veritas, alia in rebus ipſis nobis ſæpè occulta, alia in Actis, quæ judicialis dicitur, ut patefecimus in *nn.* 18. *&* 26. ità etiam duplex eſt conſcientia Judicis, ut notavimus in *dict. n.* 18. alia privata, ſcilicèt, in quantùm eſt privata perſona, quæ ſcit aliquid ſicut in facto accidit, alia publica, videlicèt, in quantùm eſt perſona publica, quæ ſcit aliquid ſicut in judicio probatur: Si ergo conſcientiam privatam cum publica pugnare contigerit, quia fortè aliud in facto evenit aliud verò in judicio probatur, rectè faciet Judex ſi tali caſu publicam ſequatur conſcientiam proùt tenetur, & fusè probavimus *n.* 13. *&* 20. privatam contemnendo, quæ cùm impertinentèr ad hoc negotium ſe habeat, ut diximus *n.* 33. & aliis, non valet dici Judicem contrà conſcientiam abſolutè egiſſe, sèd cum addito, contrà conſcientiam, ſcilicèt, privatam, quod non negamus, ſic què nihil, & contrà noſtrum aſſertum.

51 Secundò reſpondetur aliud eſſe Judicem ſententiam ferre ex his, quæ ut Judex ſcit, tamètſi ut privatus contrarium cognoverit, & aliud Judicem ſententiam dicere contrà conſcientiam, quod nèc probamus, nèc jure probari poteſt: itaquè Judex, qui ut privatus aliud certo ſcivit, & cognovit quàm quod in judicio probatum eſt, juſtiſsimè opinatur, ex probationibus ſeipſum poſſe ſententiam ferre, hac què opinione retenta, abſquè ullo vitio, culpa vè ſecundùm illas poterit ferre ſententiam ſicut aſſerimus cum communi; ſin verò Judex ipſe credat, exiſtimet, aut dubitet ſe non poſſe ferre ſententiam ex probationibus contrà privatam ejus ſcientiam, nequaquàm poterit ità pronuntiare immò peccavit mortalitèr, palàm agens contrà propriæ conſcientiæ dictamen, ut tenet Ant. Sabel. in *Summ. diverſor. tract. tom.* 1. in *Diſcurſu*, *n.* 59. *&* 118. cum *ſeqq.* cum aliis quos allegat, nam vero verius eſt, quòd mortalitèr ille peccat, qui actum agit, illud eſſe mortale crimen opinatus, licèt verè is actus ad mortalem culpam minimè pertineat, ut docent Theologi in 2. *Sentent. diſt.* 39. Similitèr Judex qui opinatur ſibi non licere ex probationibus ſententiam dicere contrà privatam ejus ſcientiam, licèt erroneè; ſi alitèr faciat ut opinatus eſt, mortalitèr peccat, nàm conſcientia erronea ligat, licèt non ſimplicitèr, & abſolutè quatenùs obligat recta, sèd ſecundùm quid, àc reſpectivè, id eſt, ſecundùm credere hominis, & ex ſuppoſito quòd duret, ut defendunt Florent. *p.* 1. *t.* 3. *cap.* 10. §. 4. verb. *Conſcientia*, *n.* 2. Sylveſt. in *Summ. p.* 1. *eod.* verb. *n.* 2. Sabel. *Diverſor. tract. tom.* 1. in *Diſcurſ. Jud. perfect. n.* 119. Judex igitur qui Acta ſequitur, ſcientiam què privatam ſpernit nulla opinione præmiſſa ſibi contrarium ſuadente, rectè agit, aut ea etiàm admiſſa, depoſita tamèn tanquàm conſcientia erronea proùt facere tenetur ex communi, ut docet idem Sylveſt. ubi proximè *num.* 3. & in *p.* 2. verb. *Judex*, *num.* 5. rectè quoquè agit, undè nihil contrà noſtram ſententiam.

Tertiò reſpondetur cum ipſa litera citati Can. *Omnes* 14. §. *Ex his* 52
1. 28. *quæſt.* 2. undè contrarium argumentum deductum eſt, quòd immediatè ad Pauli locum ſub *num.* 47. productum, proſequitur, D. Ambroſ. *Peccatum eſt*, *quod alitèr fit quàm probatum eſt.* Itèm D. Auguſtin. ſupèr eundem locum: *Omne quod alitèr fit, quàm probatum eſt, peccatum eſt, non tamèn omne quod fit cum fide bonum eſt*; ex quibus clarè infertur, quòd ſi Judex publicis probationibus ſprætis privatam ſuam ſcientiam ſequatur, peccatum admittet cùm alitèr faciat quàm probatum ſit.

Ad augmentum difficultatis, ubi 53
citatis in eo juribus Judici injungitur, nè contrà conſcientiam judicet, illum

vè condemnet quem æterni Judicis tribunal non condemnat, prætèr dicta in antecedentibus ſolutionibus, quas hùc reproductas volumus, reſpondetur, verum quidem eſſe debere Judices ſententiam proferre juxtà propriam eorum conſcientiam, inſtructam tamèn ex Actorum, proceſſus què allegationibus, & probationibus; ſin autèm inſtrui Judex ex proceſſu non potuerit, ut contrà ſuam privatam ſcientiam, publicam fidem admittat in cauſæ definitione, non eſt ei permiſſum ex proceſſu judicare, ageret enim contrà conſcientiæ dictamen, quod in prima reſponſione *num.* 50. & ſecunda *num.* 51. ſatis improbavimus. Ità D. Covar. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. ſub *num.* 7.

54 Sèd alitèr, & melius, quartò, & ultimò reſpondetur cum P. Pirhing. Soc. Jeſu, minimè in *text.* quæri àn ſecundùm privatam ſcientiam, juridicas vè probationes Judex debeat judicare, sèd dumtaxàt præcipere intendit in eo Pontifex *Innocentius* nè Judex contrà conſcientiam, & contrà juſtitiam aliquid in judicio faciat in gravamen partis pèr gratiam, vèl pèr ſordes, alioquin condemnandus eſt in æſtimationem litis,& pèr annum eſt ſuſpenſus;perpetuò autem ſi medio tempore ingerat ſe Divinis Eccleſiaſticus Judex, niſi Papa cum ipſo diſpenſet, juxtà *Gloſ.* in *cap.* 1. *de Sent. & Re Jud.* in 6. verſ. *Cum æterni*, quam ſequitur *dict.* Pirhing. in *Jus Canon. lib.* 1. *t.* 32. §. 2. *num.* 13. verſ. *Porrò.* Zeſius etiam in *Comment. lib.* 5. *Decretal. t.* 1. *num.*49. & 51. quamvis enim privatus, qui ut talis unica perſona eſt, & nunquàm niſi reſpectus unus in ipſo invenitur, contrà ſuam conſcientiam agere non poſsit, tamèn Judex habens publicum officium, ſic què duarum quaſi perſonarum vicem, duos què reſpectus, duplicem què ſcientiam fortè ad invicem contrariam, & mutuò pugnantem, non ſecundùm ſcientiam privatam, ut quivis homo, sèd ſecundùm acta publica, & ut homo publicus judicare debet, utpotè judicat, ut Judex, non vero quà privatus.

Ultimò non obſtat ſi dicas, nullo 55
unquàm caſu licitum eſſe, aut poſſe fieri cognoſcere eam quam privatim certò ſcit non eſſe ſuam conjugem, quamvis pèr legitimos teſtes probatum fuerit ſuam eſſe, & Judex pronuntiaverit matrimonium eſſe validum, quia talis copula eſt intrinſecè mala, & fornicaria, ut ſi fortè contigerit virum quendam damnari, ut debitum conjugale reddat fœminæ quam ipſe certò ſcit ejus uxorem non eſſe, nequaquàm tenetur ſententiæ huic ſtare, immò nèc poteſt ſi canonicum impedimentum obſtet, & potiùs propriam conſcientiam ſequi debet,quàm publicam Judicis authoritatem. *C. Inquiſitioni* 44. *de Sent. excomm.* & notatur in *C. Dominus* 2. *de Secund. nupt.* & docet P. Sanch. *lib.* 2. *de Matrim. diſt.* 39. *num.* 8. D. Covarr. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. *n.* 2. verſ. *Quintò, tom.* 2. & *tom.* 1. *p.*2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 7. Ergo potiori ratione cum Judex ſententiam prolaturus ſit, illam dicere debebit ex his quæ certa ſibi ſunt, & ità nota, ut vera eſſe manifeſtè ſciat, omiſſa publica authoritate Actorum cauſæ, maximè quidem in decernenda, & committenda occaſione hominis innocentis de facto, & in veritate, quamvis in judicio convicti, de quo eſt quæſtio: ergo magis privatam quàm publicam ſcientiam Judex in judicando ſequi debet.

Ad quam difficultatem, tamètſi 56
ex hucuſquè dictis ſolutam reſpondetur primò, quòd Judex damnans eum quem privatim ſcit eſſe innocentem, sèd tamèn ex publicis probationibus convictum, & nocentem, non innocentem, sèd potius nocentem occidit, quia Judex tenetur in judicio fidem adhibere his quæ ut Judex cog-

cognoſcit, non his quæ ut privatus intelligit, & percipit, quia Judex authoritate publica juſtitiam miniſtrat; propterea publica documenta tenetur omninò ſequi: Vir autèm cui Judex ſententiam definitivam proferens aliquid præcipit, quod ipſe abſquè peccato exequi non valet, privatus eſt, & in hac præcepti executione, non publica, sèd privata authoritate fungitur, ideoquè privatam, & particularem ſcientiam potiùs quàm publicam, ut ſequatur oportet, immò tenetur, nàm juſtitia quoàd alium; conſcientia verò quoàd ſe ipſum eſt conſideranda Authore Baldo in *l.* 2. *C. de Pœn. Jud. Qui male Judic.* & in Rubr. *de Judic. col.* 3. igitur cùm magna intèr utrumque ſit diverſitas, & differentiæ ratio, non mirum ſi diverſum etiam jus conſtituatur, nàm à diverſis non fit illatio, *l. Sed ſi* 17. *ff. de Except. l. Si maritus* 10. *in fin. C. de Donat. inter vir. & uxor.*

57 Deindè, & ſecundò reſpondetur, occidere innocentem non eſſe ità intrinſecè malum, ut non poſsit ex gravibus fundamentis, & cauſis juſtificari, & cohoneſtari, àc proindè ſicut ſufficiens cauſa putatur bonum commune, nè perturbetur Reſpublica, & via injuſtitiis aperiatur ad hoc ut Magiſtratus poteſtatem habeat privandi verum dominum bonis alioquin propriis, ità, & privandi vita, ſivè occidendi innocentem proptèr commune bonum in noſtro caſu.

58 Sèd meliùs, & tertiò reſpondetur cum P. Sanch. *dict. diſt.* 39. *num.* 12. *lib.* 2. *de Matrim.* quòd licèt Judex, ut privatus homo ſciat reum eſſe innocentem; ut Judex tamèn, ſivè ut perſona publica ſcit eſſe nocentem, & quidem invincibilitèr ſcientia publica, non privata: ſicut ergo licet cognoſcere non ſuam, quam aliquis invincibilitèr putat eſſe ſuam; ità etiam licet occidere innocentem, quem Judex in judicio, & ex Actis judicans, invincibilitèr putat, & cognoſcit eſſe nocentem, nàm probationes legitimæ delicti cauſant invincibilem ignorantiam innocentiæ in Judice, ut Judice, quamvis privatim ſciat reum eſſe innocentem: non itèm probationes valoris matrimonii cauſant invincibilem ignorantiam in Conjuge conſcio nullitatis matrimonii, ſivè impedimenti dirimentis. Diſparitatis ratio eſt, quia Judex, ut diximus, judicat, ut perſona publica, ideoquè in judicando, non privata, sèd publica ſcientia regi debet; àt verò Conjux utitur matrimonio, ut perſona privata, ideoquè ſcientia privata duci debet.

Jam igitur noſtra ſententia in *numer.* 7. detecta, plurimis, & validiſſimis hucuſque roborata, atquè fulcita rationibus, firmiſsimis equidem fundamentis enixa, inſupèr Thologorum, & juris utriuſque DD. authoritate munita, ab objectionum prætereà impugnatione planè tuta; ratione quoquè patefit ex adverſariorum fundamentis deducta, ex quibus ſic ad hominem argumentor. 59

Si aliquibus contraria ſententia nitetur fundamentis, hæc eſſent, ſcilicèt, religio ergà Deum, metus què juſtiſsimi Numinis, & ſatisfactionis apùd ipſum reddendæ; quòd una, & ſimplex ſit veritas, & invincibilis, ex S. Iſidoro apùd Afflict. *deciſſ.* 153. *O quàm magna eſt vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias, & cavilationes ſuperat; & non vult verbis juvari*, Simach. *lib.* 7. *Epiſt.* 16. àc pèr ſe ipſam defenditur Cicer. in *Orat.* in *Vat.* adeoque omnia vincit, 3. *Eſdræ* 4. *à verſ.* 35. *ad* 40. àc proindè dividi conſcientia, aut ſcientia Judicis non poteſt in publicam, & privatam, ſic què Judicem ex quò certam ſcientiam habeat ut homo, contrariam tanquàm Judicem recipere non poſſe, ideoquè omnia mala debere potiùs benignè tolerare quàm innocentem ad mortem, aut mutilationem condemnare, quinimò qui po- 60

potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, occidit, juxtà *Alexandri III.* ſententiam in *C. Sicut dignum, de Homicid.* sèd hæc ruunt fundamenta: ergo, & contraria ſententia, nàm argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum in Jure, Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.* 380. *num.* 1. *in fin. & quæſt.* 138. *num.* 5. antè *med.* Major eſt utiquè certa, & probata manet in *Præfat. num. 66.* Mi-
61 nor probatur. † Si ſuprà expoſita fundamenta vera eſſent, & iis aprehenſis juxtà veritatem facti judici compertam judicandum eſſet, tenetur Judex Actorum probationibus ſpretis eum condemnare quem privata ſcientia certò novit eſſe nocentem, tamètſi publicè probaretur innocens, vèl ſaltim non nocens; sèd hoc ſubſtineri nequit: ergo nequè contraria ſententia: major eſt apùd contrarios veriſsima, minor, præterquàm quòd eſt ſententia D. Thomæ 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. D. Covarr. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. pèr *tot.* ſignantèr *num.* 4. & 8. Sairi *lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 21. Leſii, *lib.*2. *de Juſt. & Jur. cap.* 29. *dubit.* 11. *num.* 92. *in princ.* Filiuſcii, *Moral. QQ. tom.*2. *tract.* 40. *cap.* 6. *num.* 172. *& ſeq.* P. Pihing. *lib.* 1. *t.* 32. *num.* 15. Sylveſtr. in *verb. Judex* 2. *num.* 5. Joann. Andr. Cald. Card. & Abb. in *C. Paſtoralis* 28. §. *Quia verò, de Offic. Jud. deleg.* ejuſdem Abb. & Imol. in *noſtr. text.* atquè ibi Alciat.
62 *num.* 35. † quia omnes hanc reddunt rationem, quòd, ſcilicèt, Judex inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, maximè in re tanti momenti, sèd ordinem juris ſervare tenetur, qui poſtulat, ut nemo condemnetur niſi ſecundùm allegata, & probata legitimè nocens, ſeu reus probetur, ità ut idem jus quoàd hæc in quibuſcumque Superioribus obtineat, juxtà D. Covarr. *dict. lib.* 1. *Var. cap.* 1. ſub *num.* 7. verſ. *Tertium*, cujus hæc ſunt verba: *Tertium etiam Supremos Senatores, Judices vè qui Prætoriis Regiis adſiſtunt non poſſe litigantibus jus dicere ex privata eorum ſcientia, ètſi omnes eam certam haberent: sèd teneri litem definire ex his, quæ ex proceſſu conſtant. Quod probatur: Nàm, & hi Judices omninò debent viſis actis, & proceſsibus judicare quod palàm eſt.* Et meritò, nàm poteſtas judicandi ipſo jure gentium collata eſt à Populo Magiſtratibus tali conditione, ut non niſi ex publicis Actis, & probatis ſententiam, ſivè abſolutoriam, ſivè condemnatoriam ferant, ut latius probabimus *infr. n.* 84. & 85. quia Judex ſicut ex publica poteſtate, ità etiam ex publica ſcientia judicare debet, cùm actus publicus debeat à poteſtate, & notitia publica tanquàm ſibi commenſurata procedere; † & 63
præterquàm itèm, quòd Juri Naturali, & Divino eſt conforme quòd nemo condemnetur ſinè teſtibus, nèc niſi citatus, & auditus, ut dicemus *infr. num.* 108. præter DD. proximè producendos, & in *tract. de Cenſur.* ſub *num.* 25. demptis barbaris gentibus, & tyranis, qui contrarium faciunt; probatur etiam ex Sacris Literis Eccli. 11. *verſ.*7. † 18. *verſ.*19. & 20. & Joann. 7. *verſ.* 51. & ex *Jur. Canon.* text. in *C. Paſtoralis* 2. verſ. *Citatum*, & §. *Cæterum*, in Clementinis *de Sent. & Re Jud. C. Qualitèr* 17. *de Accuſat. cap.* 1. *de Cauſ. Poſſ. & propriet. C. Cùm intèr* 5. *de Except.* §. 1. cujus hæc eſt litera: *Nos in quemquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut convictum, aut ſpontè confeſſum.* Can. *Deus Omnipotens* 20. 2. *quæſt.* 1. Ubi traditur exemplum, quod nobis dedit Dominus, qui tamètſi facta Sodomorum ſciret, quem nihil latet, noluit eos ſtatim judicare, sèd ipſe cum fidelibus teſtibus diligentèr veritatem inquiſivit antequàm eos judicaret, cujus exemplo movemur, nè præcipites ſimus in ſententia ferenda, quia om-

omnis Domini actio, noſtra inſtructio eſt ex *dict.* Can. *Deus Omnipotens* 20. 2. *quæſt.* 1. Can. *Exemplum*, 12. *dict. quæſt.* 1. Can. *Solemnitates*, *de Conſecrat. diſt.* 1. & facit ad *Rom.* 15. *verſ.* 4. & ſi Dominus qui ſciebat factum veritatem diligentèr inquiſivit, multò fortius homines judicantes, qui veritatem neſciunt, & neminem antè probationem condemnare poſſunt veritate, dicente: *Nolite judicare, & non judicabimini*, Matth. 7. *verſ.* 1. & itèm ex Can. *Summopere* 70. 11. *quæſt.* 3. ubi refertur exemplum Moſis, qui quærelas ad Deum referens, juxtà Domini præ-
64 ceptum judicabat; † nos inſtruens, ut nos ex corde noſtro, sèd ex allegationibus, & probationibus ſententiam proferamus Can. *Si tantum* 2. 6. *quæſt.* 2. quem ſic exponit *Gloſ.* quendam, ſcilicèt, Epiſcopum, crimen ſui Parrochiani noviſſe, vèl quia ſolus vidit eum peccantem, vèl quia peccator ſibi dixit, qui tamèn nolebat corrigi; Epiſcopus autèm eum volebat removere à communione aliorum: quæſitum fuit in Concilio Vaſenſi, quid juris ſit, & reſpondet, quòd Epiſcopus eum debet ſecretò monere, ut reſipiſcat, sèd non debet publicare crimen ejus cùm probare non poſsit, quamobrem licèt Judex viderit homicidium committi, damnare tamèn non poteſt delinquentem, niſi illud fuerit legitimè probatum Franc. Caſon in *tract. de Maleſic. tom.* 11. *tract.* DD. *n.* 27. *pag.* 290. vide *infr. à num.* 107.

65 Idem refertur in Can. *Placuit*, 3. 6. *quæſt.* 2. & in Can. *Quàm magnum* 10. 23. *quæſt.* 4. ubi dicitur, Chriſtum Dominum nocentiſsimum Judam tolleraſſe uſquè ad condignum ejus exitum, & eum Sacram Cœnam cum innocentibus communicare permiſiſſe, eò non obſtanti, quòd omnia ei eſſent manifeſta, & ex Can. *Nullum* 10. 30. *quæſt.* 5. ubi dicitur, nullum antè juſtam probationem eſſe judicandum, aut damnandum ex authoritate Apoſtoli ad *Rom.* 14. *verſ.* 4. dicentis: *Tu qui es, qui judicas alienum ſervum?* & ex Can. *Judicantem* 30. *quæſt.* 5. ubi dicitur, non eſſe aliqua judicanda prius quàm certis demonſtrentur indiciis, omnibus diligentèr inquiſitis, & ordine juris in negotio ſervato, nihilo prætermiſſo, & ex Can. 1. & 2. 3. *quæſt.* 9. Can. *Si quis Divinis*, §. *His ità reſpondetur* 30. *quæſt.* 5. *l. Qui teſtamentum*, *ff. de Probat.* D. Gregor. *Moral.* QQ. *lib.* 19. in Job, *cap.* 29. *Ne indiſcuſſa, temerè judicemus, nèc quælibet malè audita nos moveant, nec paſsim ſinè probatione credamus.* Eneas Robert. *Rer. Judic. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 12. *Peſsimum, & periculoſum eſt quemquàm de ſuſpicione judicare: nullus quemquam antè juſtum judicium damnet, nullus ſuſpicionis arbitrio judicet, prius quidem probet, & ſic judicet: peſsimum, & periculoſum eſt quemquam de ſuſpicione judicari*, Lara *lib.* 1. *de Capell. cap.* 10. *num.* 1. & quaſi pèr *tot.* & latè Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 15. *num.* 85.

Ex prædictis omnibus ſatis apparet quàm neceſſarium, juſtum què ſit diligentiſsimè à Superioribus examinari quærelas adversùs inferiores ab eorundem ſubditis propoſitas, nàm præceptum Domini eſt, Deut. 17. *verſ.* 4. *Et hoc tibi ſuerit nuntiatum, audiens què inquiſieris diligentèr, & verum eſſe repereris*, publica, non privata veritate aſpectata, ut probavimus *ſupr. num.* 50. & 62. àc dicemus *infr. à num.* 84. cum ibi *ſeqq.* omninò què ſervari cuncta in hac re à Legibus noſtri Regni benè diſpoſita, nè fortè innocentium Judicium fama periclitetur proptèr ſubditorum improbitatem, & quàm itèm neceſſarium ſit Judices Eccleſiaſticos nequàm de Laicis Judicibus inſtructos à malevolis perſonis, qui illos, tàm temerè, quàm calumniosè, 66

Eccleſiaſtici Status inimicos vocare ſolent, vigilantiſsimè veritatem ſcrutari, prolixè perpenſis, atquè diſcuſſis operationibus, quæ adversùs illos objiciuntur, non dumtaxàt præ oculis habito perverſo fine, qui malitiosè ſæpiùs imputatur, sèd etiàm reflectendo ad quemcumque alium bonum, juſtum, & poſsibilem, quem chriſtiana charitas, & humana prudentia piè dictant in tali, aut tali caſu, & de Judice præſumi ſinè violentia poteſt, nàm ſtrictè, aut potiùs ſtrictiſsimè conſcientias noſtras dirigere poſſumus; proximorum autèm, tàm latiſsima benignitate, favore, & pietate ut ex indè plus ultrà tranſire non valeamus, quoniam fortaſſis intentio proximi plurimum à judicio noſtro diſtat, illo bonum operante, alio malum abs pietate judicante, nàm frequentiùs liberè judicari ſolet, non benè examinatis circunſtantiis quærelantis, aut informantis, & etiam quærelati, aut ejus de quo informatio recepta eſt, vita, & moribus, tàm præſenti, quàm antè acta utrumque, & quæ præceſſerint diſſentiones, quiſnam què ſit, aut eſſe poſsit quærelæ finis, quæ itèm illius animum movere potuerint, quoniam ſæpiùs originem ducunt quærelæ hujuſmodi ab integerrima juſtitiæ adminiſtratione, quæ debet eſſe perfecti Judicis objectum, & ſæpiſsimè non ab aliis fieri conſueverunt, quàm à Clericis æfrenatis, aut ab eorum amicis, conſanguineis vè, ſeu partialibus, & ſimùl à potentibus, ſuperbis, & inſolentibus, qui omnes odio habent Officialem rectum, & inexorabilem. Quod ſi hæc omnia in puncto ſervari videremus, non experiremur ità facilè frangi Juriſdictionis Eccleſiaſticæ cum Sæculari pacem, & concordiam. Vide quæ dicemus *infr. num.* 84. cum tribus *ſeqq.*

67 Ex hucuſquè dictis ſatis evincitur objectionis *num.* 60. propoſitæ reſolutio luce meridiana clarior, neminem, ſcilicèt, ex privata Judicis ſcientia eſſe damnandum, nèc abſolvendum, nàm tamètſi compatibile eſſet, quòd eadem perſona ſimùl eſſet teſtis, & Judex, & quòd illius teſtimonium fidem faceret, quòd meritò negamus tanquàm à jure reprobatum, ut probavimus *ſupr. numer.* 25. & 80. *in ſin.* ex alio capite adhùc eſſet nullius momenti, nempè, quia unius, quod idem valet àc nullius, ut videre eſt *ſupr. num.* 37. & Sacris Literis firmatur *Deut.* 17. *v.* 6. *Nemo occidatur uno contrà ſe dicente teſtimonium*: nemo igitur abſolvi paritèr poteſt uno prò ſe dicente teſtimonium proptèr illam Dialecticæ regulam etiam juridicam: *Contrariorum eadem eſt ratio*, *l.* 1. cum vulgatis, *ff. de His qui ſunt ſui, vèl alien. jur.* Barboſ. *Axiom.* 58. *numer.* 11. Rota apud Gregor. *deciſ.* 517. *num.* 34. & ideò contrariorum, contraria etiam deciſsio D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 25. *num.* 39. & eadem eſt diſciplina Carreil. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. q.*61. *num.* 17. Idem ergo jus debet eſſe òb paritatem rationis in utroque caſu, tàm ad abſolvendum, quàm ad condemnandum: ergo ruunt contrariæ ſententiæ fundamenta, nàm ſi juxtà veritatèm Judici compertam tanquàm privatæ perſonæ judicandum eſt; publicis ſpreætis probationibus, ut illa adverſariorum tenet opinio; cùr ex Actorum probationibus Judex abſolvet reum, quem privatim ſcit obnoxium eſſe actoris petitioni, minimè conſiderata illius privata ſcientia, ut reflectit D. Covarr. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. *num.* 3.? ergo fundamenta contrariæ ſententiæ non ità firma ſunt, ut Judex iis retentis eum valeat condemnare quem certò novit eſſe nocentem, cum tamèn innocens probaretur, maximè reſiſtente Sacro Jure, ex authoritate *Deut.* ubi proximè: ergo nèc ex oppoſito illum valebit abſolvere quem privatim

tim certò novit eſſe innocentem, cùm tamèn nocens probatus ſit.

68 Nèc difficultatem efugient contrarii ſi dicant, non oportere, ut Judex manifeſtet crimen occultum ipſius accuſati, nè ſit proditor criminis contrà ſententiam *Clementis III.* in ſua Decretali *Cum non ab homine* 14. *de Sent. excomm.* & contrà *text.* in Can. *Si tantum* 2. & Can. *Placuit* 3. 6. *quæſt.* 2. quod obſecramus, illorum tamèn refutata contrariorum ſententia: agit etenim Judex abſolvens reum actore non probante, contrà conſcientiam ſibi dictantem obnoxium illum eſſe actoris petitioni; & præ-tereà planè mentitur liberans eum qui verè reus eſt, quò fit ut dùm magis adverſariorum opinionem ſcrutamur, ea minus arrideat, utpotè minimè conſona rationi.

69 Nèc juvant illorum ſententiam ſupra expoſita fundamenta in *n.* 60. religio ſcilicèt ergà Deum, metus què juſtiſsimi Numinis, & ſatisfactionis apùd ipſum reddendæ, immò noſtram tuentur; religioſus namquè ergà Deum erit, juſtitiæ ejus formidoloſus, atqué æterni Judicii, Judex, qui ſecundùm leges, & jura pronuntiat, & illius ſtatutis obtemperat, ut fusè probavimus *ſupr. in. n.* 5. 45. 60. cum quinque *ſeqq.* & in *quæſt.* 5. *num.* 7. Prætereà, ut docet *Juſtinian.* Imp. ad *text. in l.* 1. §. 1. in ſuo Codice de *Veter. Jur. enucl. nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus invenitur, quàm legum authoritas, quæ & Divinas, & humanas res benè diſponit, &*

70 *omnem iniquitatem expellit*; † quamobrem meritò Jus Canonicum condignam eorum memoriam facit qui Gentibus leges dederunt in Can. *Moiſès* 1. *diſt.* 7. ubi referuntur ſeptem perſonæ laudabilis proptereà memoriæ; Moſes nempè Hebræis, Phoroneus Græcis, Mercurius Trimegiſtus Ægyptiis, Solon Athenienſibus, Licurgus Lacedemoniis, Numa Romanis, qui ipſi decem Viros creaverunt, qui Solonis leges in latinum ſermonem tranſlatas decem tabulis exponerent, ut refert Iſidor. *lib.* 5. *Ethimol.* Innuunt etiam tria juris præcepta virtute, & religione plena; ſcilicèt, *honeſtè vivere, alterum non lædere, & ſuum cuique tribuere, l.* 10. §. *Juris præcepta* 1. *ff. de Juſt. & jur.* quorum ultimum tanquàm pertinens ad diſtributivam juſtitiam, quæ verſatur circà pœnas, & præmia ſecundùm cujuſcumque merita, ad noſtrum ſanè propoſitum ſpectat. Similes effectus producit religio ergà Deum, ideoque inter illos numeratur, *l.* 2. *eod.* Undè Ovid. *Faſtor. lib.* 3. ſic inquit:

Indè datæ Leges nè fortior omnia poſſet.
Exuitur feritas.

Juſtiſsimum igitur erit ſecundùm leges, & jura pronuntiare, & ſententiam ferre, quòd expreſſum in Jure Canonico confirmationem habere videtur in Can. *Judicet* 4. 3. *quæſt.* 7. cujus verbis, quæ retulimus in *n.* 36. nihil aliud D. Ambroſ. ſignificare in eo voluit, quàm quòd Judex ex ſe ipſo nihil judicet, ſed ex auditis, viſis què apùd Acta judiciorum probationibus, & allegationibus: ſic ergo leges, & jura, tàm Civilia, quàm Canonica quemquam damnari, & abſolvi jubent ex Actorum allegatis, probatis, & non verò ſecundùm privatam notitiam, ut abundè probatum eſt: ergo ſi quis hoc facere omiſſerit in dictanda ſententia, non religioſus, immò animæ ſuæ inimicus erit; contrà autem ſi non ità fecerit: ergo contrariæ ſententiæ fundamenta magis prò noſtra ſententia quàm prò illorum opinione faciunt. Hinc eſt, quòd Cenſura lata in eum, qui ſecundùm allegata, & probata innocens invenitur, cùm tamèn ſit verè nocens, incurritur juxtà Salmant. *Theolog. Mor. tract.* 10. *de Cenſur. cap.* 1. *punct.* 15. *num.* 187. (quod ſanè eſt 71

eſt intelligendum in foro externo) & reddit rationem, quia, ſcilicèt, Judex, ut potè perſona publica non poteſt ferre cenſuram pèr modum ſententiæ niſi òb ſcientiam publicam, & fori exterioris, quæ ſecundùm allegata, & probata accipitur, ut latius cum aliis dicemus *infr. in tract. de Cenſur. art.* 4. *num.* 29.

72 Nèc itèm juvat contrariam ſententiam, quòd una, & ſimplex ſit veritas, proùt illa tenet in *num.* 60. & ſequimur; nàm hoc minimè refragatur ſuperius factæ diſtinctioni *n.* 17. 18. 26. *&* 50. duplicis veritatis, facti, ſcilicèt, & juris, ſeu privatæ, & publicæ, quoniam poteſt veritas conſiderari in concreto, & in abſtracto, quo quidem poſteriori modo ſumpta veritas, & proùt eſt in ſe, vera eſt contrariorum aſſertio; non autèm primo modo accepta: licèt enim unumquodque ſit ſimplicitèr tale, variis tamèn, & diverſis modis in noſtram poteſt venire notitiam.

73 Ulteriùs, noſtrum ratione probatur aſſertum. Si Judex conſcius innocentiæ rei accuſati, tamèn ex publicis actis, & probatis convicti, teneretur illum abſolvere ex privata notitia, minimè autèm ex publica damnare, paritèr proptèr eandem rationem executor conſcius injuſtitiæ ſententiæ ipſi demandatæ exequi non teneretur proptèr ejus ſcientiam, cùm æquè malum ſit innocentem condemnare, àc talem ſententiam exequi; sèd hoc eſt falſum: ergo, & quòd Judex in judicando magis privatam notitiam quàm Acta, & probata ſequi debet. Probatur minor ex *text.* in *C. Paſtoralis* 28. §. *Quia verò, de Offic. Jud. deleg. ètſi ſciat ſententiam illam injuſtam exequi nihilominus tenetur eandem*: ergo actitata, ſcientiæ privatæ, non hæc illis præferri debet: ergo Judex ſententiam ex Actis probatis, non autèm ex privata notitia concipere debet.

74 Nèc difficultatem effugient contrarii ſi dicant, & præcitato textui objiciant, non ſempèr Judici obediendum eſſe, ſi evidentèr iniquum eſt mandatum ipſius, ſivè contrà jus, ut conſtat ex *text.* in Can. *Quid. culpatur* 4. 23. *quæſt.* 1. ubi præcipitur, Principibus obediendum eſſe niſi præcipiant contra Deum, Can. *Non ſemper* 92. 11. *quæſt.* 3. cujus hæc litera eſt: *Non ſemper malum eſt non obedire præcepto: cùm enim Dominus jubet ea quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt*, & Can. *ſeq.* ubi conſulitur, ut ſi malum cuique Imperator, aut Præſes præcipiat, reſpondeat illi de Act. Apoſt. 5. *verſ.* 29. *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus*, & Can. *ſeq.* & itèm Can. *Prætereà* 27. *diſt.* 50. Can. *Hortamur* 20. 3. *quæſt.* 9. *l. Si cum dies* 21. §. 7. *&* 11. *ff. de Recept. Arbitr. l. Si longius* 18. *ff. de Judic.* Conrad. Brun. in *tract. de Sedit. tom.* 11. tractatuum DD. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. *pag.* 101. ad derſum, *& cap.* 8. *num.* 5. *pag.* 166. & diximus *ſup. quæſt.* 2. *num.* 32. circ. *fin. & num.* 33.

Nàm reſpondetur, verum quidem eſſe, mandatum Judicis iniquum, 75
ſivè contrà jus obediendum eſſe; contrà jus inquam publicum, id eſt, contrà expreſſam juris diſpoſitionem, quia tunc dicitur intolerabilem juris errorem continere, adeò ut nèc cenſuræ hoc vitio laborantes legent, ut videre eſt *infr.* in *tract. de Cenſur. à num.* 31. *ad* 33. ſecùs verò ſi injuſtum præcipiat contrà jus litigatoris, ſeu partis, quia tunc inferior obedire tenetur ſuperiori Can. *Lex æterna* 15. 23. *quæſt.* 5. Can. *Cùm Miniſter* 4. *ead. Cau.* & licèt non ſit obediendum iniquo Judicis præcepto, ut dicunt jura proximè, àc in *num. anteced.* ſignata, nàm illud præceptum jam non dicitur injuſtum, immò juſtum eſt de rigore juris, & ideò à ſubdito eſt exequendum, ut dicemus *infr. in dict. tract. de Cenſur.*

ſur. num. 56. & verſ. *Cæterùm*, ex quò enim ſententia lata eſt tamètſi injuſta, & contrà jus litigatoris, ſi tamèn ab ea non eſt appellatum, elapſo quinquenio in foro Regio, & decendio in Eccleſiaſtico foro declarandum eſt in rem judicatam tranſiſſe, àc de juris rigore mandanda eſt executioni argumento *l. ult. C. Ut*
76 *lit.pendent.* † nàm appellationis omiſſio turpitudinem purgat quæ ſententiæ inerat argumento, *l. Si òb turpem*, *ff. de Condict. òb turp. cauſ.* Vèl ſi appellavit, & ſuccubuit, ut aliquis ſit litium finis, ut admodum eruditè docet Paulus J. C. in *l. Jus* 11. *ff. de Juſt. & Jur.* qui ſic inquit: *Prætor quoquè jus reddere dicitur etiam cum iniquè decernit*, *C. Finem litibus de Dolo*, *& Contum. l. Properandum*, *C. de Jud.* Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.* 199. *num.* 2. ex *l. fin. ff. Pro ſuo*: *& hic legum finis eſt.* Facit Caſiodor. *lib.* 1. *Var. Epiſt.* 5. ad Florianum.

77 Notanda enim eſt maxima differentia inter ſententiam nullam, ſivè manifeſtè injuſtam contrà jus conſtitutionis,ſeu legis expreſsè latam, ut ſi eſſet pronunciata authoritate falſarum literarum, vèl pèr falſa inſtrumenta, vèl pèr dolum adverſarii, ſicquè intolerabilem errorem continentem, ſicut etiam ſi contrà notorium ſtilum prolata ſit, aut ſinè citatione,& eam,quæ injuſta eſt quia contrà jus litigatoris dicta: prima namquè ſententia in authoritatem rei judicatæ non tranſit, nèc ſententiæ nomen meretur, ex traditis à D.Salg.*de R.P. part.*3. *cap.* 9. *n.* 4. 8. *&* 9. viribus què eſt penitus deſtituta, & à Judice proferente revocari poteſt in nullitatis judicio, ex *tex.* in *C.Fraternitatis,de Frigid. & malef. cap.*2. *de Purg.Canon. l. fin. C.de Sent.& interl.omn. Jud.* quæ quidem nullitas ex noviſsimo Jure Regio opponi, & allegari poteſt intrà ſexaginta dies ab eo conumerandos in quo intimata fuit ſententia, *l.* 2. *t.* 17. *lib.* 4. *Recop.* & ſi Judex qui eam protulit alteri mandet, ut executioni tradat, is què delegatus, atquè executor ſententiæ nullitatem, & vitium, àc errorem agnoſcat, obſequi non tenetur præcipienti, *l. Si expreſſim* 19. *ff. de Appellat.l.*1. §.2. *Quæ ſentent. ſine Appell. reſcind. l.* 2. *C. Quand.provoc. non eſt neceſſ.* Vide quæ diximus *ſupr. quæſt.* 2. *à n.* 10. cum *duob. ſeqq.* 30. *&* 35. & dicemus *infr. in Memb.* 2. *quæſt.* 1. *à num.* 2. ad 6. ſignantèr *num.* 5.

Secunda autem ſententia, quæ 78
injuſta dicitur, cùm ſcilicèt Judex de jure litigatoris proncians eum condemnavit quem abſolvere debebat, aut è contra, quamvis Judex imperitè, & injuſtè faciat, tamèn rei judicatæ ſtandum eſt juxtà reſponſum in *l. Præſes* 27. *l. Cum prolatis* 32. *ff. de Re judic. l.* 2. *C. Quand. provoc. non eſt neceſ.* uſquè adeo, ut nèc reſcriptum Principis contrà eam ſententiam recipiatur, *l. ult. C. Sentent. Reſc.* hanc ſi Judex alteri exequi mandet, obtemperandum eſt proptèr rei judicatæ authoritatem. (demptis criminalibus cauſis in quibus delegatus exequi non tenetur injuſtam ſententiam, ſed Ordinario, aut Superiori referre, ut latius probabimus *infr. Membr.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 6. per *tot.*) In hoc igitur ſenſu intelligenda eſt Decretalis Innocentii in citato *C. Paſtoralis*, §. *Quia verò*, cætera què jura, quæ *ſupr.* allegabimus *num.* 73. quia in hoc caſu circitèr relato, præcepto delegantis obſecundare debemus, ſicut in primo reſpuere. Undè cum in *dict. C. Paſtoralis* ſententia ad executionem delegato mandata, (qui Ordinario obſequi debet) injuſta eſſet ex ipſo textu; ideò exequi tenetur: *Sententiam illam injuſtam exequi nihilominus tenetur*: secùs ſi nulla fuiſſet, tunc enim non deberet delegatus illam exequi, aliàs excuſarentur Carnifices qui Martyres occiderunt,

S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 6. ad 3. quando autèm dumtaxàt injuſta eſt, cùm Judex tali caſu juſtè præcipiat, Miniſtri obedire debent proptèr authoritatem rei judicatæ, non obſtante ſua privata notitia oppoſitum ſuadente, dummodò non poſſint ſe excuſare ab executione talis ſententiæ, Sanch. *lib.6. Conſil. cap.*1. *dubit.* 8. *num.* 4. quia ipſorum non eſt diſcutere ſuperioris ſententiam, habitis hùc prò reproductis quæ dicemus in *tract.de Cenſur.n.*56. & etiam in verſ.*Cæterum*, *eod. n.*nec ipſi occidunt innocentem,ſed Judex cui exhibent miniſterium, Sylveſt. *p.*2. verb. *Judex*, *q.6. p.*85. P.Pirhing. *de Offic. Jud.* §. 2. *n.* 14. D.Covarr.*lib.*1.*Var. cap.* 1.*num.*10.

79 Noſtro igitur aſſerto jam ſatis examinato, obſervandum eſt, ut *ſupr.*notavimus *num.* 14. intèr omnes DD. convenire in quæſtionis noſtræ caſu, vias omnes à Judice eſſe tentandas, quibus reum quem innocentem privata ſua ſcientia novit, qui què ex Actis proceſſus de crimine convincicitur, ſinè ſcandalo liberare poſsit: difficultas tamen manet circà duo media, quæ aliqui neceſſariò exquirunt à Judice antequam condemnet; alii autèm nequaquam, nàm in primis quidam exiſtimarunt, Judicem, ſi alio modo innocentem liberare nequeat, debere eum Superiori remittere: sèd hoc Judici neceſſarium non eſſe, adversùs eos DD. defendunt Sot. *quæſt.* 4.*art.*4.in verſ. *Sunt autem*, D. Covarr. *lib.*1.*Var.cap.*1.*n.9*.verſ.*Septimò ſunt.* Nec ſatis cautum videri illud tamquàm remedium apponi quod nullo juvamine infelicem reum afficere valeat, nèc ullatenùs proficere, nàm ſi poteſt ſententia ferri ex his, quæ Judici, ut Judici probata ſunt, non debet hic Judex alitèr cauſam Superiori remittere quàm ut innocenti ſubveniatur, qui quidem effectus nequaquam ſequitur ex cauſæ remiſsione ad Superiorem, qui ex iiſdem Actis innocentem damnabit;nec per hoc inferior remittens, liber erit à reatu, cauſam dans morti innocentis ſic remittendo, ut Cajetanus exiſtimat *q.* 67. *art.* 2.

80 Sunt etiam qui tenuerunt, officium, & Magiſtratum ſuum dimittere neceſſarium eſſe potiùs quàm reum innocentem damnare, ità ut tunc poſsit hoc facere cùm illud practicare nequeat; & hunc etiam ſenſum reprobat idem Sot. *dict. quæſt.*4. *art.*2. verſ. *Alterum ſubterfugium*, cùm probabilius ſit Judicem non teneri ad medium adeò difficilè, quale eſt relinquere officium, nequè cum tanto ſuo diſpendio tueri vitam innocentis, quando ipſe non eſt in culpa, ſed alii, cùm nemo teneatur tàm ingenti ſuo incommodo damnum quod ipſe non dedit in fratre ſuo cavere, maximè cùm officio prædicto vivat, præſertim ſi idem damnum ſubitruſſit reus ab alio Judice, Sanch. *lib.* 6. *Conſil. cap.* 1. *dubit.* 17. *num.* 14. quamquàm non ignoramus neminem à reatu excuſari ex quò damnum ea ratione dederit, quia ipſo non dante, alii nihilominus damnum illud dediſſent, nàm hoc non obſtanti teneretur proculdubio ad reſtitutionem, & reparationem damni dati, D. Covarrub. in *Regul. Peccatum*, *p.* 2. §. 12. *num.* 2. ex D. Thom. & Cajet. Si autèm ſpes eſſet abdicationem officii profuturam innocenti, tunc deberet id relinquere, cùm juxtà ordinem charitatis debeat quis prò liberando proximo extremè indigente, etiàm cum detrimento aliquo ſuorum bonorum temporalium ei ſubvenire: ergo etiam prò ſervanda vita innocentis, niſi in graviſsimum damnum Judicis abdicatio cederet, ut ſi ſummæ Dignitati, vèl Regno renunciandum foret, tunc enim non tenetur cum tanto detrimento, *Cardin.* Lugo, *tom.* 2. *de Juſt. & jur. diſt.* 37. *ſect.*4. *num.*45. Pirhing. *h. t. de Offic. Jud. Ordin.*

§. 2.

§. 2. *num.* 14. verſ. *Infertur ſecundò*, Xamar *eod. t.p.* 1. *quæſt.* 18. *numer.* 13. Ex his infertur non benè locutum fuiſſe Vivium, *deciſ.* 178. *num.* 3. dùm ait, Judicem ex charitatis lege teneri deponere officium, & fieri teſtem licèt ſuum teſtimonium non eſſet ſufficiens ad liberandum reum, ut ſinè dubio non ſufficeret, quia nullus unquam dubitavit, quòd unicus teſtis nihil probat etiamſi ſit omni exceptione major, Xamar, ubi proximè, *num.* 14. *C. Licèt univerſis in fin. C. Licet ex quadam de Teſtib.* Deut. 17. *verſ.* 6. Paz in *Prax. tom.* 1. *temp.* 8. *num.* 11. reproductis *ſupr. dictis in n.* 23. cum duob. *ſeqq.* & 37. àc 67. antè *med.* etiamſi ſit Cardinalis, ut diximus *num.* 25.

81 Sed melius opinatur D. Covarr. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. ſatius eſſe teſtium falſitatem diligentèr inquirere, & præter hoc quamlibet tentare viam, ut innocens ejus teſtimonio abſolvatur, hoc ipſum Principi referendo, vel Reipublicæ ſignificando, ſicuti dicitur Proverb. 12. *verſ.* 17. Deut. 4. *verſ.* 9. facit 1. Joan. 1. *verſ.* 1. 2. Mach. 3. *verſ.* 36. *quæ oculi tui viderunt loquere*, & non dicitur, judicare, forſam enim Princeps, ejus aſſertione, & probitate perpenſa, publicè què omnibus cognita fidem, illius certificationi exhibebit: tenetur enim quilibet etiam non requiſitus ſubvenire proximo, nè damnum, vel in bonis, vel in corpore iniquè patiatur, veritatem què denuntiare ei qui prodeſſe poſsit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. & ibi Cajetan. *text.* Optimus, in Can. *Nolite* 86. 11. *quæſt.* 3. *cap. Intimavit* 18. *de Teſtib.* D. Covarrub. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. *num.* 9. verſ. *Septimò*, circ. *fin.* Sin autem apùd Principem Judex obtinere non valeat hujus innocentis abſolutionem, nèc aliud ſit, huic innocentiæ tutum refugium, poterit Judex abſquè animæ periculo eam cauſam ex allegatis, & probatis definire, ut ſenſit pratèr alios Div. Thom. *dict. q.* 64. *art.* 6. ad 3. & Cajetan. *dict. quæſt.* 67. *art.* 2. ad *fin.* & diximus *num.* 20.

Quæſtionis noſtræ exegeſi jam 82
tractata, quibuſdam rationibus impugnata, paritèr defenſa, & probata, quò magis illius veritas eluceſcat, ſit contrà eam unicum argumentum. Judex ſententiam dicens contrà veritatem ſibi privatim compertam, planè mentitur in læſsionem alterius, aliud enim dicere quam ſcias, mendacium eſt, nàm mentire eſt contrà mentem ire, *cap.* 1. *de Crim. falſ. Cap. Super eo*, 4. *de Uſur.* Can. 1. 22. *quæſt.* 2. & expreſsius in Can. *Nè quis arbitretur* 14. *ead Cauſ. & quæſt. leg. ult. ff. de Rei vindic.* ſed mendacium in judicio, & circà ea quæ ad ipſum judicium pertinent, ſemper eſt mortale peccatum, & iram Domini meretur, Pſalm. 5. *verſ.* 6. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*: ergò & cauſam definire ſecundùm allegata, & probata, & non ſecundùm propriam conſcientiam. Major ſatis probata manet. Minor eſt Div. Thomæ, & Cajetani 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. & *quæſt.* 110. *art.* 4. *ad fin.* Conſequentia eſt neceſſaria.

Verùm hæc difficultas facilè ſol- 83
vi poteſt, nàm tamètſi verum ſit, quòd mendacium in eo conſiſtit quòd aliud credat quis & opinetur, aliud verò proferat; negamus tamèn hoc contingere in dicto caſu Judice ſententiam ferente ex Actorum probationibus contrà ſuam particularem ſcientiam; hic enim minimè mentitur, nàm cùm authoritate publica ſententiam dixerit, præ oculis habere tenetur publicam dumtaxàt veritatem, quam ex publicis documentis elicere debet: undè Judex ipſe viſo proceſſu, & ex eo cauſam definiens, ac ſequutus id quod illi, ut Judici verum eſſe conſtiterit, rectiſsimè operatur, & verax eſt; ſecùs verò ſi contra

tra fecerit. Ita ſentit D. Covarrub. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. *num.* 6. verſ. *Secunda ratio tollitur.*

84 Ex quibus omnibus rectè cognoſces, veriſsimam omni què dubio exutam eſſe noſtram ſententiam, quòd nempè Judex, non ſecundùm propriam conſcientiam, non veritate inſpecta; veritate inquam facti, extrajudicialitèr, aut ab extrajudicialibus inſtrumentis, epiſtolis, aut ſchedulis conſtiti, aut in corde judicis quâ tali opponita, ſed ſecundùm allegata, & probata judicare tenetur prout in jure definitum eſt, quòd qui ſervare debent, tàm Superiores, quàm inferiores, ex *Jur. Reg. leg.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop. Aſsi en primera inſtancia, como en ſegunda, ò tercera :: ſeyendo hallada, y probada la verdad del fecho por el Proceſſo en qualquier de las inſtancias, que ſe viere, ſobre que ſe pueda dàr cierta ſentencia, que los Jueces que conocieren de los Pleytos, y los ovieren de librar, los determinen, y juzguen ſegun la verdad, que hallaren probada en los tales Pleytos.* Nunc ſignantèr nota verba illa: *Y probada la verdad del fecho por el Proceſſo.* Cum immediatè ſequentibus, junctis cum principio, & fine, & docet D. Covarrub. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. *ſub num.* 7. verſ. *Tertium*, cujus verba retulimus *ſup. num.* 62. reproductis hùc quæ diximus *ſup. in quæſt.* 2. *num.* 214. †

85 nàm id quòd in jure receptum eſt Judices ſuperiores poſſe judicare ſola veritate inſpecta, ſic accipiendum eſt, quòd veritas potiùs attendatur, quàm juris ſubtilitates, ut intelligit Guid. Papæ in *Deciſſ. q.* 29. *num.* 1. & in Notis apùd ipſum *ibid. lit.* A. aliàs tota judicandi ratio ſubverteretur, & irriſoria eſſet prædicta *l. Regia*, quæ hoc tantùm præcipit, ut potiùs veritas in Actis probata attendatur, quàm ordo judicialis, àn apùd Judicem inferiorem ſervatus fuerit in prima inſtantia, àn non, ita ut quamvis defectus in eo appareat, hoc non obſtanti, & ex hac cauſa non revocetur, nèc nulla declaretur à Superioribus inferioris ſententia, ſed hæc ab ipſis profeRatur hoc omiſſo reſpectu, quin aliquid aliud attendi debeat quàm veritas ex proceſſu reſultans, àc probata apparens ex Actis, ut notum eſt in perſpicuis dictæ *l.* 10. verbis; aut ſi alitèr opinari velis contrà expreſſa *l.* verba; contra eſt, nàm etiam inferioribus Judicibus ab ipſo jure Regio facultas conceditur judicandi ſola veritate attenta, ex ipſa *l.* 10. & canit ejuſdem Rubrica, quæ generalibus verbis concepta eſt, àc in *Indic. tom.* 2. *Recop. lit.* S. verb. *Sentencias, num.* 2. atque ex ipſa *l.* docet Paz in *Prax. part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 7. *num.* 36. & expreſsius in *leg.* 23. *tom.* 16. *lib.* 2. *Recop. Otroſi mandamos à los del nueſtro Conſejo :: y Corregidores, y à todas las Juſticias de nueſtros Reynos, que manden, y apremien con mucha diligencia à los Abogados :: que guarden, y cumplan las Leyes :: procediendo en ello ſumariamente, ſola la verdad ſabida*: & hic eſt verus ſenſus *leg.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* quæ loquitur de Supremis Senatoribus; & tamètſi in ea ſequentia leguntur verba: *Y determinar ſimplemente, y de plano, y ſin eſtrepito, y figura* (b) *de juicio, ſolalamente ſabida la verdad*; nihil eſt quòd impediat, quominus hæc ità accipiantur, ut relationem faciant ad ordinem judiciarium, nè in juris rigore attendatur, ad vitandas dilationes ad breviorem cauſarum expeditionem cum minoribus partium expenſis, & hæc fuit cauſa impulſiva legislatoris, ut videre eſt in *princ.* dictæ *l.* & hoc ſuadet *lit.* (b) in ea appoſita inter verba: *y figura* (b) *de juicio.* Si perſpicimus quòd *Gloſſ.* ejuſdem *l.* in *dict. lit.* b. hanc legem confert cum antedicta *l.* 10. *t.* 17. *lib.* 4. *Rec.* quæ tàm de Superioribus, quàm de

de inferioribus loquitur, & diſponit tàm de prima, quàm de ſecunda, & tertia inſtantia, ut ſemper pro objecto unicè habeatur veritas ex proceſſu reſultans, quin curetur àn judiciarius ordo ſervatus fuerit, necnè: nèc alias opinari licet, cum ſi Acta de medio omninò tollantur, non eſt undè veritas apparere poſsit quàm ex Actis, & probatis, D. Salg. *de R. P. pag.* 1. *cap.* 2. *à num.* 100. & *pag.* 4. *cap.* 3. *à num.* 167. cum juribus, & DD. ab eo relatis, reproductis hùc *ſupra dictis num.* 34. Firmatur hæc veritas, Domini teſtimonio per Moſem loquentis *Deut.* 13. *verſ.* 14. *Quære ſolicitè, & diligentèr, rei veritate perſpecta, ſi inveneris certum eſſe quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, ſtatim percuties habitatores urbis illius.*

86 Hæc ſi adamuſsim ſervarentur, non tot delationes contrà probos Judices audirentur, ut ſæpiùs à perverſis hominibus, Dei, & Regis timore poſtpoſito fiunt adverſante, Levitici præcepto 19. *verſ.* 13. *Non facies calumniam proximo tuo.* Eccleſ. 10. verſ. 6. & Prov. 4. verſ. 24. *Remove à te os pravum, & detrahentia labia ſint procul à te.* Luc. 3. verſ. 14. in fin. *Nequè calumniam faciatis*, aut non tàm fallax toties lugeretur judicium, maximè ſi attentè præ ſe ferrent Superiores quæ dicta relinquimus *num.* 66. & dicenda *infr. in Memb.* 2. *quæſt.* 9. *in Monit. Salut. à num.* 44. *ad fin.* àc non obliviſcerentur proficua conſilia, D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 6. *à num.* 26. ad 31. & *obſerv.* 1. *à num.* 334. ad *fin.* ſignatim *num.* 337. Alioquin reflectamus deprecor, quòd vix probari videmus hujuſmodi delationes, & permulta recentia exemplaria referre poſſemus Judicum ſindicatorum, & meritò abſolutorum in Supremo Conſilio ex anno 46. uſquè ad 49. in quo ſumus cùm hæc perficimus niſi quædam inconvenientia dignè cavenda impedirent, quoniam liberè loqui non licet, Cicer. prò *Leg. Manil. pag.* 7. porro multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audivit auris mea, ut dicitur *Ecclеſ.* 16. *verſ.* 6. idcircò, multa conſultò prætereo, ſed ea vos conjectura perſpicitis, ut ajebat *Cicer.* prò *Leg. Manil.* in Selectis *Epiſt. pag.* 14. † Delendum enim 87
à mentibus noſtris non eſt, quàm facillimum ſit accuſare, jam quia ſolummodò dependet ex libero accuſatoris facto, & ſæpè ex obſtinata voluntate, rancoris igne ferventе, & jam quia inimici quaſi cæci præcipitantèr, temerè, & verſuto animo, ac quadam cordis perfidia ad calumnioſas accuſationes quàm facilè propendunt, quod ſignificare voluit, Æneas Robert. *lib.* 1. *Rer. Judic. cap.* 14. his verbis: *Vitia criminari, & vituperari nemini non facilè eſt, ſed reum qui in judicio accuſatur, certis rationibus, veris què probationum argumentis convincere, hoc opus, hic labor eſt*, & Demoſthen. *in Orat.* contra Eubulidem: *Calumniantis proprium eſt in crimen vocare omnia; probare verò nihil*, reproductis *infr.* dicendis *in Memb.* 2. *quæſt.* 2. à *num.* 9. ad 19. & hoc ideò eſt, quia religio, veritas, & pietas à mentibus calumniantium omninò delentur, Cicer. *in Orat.* pro Lucio Flacco: *Nihil religione teſtatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expreſſum*, quia tamètſi accuſatus verè reus ſit, non tàm ſatagunt accuſatores velùt inimici, ſindicati correctionem, (ſi eam fortè meruerit) quàm, odium fundendo, cum illius perditione gloriari, Hugo *in Expoſit. Regul. Sunt nonnulli, qui aliorum redarguunt culpas, non tàm ut eas corrigere velint, quàm ut odium quòd in corde geſtant exercere poſsint*, quia homines hodiè non timent, ſed audent, re-

refrixit charitas, & ſuperabundavit iniquitas, ut ajebat Vincent. Caroc. *de Locat. & Conduct. pag.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 128. & ſæpiùs hæc fieri ſolent à perſonis magnæ authoritatis, quarum aſſertio validiſsima eſt in contentionibus, *Gloſ.* in C. *Nobiliſsimus, diſt.* 96. Narbon. *in leg.* 60. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* à *num.* 67. Farin. *de Oppoſit. contr. perſon. teſt. lib.* 2. *text.* 6. *quæſt.* 63. *cap.* 2. & melius *cap.* 3. *num.* 88. *dict. quæſt.* D. Valenz. *conſ.* 58. *num.* 1. & 2. Vela *diſſert.* 38. *num.* 78. D. Covar. *Pract. QQ. C.* 33. *num.* 3. Pegas *reſol.* 5. *num.* 135. *Habito reſpectu ad qualitatem perſonarum quas veriſsimile eſt non mentiri*, & hac ſecuritate nitentes, quàm fœda agrediuntur, nullæ authoritati, nullo loco, nulli qui tempori indulgentes, atrocius adeoquè delictum committentes, Quintil. *lib.* 6. *cap.* 1. *Atrocitas creſcit ex his. Quid factum ſit, quo animo, à quo, quo loco, quo tempore, quomodò*: ego autem neminem nomino; quare iraſci mihi nemo poterit niſi qui ante de ſe voluerit confiteri. Verba ſunt *Cicer.* in *Orat.* prò *Leg. Manil. pag. mihi* 20.

88 Quorum omnium maturo habito reſpectu, major profectò fides adhibenda eſt Judicibus, qui opprobriis afficiuntur, & moleſtam contradictionem patiuntur, quam iis qui laudibus à ſubditis coronantur, ſi attentè legamus Anacletum P. in Can. *Nihil illo, diſt.* 83. *Nihil illo paſtore micerabilius, qui gloriatur luporum laudibus, quibus ſi placere voluerit, atquè ab iis amari elegerit, erit hinc ovibus magna pernities. Nullus igitur paſtor placere lupis, & gregibus ovium poteſt*: Propterea cautè debent attendi acclamationes populi circà electiones Magiſtratum, publicorum què Officialium (quorum mutatio communitèr appeti ſolet, juxta Gracianum, vulgò *el Diſcreto, tom.* 2. *Agudez. y Art. de Ingen. pag.* 422. *col.* 1. *La variedad es madre del guſto, por lo menos del alivio; y la mudanza de Superiores fue ſiempre plauſible*, quia novitas, jucunda eſſe conſuevit, ex *eod. dict. tom.* 2. *pag.* 383. *col.* 1. *El guſto ſiempre pica en la novedad*, Cicer. 2. *de Divin. Dulci què animos novitate tenebo.* Et Saluſt. in Jug. *Nam vulgus (uti plerumque ſolet, & maximè Numidarum) ingenio mobili, ſeditioſum, atque diſcordioſum erat, cupidum novarum rerum, quieti, & otio adverſum.* Sed Luc. 5. *verſ. ultim.* dicitur: *Vetus melius eſt.* Et Marc. 1. *verſ.* 27. *Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc nova?*) Propterea item curioſa fieri debet ſcrutatio delationum ad illorum expulſionem, & depoſitionem tendentium; prætereà, quia negotium eſt magni momenti, ut ſentit Cortiad. *deciſ.* 169. *num.* 28. quæ quidèm cautela adhibebitur ſi legibus potiùs quàm clamoribus judex Superior, prout debet, adhæſit, *C. Oſtius*, & ibi *Gloſ.* de *Elect.* & *elect. poteſt.* C. *Cum ?. & A. de Re jud.* Can. *Si ergo*, 8. *quæſt.* 1. *l. Decurionum* 12. §. *unico C. de Pœn. leg. Juſtiſsimos, C. de Offic. Rect. Provinc.* Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 2. *num.* 4.

Nàm præterquàm quòd fama multum utrimquè mentiri ſolet ex 89
D. Hieron. *in Epiſt.* ad Rufinum: *Multum in utramque partem fama crebrò mentitur, & tàm de bonis mala, quàm de malis bona falſo rumore concelebrat. Multi profectò ſunt falſi rumores à malevolis, & nugi gerulis conficti*; † & præter- 90
quàm quòd vox populi non eſt aliquo pacto attendenda, nèc valida judicanda, *leg. Ad beſtias* 32. *ff. de Pœn. dict. leg. Decurionum* 12. C. *eod.* Maſcard. *de Probat. concl.* 748. *n.* 6. Bobad. *lib.* 5. *dict. cap.* 2.

à

à *num.* 91. Carlev. *de Judic. tom.* 2. *diſp.* 3. *num.* 11. *in fin.* Laurent. Gracian. ubi proximè *in num. anteced. tom.* 2. *pag.* 342. *col.* 2. verſ. *Pero no*, & *pag.* 355. *col.* 2. P. Feijous, *tom.* 1. *diſc.* 1. *num.* 6. ubi damnat quòd vox populi ſit vox Dei, & per *tot. diſc.* ſignanter §. 3. *num.* 8. & 9. ubi docet quòd quantùm ad approbationem, aut reprobationem ſubjectorum magnopere vox populi fallitur; quapropter ad illius clamorem facta electio non tenet, *cap.* 2. *de Elect. & elect. poteſt.* iniquiſsima etenim vox populi Chriſtum Dominum tamètſi innocentiſſimum damnavit ſecundùm quatuor Evangeliſtas, *Matth.* 26. & 27. *Marc.* 14. & 15. *Luc.* 22. & 23. & *Joann.* 18. & 19. *in Paſsion.* Domini: *Dicunt omnes crucifigatur*: : *& reſpondens univerſus populus dixit*: *Sanguis ejus ſuper nos*, *& ſuper filios noſtros.* Hæc ſunt verba Matth. Marc. ubi proximè, ſic loquutus eſt: *At illi iterùm clamaverunt*: *crucifige eum*: : : *at illi magis clamabant*: *crucifige eum.* Luc. ſequentia ſcripſit: *Exclamavit autèm ſimùl univerſa turba, dicens*: *Tolle hunc*, *& dimitte nobis Barrabam*: : *at illi ſucclamabant*, *dicentes*: *crucifige eum*: : *at illi inſtabant vocibus magnis*, *ut crucifigeretur*, & denuò ſic Joann. *Clamaverunt ergo rursùm omnes dicentes*: *non hunc*, *ſed Barrabam*: : *clamabant dicentes*: *cruci-*
91 *fige*, *crucifige eum*; † quam ob rem vulgi judicio minimè ſtandum eſt, ut canit Poëtica Cleantis Stoici Philoſophi: *Terreat amentis*, *nec te ſententia vulgi.*

Judicium ſapiens, *& juſtum non habet ullum.*
Vulgus, *& in paucis vix hoc reperire licebit.*

Sed magis ſententiosè, & brevitèr Comicus.

Pulchra in tumultu judicare non decet.

Etenim vulgi ſententia caret judicio, & non eſt ſinè controverſia Clemens Alex. *lib.* 5. *Strom. pag.* 501. *col.* 2. *lit. B.* reproductis *ſupr.* dictis *in Præfat. num.* 20. & dicendis *infr. h. q.* ſub *num.* 113. *circa fin.* † 92
& præterquàm itèm quòd ob res minimas, Judices ſindicari non debent, juxtà Azeved. *lib.* 3. *Recop. t.* 7. *num.* 11. & Seſſe *de Inhibit. in ſuo reſponſo Sindicat. num.* 6. cùm aliàs irreparabilia fleantur damna, quæ ex Dulceto refert, & notat Avil. *Judic. ſindicat. cap.* 1. *in Gloſ.* verb. *Mandamos*, *num.* 11. diximus què *in Manifeſt. Legal. pag.* 1. §. 1. *num.* 2. *pag.* 28. † & præter- 93
quàm inſupèr quòd ſunt valdè privilegiati, ex *eod.* Seſſe ubi proximè, *num.* 62. & Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 1. *num.* 79. & propterea, àc aliis de cauſis durante officio non poſſunt accuſari, & ſindicari ob res malè factas, multò què minùs ſuſpendi, nec puniri niſi delicta eſſent talia quibus poſſent tali officio privari, juxtà *eund.* Villad. *cap.* 6. §. 1. *num.* 1. Anton. Sabell. *diverſor. tract. tom.* 3. §. *Officia* 5. *num.* 2. & 15. & *tom.* 4. §. *Sindicatus* 18. *num.* 7. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 19. *num.* 14. cum multis, † quoniam publicus 94
Officialis etiàm ad nutum amovilis, & etiàm à Vaſſallorum Domino conſtitutus removeri ab officio abſquè legitima cauſa non poteſt, nè dedecus illi inferatur Can. *Horrendus*, 32. *quæſt.* 5. *l.* 2. *t.* 2. *part.* 2. D. Larrea, *alleg.* 2. D. Salg. *de R. P. pag.* 3. *cap.* 2. *num.* 61. & *cap.* 8. *num.* 12. & *in Labirynt. part.* 1. *cap.* 35. *num.* 21. uſquè ad 38. & *de Retent. pag.* 2. *cap.* 28. *num.* 3. D. Creſp. *part.* 1. *Obſerv.* 7. & omnes *in leg. Juriſperitos* 30. *ff.*

95 *ff. de Excuſat.* † idem què procedit in Cappellanis, & Beneficiatis etiam ad nutum amovilibus, Gracian. *Diſcept. forenſ.* 197. *num.* 22. Gonz. *in reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 6. *num.* 40. & *ſeqq.* Garc. *de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 88. Tondut. *lib.* 2. *Quæſt. Benefic. cap.* 59. *num.* 14. Rota *deciſſ.* 728. *num.* 2. & *ſeqq. part.* 1. Moſtaz. *de Cauſ. Piis, lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 29. Pignat. *tom.* 4. *conſult.* 170. *num.* 4. †
96 quapropter ſi publicus Officialis juriſdictionem exercens, deponatur, atquè ſpolietur, poſſeſſorium remedium illi competit, juxtà *eund.* Gracian. *diſcept.* 167. *num.* 23. Maſtrill. *lib.* 1. *de Magiſtrat. cap.* 27. *num.* 26. & *cap.* 16. *in fin.* D. Larr. *deciſſ.* 2. *num.* 8. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 19. *num.* 15. & reintegrari debet in expenſis, & damnis paſsis ſi ſervire aliquo tempore fuerit impeditus, Fontanell. *gloſ.* 10. *pag.* 1. *num.* 105. Caval. *in Repert. ſuar. deciſſ.* verb. *Elect.* 4. *num.* 11.
97 junctò *num.* 90. † Solent, prò adminiſtratione juſtitiæ multos habere inimicos, Div. Thom. 2. 2. *quæſt.* 7. *art.* 2. C. *Qualitèr, & quando* 2. *de Accuſat.* dicemus què *infr. num.* 14. & probavimus *in Manifeſt. Leg. in Exord.* §. 2. *num.* 4. *pag.* 5. quia omnibus complacere impoſsibile eſt, Sabel. *tom.* 1. *in Compend. de qualit. Judic. perfect. num.* 13. & ex Demochrito Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 1. *num.* 45. verſ. *Porque muchas veces*, Laurent. Gracian. *tom.* 2. *Agudez. y Art. de Ingen. pag.* 385. *col.* 2. verſ. *Llegò*, & *pag.* 353. *col.* 1.
98 verſ. *No todo*; † indequè non eſt danda fides teſtibus contrà Judices, niſi ſint multi, & conteſtes, àc ab omni macula ſuſpicionis liberi, Seſſe de *Inhibit. cap.* 1. §. 3. *num.* 33. iis reproductis quæ *ſupr.* diximus *quæſt.* 3. *num.* 53. & *infr.* dicendis *h. q. num.* 107. cum *ſeqq.* non conjurati, quia tunc nullam facient, ex *eod. Doct.* qui ita tenet ex communi, Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 2. *num.* 62. & diximus *in dict. Manifeſt. pag.* 1. §. 1. *num.* 3. circa *fin.* & *pag.* 3. §. 3. *num.* 14. in *fin.* nec ſingulares, quia non probant in ulla cauſa, C. *In omni negotio, de Teſtib.* & cum multis Alteſerr. *lib.* 1. *t.* 6. *Decretal. pag.* 90. in *fin.* † ideoquè 99
Judex manutenendus eſt in Officio donèc re judicata expelli mereatur, Can. *Satis perverſum* 7. *diſt.* 56. C. *Conquerent.* 7. *de Reſtit. ſpoliat. l. Juriſperitos* 30. *ff. de Excuſat. l. Quod ſemèl* 5. *ff. de Decret. ab ordin. fac. l. Præſidis, ff. Si cert. pet. l.* 2. *t.* 10. *part.* 2. *è debe otroſi el Rey mantenerle en el oficio, no faciendo porque lo debieſſe perder.* Congruit *l.* 23. *t.* 7. *part.* 1. nàm ſemèl approbatus, abſquè cauſa reprobari non poteſt, ut latè videre eſt apud *eund.* Maſtrill. *dict. lib.* 1. *cap.* 27. à *num.* 16. cum multis quos cummulat in *num.* 22. ex quibus ſunt D. Solorzan. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. à *num.* 13. ad 17. D. Salg. *de Retent. part.* 2. *cap.* 23. *num.* 3. noſter Mathæu *Controv.* 71. *num.* 22. & *controv.* 77. *num.* 30. Carlev. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 2. *num.* 746. addimus D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 6. *num.* 139. & ſi abſquè cauſa deſtitutus fuerit, reſtitutionem jure petere poterit, Curtell. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 15. † quippè niſi 100
ità ſervetur, munera forent deriſoria, & in proviſsi detrimentum, gratia verteretur, Maſtrill. ubi proximè, nam Officialis æſtimatio minuitur quando ab officio removetur, idem Maſtrill. *ibid. dict. cap.* 27. *num.* 18. & occaſio Vulgo datur ut malè adversùs illum apprehendat, & ſuſurret, ſic què ab honore, & exiſtimatione cadat contrà ſententiam, Maſtrill. ubi proximè, *num.* 220. Valenzuel. *conſ.* 73. *num.* 14. D. Larr. *Deciſſ. Granat.* 2. ex *num.* 5.

Gonz. in *dict. Reg.* 8. *Cancell. numer.* 56. Vela, *diſſert.* 44. *à n.* 38. Caſtill. *de Tertiis*, *cap.* 41. *n.* 42. D. Eſcob. *de Purit. p.* 1. *quæſt.* 23. §. 4. *num.* 15. Fragoſ. *tom.* 1. *l.* 3. *de Repub. diſp.* 5. *à num.* 42. ex quibus omnibus clarè evincitur quàm neceſſarium ſit ex Actis, & probatis, non ex privata notitia judicare in definiendis cujuſque naturæ litibus, maximè in judicium ſindicationibus, qui tot periculis officii ratione expoſiti ſunt ſivè boni, ſivè mali ſint.

101 Si quidem boni Judices ſempèr à malis perſequuntur, Can. *Nulli*, 3. *quæſt.* 1. Laurent. Gracian. *dict. t.* 2. *pag.* 381. *col.* 2. verſ. *fin.* Regum autèm officium eſt bonos ſublevare, & malos comprimere, Can. *Regum*, 23. *quæſt.* 5. calumniæ materiam amputare, *cap.* 1. *de Reſtit. ſpoliat.* in 6. calumniatorem què delatorem ſi in actione defecerit, in talionem damnare, *Levit.* 24. *verſ.* 19. *&* 20. *Exod.* 21. *verſ.* 24. *Deut.* 19. *verſ.* 21. *Matth.* 5. *verſ.* 38. Can. *Calumniator*, cum *ſeq.* 2. *quæſt.* 3. Can. 3. 5. *quæſt.* 6. Joann. Dartiſ. *Oper. Canon. part.* 2. *quæſt.* 6. *pag.* 197. Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 2. *n.* 93. antè *med.* cum aliis proximè referendis, † quia ſicut reus convictus puniretur, ſic qui calumniosè accuſavit, & non probat quod intendit debet paritèr puniri, *C. Tuæ* 5. *de Procurat.* Can. 1. 2. *quæſt.* 3. Can. *Qui crimen*, 2. *quæſt.* 8. Can. 1. Can. *Quia* 5. *quæſt.* 6. *l.* 1. §. *Calumniatori*, *ff. Ad S. C. Turpill. l. fin.* §. 1. *C. de Accuſat. l. fin. C. de Calumniat. l. Liberorum*, cum *l.* 3. *C. Qui accuſ. non poſ.* Auth. *Sèd novo jure*, *C. de Adulter. l.* 26. *t.* 1. *part.* 7. *l.* 5. *t.* 13. *lib.* 2. *Recop.* P. Steiger. in *Repertor. Jur. Canon.* in verb. *Calumnia*, Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 62. *num.* 4. & talionem recipere, ex Dartiſio ubi proximè, *quæſt.* 3. *pag.* 191. & infamis eſt, ex *eod. ibid.* Vide Caniſium in *Jus Canon. lib.* 4. *t.* 19. *pag.* 469. *&* 470. & innumeris exornat Farin. in *Prax. t.* 1. *q.* 16. *num.* 1. Clarius in *dict.* §. *fin. q.* 12. *num.* 15. & melius *num.* 19. Bajard. ad Clar. *quæſt.* 72. *num.* 33. *& quæſt.* 81. *num.* 7. Guacin. *defenſ.* 3. *cap.* 13. *num.* 3. & Anton. Gom. ad *l.* 38. *Taur. num.* 7. ex verb. *Confirmatur etiam*, & hujus doctrinæ, aut ſententiæ ratio, benè nota eſt, quia ſatisfactio æqualis debet eſſe injuriæ, quoniam actus eſt commutativæ juſtitiæ, in quo attenditur æqualitas ſecundùm recompenſationem rei ad rem, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 60. *art.* 1. Cajet. *ibid. & caſ.* 3. verſ. *Et quamvis*, ubi allegat Sotum in 4. *Sent. diſt.* 21. *quæſt.* 2. *art.* 4. *& lib.* 5. *de Juſt. & Jur. quæſt.* 6. *art.* 2. Vega in *Caſib. Conſcient. p.* 2. *cap.* 1. verſ. *In reficienda*, *pag.* 3. Navarr. in *C. Inter verba*, 11. *quæſt.* 3. *numer.* 306. Molin. *de Juſt. commut. tract.* 4. *diſp.* 46. *num.* 3. *&* 4. *tom.* 5. *l. Reſtituere* 1. *&* 2. *ff. de V. S. l. Quod ſi minor*, §. *Reſtitutio*, *ff. de Minor. l.* 1. *C. de Sent. paſſis*, *& reſtit.* † condemnari què debet in duplicatis expenſis ſecundùm Clarum, *dict. quæſt.* 62. *n.* 4. & in damnis, aut etiàm corporalitèr, Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 18. *pag.* 76. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 2. *à n.* 92. ad 95. notatu què digna ſunt quæ refert in *n.* 59. peſſima namque calumniæ potentia eſt, Eccleſ. 7. *verſ.* 8. *Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius.* Pſalm. 54. *à verſ.* 3. *ad* 5. *Contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitates, & in ira moleſti erant mihi. Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me.* † Calumniator præſumitur denunciator non probans. *C. Cum dilectus*, *de Calum.* maximè ſi D. Fiſci Patronus, ità exiſti-

102 (margin, beside "rendis, † quia ſicut reus convictus")

103 (margin, beside "paſſis, & reſtit. † condemnari què")

104 (margin, beside "mortis cecidit ſuper me. † Calum-")

timaverit, & verè innocentem Judicem cenſerit, nàm hujus reſponſa in litibus tantam de jure vim habent, àcſi res eſſet judicata, eidem què equiparantur, Felin. ex Innocent. & aliis, in *C. Cum clamor*, *de Teſtib.* Alfar. *de Offic. Fiſc. gloſ. 9. n. 27. & gloſ. 17. num. 3. & 35.* D. Larr. *alleg.* 1. *à n.* 14. Vide quæ allegavimus in *Manifeſt. Leg. in Exord.* §. 3. *num.* 13. *in fin. pag.* 11. *& p.* 3. §. 3. *num.* 14. *pag.* 84. Sèd proh dolor! nàm prò coronide malorum omnium, quæ in miceros Judices irruere conſueverunt, calumniatores ſolent, ſuceſſores in officio alicere, & reciprocè blandiri, omninò què præterire iſti præceptum, *l.* 3. circ. *fin. t. 9. lib. 3. Recop.* & doctrinam in *Præf.* traditam *n.* 25.

105 Verumtamèn hæc tàm fatalia, quæ in minimo retulimus, quàm juſtiſsimè vitanda eſſent; & modus foret, quòd Superiores maturitate qua ſolent, præ ſe gererent ea quæ à *Doct.* Villad. doctiſsimè ſunt ſcripta in *cap. 5. Inſtruct.* §. 1. *num.* 45. *& duob. ſeqq.* nàm ſi Judex Superior non poteſt inhibere inferiorem in cauſa ulla ſinè cauſæ cognitione, & citatione, ut latiſsimè præcipitur in *l.* 54. *&* 55. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* ut docet Carlev. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 20. multa jura, tàm Canonica quàm Civilia, & DD. allegans, nèc cauſam evocare in prima inſtantia, niſi juſta ſuperveniente cauſa, ex D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 15. *num.* 137. *& ſeq.* ubi *Oriolenſis* Civitatis patriæ noſtræ mentionem facit: Vide Minſing. *Cent.* 5. *obſerv.* 82. *num.* 4. nàm advocatio cauſarum eſt odioſa, ideoquè reſtringenda, ex quò eſt in contumeliam Judicis inferioris qui de cauſa cognoſcit, Bobad. *lib.* 5. *Polit. cap.* 10. *num.* 23. cujus honor attendendus, & reſervandus eſt in Superiorum judicio, Minſing. *Cent.* 3. *obſerv.* 72. pèr *tot.* immo nequè inferiores inhibere valent quouſquè conſtiterit appellationi locum eſſe, *l.* 5. *t.* 5. *lib.* 7. *Recop.* † quia tamètſi in rei veritate unus ſit Supremus Dominus, tamèn juridicè tot ſunt Reges quot Regna, & tot ſunt juriſdictiones quot ſunt territoria, & pèr conſequens quot ſunt eorumdem Ordinarii Judices, Pereir. *deciſ.* 2. D. Solorz. *tom.* 1. *de Jur. Indiar. lib. 2. cap.* 21. *num.* 13. D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 15. *num.* 1. 9. 10. 28. & quaſi pèr *tot.* proptèr eandem què rationem meritò S. Tridentinum Concilium prohibuit, cauſas in prima inſtantia ex Ordinariis auferri, nè extrà ſua domicilia litigare ſubditi cogerentur, *ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.* 20. D. Creſp. ubi proximè, *num.* 35. allegans D. Salg. *de Retent. p.* 2. *cap.* 3. §. *unic. n.* 15. 16. *&* 18. cum aliis, quoniam juriſdictio contentioſa cohæret territorio ſecundùm *eund.* D. Creſp. *dict. obſerv.* 15. *n.* 28. ex *l. fin. C. Ubi, & apud quem*, reproductis hìc inferiùs dicendis in *Bull.* 2. §. 19. cum *not.* Quo jure, qua vè ratione quotidiè emittuntur inhibitiones in quoquo cauſarum genere ex nuda partium injuſtitia, àc relatione, ſic què abſque Actorum inſpectione? & quod magis eſt, quomodò poterit Judex in officio ſuſpendi ob nudam inimicorum calumniantium querelam non habito reſpectu illius famæ, & integræ exiſtimationis? † cùm certiſsimum ſit quod hæc læſa æſtimari non debet à Superioribus ex quò multi teſtes adversùs inferiorem inſurgant; tùm quia quilibet ex regula communi bonus præſumitur donèc contrarium probetur, *leg. Merito*, *ff. Pro ſocio*, maximè autèm ſpeciali potiori què ratione Judex, ut diximus *ſupr. quæſt.* 3. *nume.* 50. cum *duob. ſeqq.* àc probat Villad. *cap.* 6. §. 2. *num.* 15. ideoquè probationes evidentes, & clariſſimæ contrà illum requiruntur, & quòd teſtes ſint omni exceptione ma-

106

107

majores, ex *eod.* cum aliis *dict. loc. num.* 16. cum *ſeqq.* ut latiſsimè probavimus *ſupr. num.* 98. *&* *quæſt.* 3. *num.* 53. immò contrà quemcumque privatum in criminalibus probationes debent eſſe luce clariores, Can. *Sciant cuncti*, 11. *quæſt.* 8. Can. *Si quis Divinis*, §. *Sic ità reſpondetur*, 30. *quæſt.* 5. *l. Singuli*, *C. de Accuſat. l. Cum Reis*, *C. de Pœn. l. ult. C. de Probat. l.* 26. *t.* 1. *part.* 7. Alteſerr. in *Decretal. cap.* 21. *tit.* 1. *lib.* 5. *pag.* 538. *in fin.* Matheu *de Re Crim. controv.* 37. *numer.* 27. Ant. Matheu *de Crim. lib.* 48. *t.* 15. *cap.* 5. *num.* 3. *&* 4. Maſcard. *concl.* 195. *num.* 4. Ant. Gom. *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. Vela *de Delict. p.* 2. *cap.* 8. *à num.* 1. & multi apùd Ayll. ad Gom. *dict.*
108 *cap.* 12. *num.* 10. † & prò communi regula, nemo abſquè plena probatione damnari poteſt, Carrer. in *Prax. Crim.* tract. *de Homicid. numer.* 27. *pag.* 277. ut probavimus *ſupr. quæſt.* 3. *num.* 53. *ad med.* & dicemus *infr.* in *tract. de Cenſur. art.* 4. *num.* 29. nèc niſi citatus, & auditus *Gen.* 3. *verſ.* 9. *Joann.* 7. *verſ.* 51. *cap.* 1. *de Cauſ. Poſſeſ. & propriet.* Clement. *Paſtoralis de Sent. & re jud.* D. Valenz. *conſil.* 6. pèr *tot.* D. Larr. *alleg.* 107. Gutierr. *Canon. QQ. in* 16. *à num.* 1. Barboſ. *vot.* 97. *num.* 6. D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 23. *num.* 6. Luc. *de Judic. diſ.* 9. *num.* 1. & diximus *ſupr.* ex multis juribus, *num.* 63. nàm probatio eſt de ſubſtantia Judicii *l.* 2. *t.* 15. *part.* 3. *Deben los Jueces dàr plazo*, cum *l.* 2. *&* 3. *t.* 16. *dict. part. l.* 1. *t.* 6. *lib.* 4. *Recop.* Avend. *Reſpon.* 1. *num.* 7. Aceved. in *dict. l.* 1. Vanc. *de Nullit. Sent. num.* 38. Marant. *de Ordin. Judic. p.* 6. *art.* 3. verbum enim *debet*, quo uſus eſt legiſlator in *dict. l.* 2. neceſsitatem, & præceptum inducit, ut probatur ex *C. Propoſuit*, §. *Super quo*, & in *C. Oblatæ*, *de Appellat. l. Prætor in princ. ff. de Edend. l.* 1. §. *Qui magiſtratum*, *ff. Quod quiſque jur.* Gloſ. in *dict. C. Propoſuit*, verb. *Non debet*, & in Clement. *Attendentes*, *de Stat. Monach.* verb. *Debeant*, ubi Cardin. in *princ. notab.* 9. & Immol. *num.* 7. Vela *diſſert.* 2. *num.* 29. Rota Bononienſ. *diverſor. deciſ.* 8. *num.* 31. Bobad. *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 5. *&* 6.
† quod ità verum eſt, ut nèc Pontifex condemnare aliquem abſquè probatione poteſt, D. Salg. *de R.P. p.* 2. *cap.* 1. *à num.* 130. cum Alex. *lib.* 6. *conſil.* 139. quia probationis cauſa, adhùc in civilibus, ſic favorabilis eſt, quòd denegari non debet niſi ſtante ſpeciali prohibente, *l. Quoniam*, *C. de Hæret. & Manich. l. Generalitèr*, *C. de Jur. Jur. l. Ne quid*, §. *De his*, *ff. de Incend. ruin. & naufr.* Auth. *de Teſtib. cap.* 5. *collat.* 7. Surd. *deciſ.* 43. *num.* 5. Card. Tuſch. *concl.* 778. pèr *tot. lit.* P. Mantic. *deciſ.* 98. *num.* 9. *& deciſ.* 239. *n.* 1. etiàm in ſummariis Judicis Bart. in *l. Carbonianum* 3. §. *Cauſæ*, *num.* 3. *ff. de Carbon. edict.* & in Extravaganti *Ad reprimendum*, verb. *Summariæ*, *num.* 3. Jaſon in *l. In pecuniariis*, *num.* 4. *&* 5. *ff. de Feriis*, Marant. *de Ordin. Jud. p.* 4. *diſt.* 9. *num.* 46. Cardoſ. in *Prax.* verb. *Probatio*, *num.* 38. Ludov. Roman. *conſ.* 519. *n.* 4. Socin. Jun. *tom.* 1. *conſ.* 7. *in fin.* Math. Brun. *conſ.* 167. *num.* 13. † tùm etiam, quia multi 110
teſtes fuerunt adversùs Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & contrà Martires, qui tamèn non deſierunt cenſeri integræ famæ, ut peracutè docuit, D. Ceball. in *Specul. Practicar. QQ.* in 900. *num.* 90. quem ſequitur Carlev. *de Judic. t.* 2. *diſp.* 3. *num.* 35. delendum enim à mentibus noſtris non eſt, quòd probatio bonæ famæ pèr pauciores teſtes prævalet probationi malæ famæ pèr plures, ut cum multis probat idem Carlev.

lev. *ibid. num.* 19. & quòd magis creditur duobus teſtibus affirmantibus, quàm mille negantibus, ex *eod.* ubi proximè *num.* 39. circ. *fin.* & Minſing. *cent.* 4. *obſerv.* 38. *num.* 7. àc Bobad. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 14. cum aliis ab eo productis, & hoc eſt quod *Exod.* 23. *verſ.* 2. ſcriptum eſt: *Non ſequeris turbam ad faciendum malum*, tamètſi de facili quoquè inveniuntur teſtes, qui dicunt *ſic*, & *ſic* rem audiviſſe; & fortè dictum unius, etiàm ſinè ratione, & ſinè cauſa ſequitur multitudo, *C. Juventute* 12. verſ. *Scientes*, ubi Gloſ. verb. *Facilè*, *de Purg. Canon.* D. Valenz. *conſ.* 90. *num.* 74. D. Eſcob. *de Purit. quæſt.* 9. §. 4. *à n.* 35. cum multis, quæ omnia convincunt non niſi Actis ſtandum fore.

111 Nunc adde, quòd honor, vitæ, & rebus omnibus præfertur, *Prov.* 22. *verſ.* 1. *Eccleſ.* 7. *verſ.* 2. *Eccli* 41. *verſ.* 15. *& ſeq. l.* 2. verſ. *Virginius*, *ff. de Orig. jur. l. Iſti quidem* 8. §. *Quod ſi dederit*, *ff. Quod met. cauſ. l.* 55. *in fin.* & ibi *gloſ. ult. tit.* 5. *part.* 1. *l.* 4. *l.* 23. *t.* 13. *l.* 2. *tit.* 14. *l. fin. in fin. t.* 23. *part.* 2. Menoch. *lib.* 1. *conſ.* 96. *num.* 15. *& lib.* 4. *conſ.* 302. *num.* 2. *&* 6. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 13. *n.* 44. *& lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 39. Carlev. *de Jud. t.* 2. *diſp.* 3. *num.* 4. Laurent. Gracian. *tom.* 2. *Agud. y Arte de Ingen. pag.* 366. *col.* 2. *in fin. & col. ſeq. in princ.* àc diximus in *Manif. Leg.* in *Exord.* §. 3. *à num.* 1. *ad* 10. & conducunt §. 1. *&* §. 2. *ejuſd.* quapropter Judices Superiores debent eſſe pervigiles in reſpuendo malitioſas, aut calumnioſas accuſationes ad exemplum Imp. Juſtiniani in *Proem. Inſtit.* in *princ.* sèd *etiàm pèr legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat*, cum Novell. 85. in *princip.* aures illis non inclinando juxtà *C. Cum in juventute, de Præſumpt.* 1. Mach. 10. *v.* 61. † 11. *verſ.* 25. & prompti ad puniendum famæ detractorem, & occiſorem, † quia miſericors non eſt 112 qui homicidam parcit, Seſsè *de Inhibit. Juſt. Arag. cap.* 1. §. 5. *numer.* 114. cùm homicida miſericordia indignus ſit, *Deut.* 19. *verſ.* 13. homicidium autèm ſic committi in vita ſicut in honore ſolet, & tanti ponderis hic eſt quòd ſibi metipſi crudelis ſit qui proprium contemnit honorem, D. Auguſtin. *de Doctrin. Chriſt. lib. de Com. Serm. in cap.* 20. *Eccli. l. penul. C. de His qui accuſ. non poſ.* Caſan. *in Cathalog. Glor. Mund. p.* 1. *conſid.* 2. *num.* 3. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 44. *in fin.* & veniale, vèl mortale peccatum erit ſecundùm quod negligentia in defenſione eſt major, vel minor, P. Joann. Buſæi Soc. Jeſu, *de Statib. homin. cap.* 12. *de Regim. Ruſtic. numer.* 4. *pag.* 994. quæ omnia convincunt Actis, & probatis unicè ſtandum fore in quocumque judicio, àc juxtà legum ſanctiones ſempèr, & pro ſemper procedendùm.

Horum omnium prætermiſsio, 113 & inobſervantia, ab inferioribus non ſinè cordis dolore experta, conſtituit illos, ut quotidiè auditur, in conflictu, & anguſtia, àc in periculo ut exquirant modum ſe agendi fortè non tutum, nè proptèr illorum integritatem, puritatem, & nobilitatem in recta compoſitione officii, populorum potentes, eò ipſo intumeſcentes, & illos odio habentes, cùm viderint eorum injuſtiſsimas preces optatum effectum non ſortiri ad ipſorum ſatietatem cum miſcerabilium ſacrificio, accuratiſsimè ſatagant, ut Superiorum indignationem inferiores incurrant, ut videre eſt in *Doct.* Villad. *cap.* 5. §. 21. *à n.* 10. uſquè ad *fin. & num.* 2. *ad med.* cum *cap.* 6. §. 2. *num.* 9. *&* 10. cum *anteced.* quod non eſt adeò difficilè delaturarum in Superioritate multitudine viſa, & diſcordiæ igne magis àc magis indies fervente, ſi enim

enim *à ſcintilla una augetur ignis*, *& ab uno doloſo augetur ſanguis*, *ac homo peccator ſanguini inſidiatur*; (verba ſunt *Eccli.* 11. *v.* 34.) quantò magis multis colligatis, *Eccli.* 16. *verſ.* 7. † 21. *verſ.* 10. maximè ſi populi collectio fiat, *Eccli.* 26. *verſ.* 6. & Civitas delaturam conſtituat, quod eſt primum ex tribus quæ timenda ſunt, *Eccli.* 26. *à v.* 5. *ad* 7. *A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit: Delaturam Civitatis: & collectionem populi: calumniam mendacem, ſuper mortem omnia gravia*, quod tamèn in initio facillimè extingui potuiſſet malevolis ſuſurronibus à Superioribus correctis, cùm inferior non poteſt, acritèr què punitis, proùt caſus exegerit, *Prov.* 26. *v.* 20. juncto *Eccli.* 5. *verſ.* 17. † 28. *verſ.* 15. cum *anteced. & ſeqq.* uti fecere Joſue, & Caleb, *Eccli.* 46. *verſ.* 9. & hoc eſt quod dixit Villad. *cap.* 5. §. 21. *num.* 2. & 18. àc 19. & de quo conquæritur in *eod. cap.* §. 1. *num.* 47. verſ. *Y por la miſma razon*, & latiſsimè doctiſsimus Bobad. multis in locis ſui operis, ſignantèr *lib.* 5. *cap.* 2. *à num.* 93.
114 cum *ſeqq.* † nàm ſivè Judex ſit bonus, ſivè malus, fieri non poteſt quominus inimicos habeat, ut teſtatur idem Villad. *cap.* 3. *num.* 16. *pag.* 60. & *cap.* 6. §. 2. *à num.* 7. *ad* 11. *pag.* 262. his verbis: *Aunque es harto el cuidado en que ſe verà, porque ſi prende, y no executa la juſticia, vanſele los preſos, y tienenle en poco, y ſi no prende, eſtà el pueblo lleno de facineroſos; y ſi acepta ruegos, atreveſele cada uno con favores; ſi no los acepta, no halla quien favorezca la juſticia*, & ex aliis probavimus *ſupr. num.* 97. Vulgus enim temerè, & calumnioſè de illo ſuſurrat, Sapientiæ monitum contemnens, 1. *verſ.* 11. & cum nominum inverſione facit vitia vocari virtutes, & è contra, Can. *Sæpè diſt.* 41. & idem Villad. *cap.* 5. §. 1. *num.* 47. *in princ. & in fin.* his verbis: *Y aſsi la gente popular, como dice Ciceron, llama al cuidado del Governador deſaſoſsiego, al caſtigo crueldad, à la remiſsion miſericordia, y al ſufrir las coſas mal hechas, buena condicion*, quæ quidèm ceſſarent ſi *Eccli.* doctrinam 8. *verſ.* 17. ſubditi memoriæ commendarent: *Non Judices contrà Judicem: quoniam ſecundùm quod juſtum eſt judicat*, & ad Rom. 14. *verſ.* 13. ad Corinth. 4. *verſ.* 5. † 11. *verſ.* 31. Jacob. 4. *verſ.* 11. 4. *Eſdræ* 4. *verſ.* 21. *Quarè non judicaſti tibimetipſi?* àc in Lament. Jerem. 3. *verſ.* 39. & 40. *Quid murmuravit homo vivens, vir prò peccatis ſuis? Scrutemur vias noſtras.* Et ſi Superiores præ ſe ferrent, quòd quantò bonus Judex fuerit, tanto magis perſecutus erit, Villad. *cap.* 5. §. 21. *num.* 15. poſt *med.* *Los Señores del Conſejo bien ſaben, que los buenos, y enteros Jueces ſon mas perſeguidos, que los malos, porque hacen pagar al trampoſo, y porque allanaron al ſobervio entronizado, y porque hicieron reſtituir al Regidor lo uſurpado, y caſtigaron al hijo de vecino atrevido, y porque la verdad, y juſticia cauſa odio*, & quòd multò major eſt opinio purgata quàm ſi deficientibus querelis non fuerit impedita, ut docet Caſiod. *lib.* 4. *epiſt.* 44. † Sèd 115
proh dolor! nàm meliorem cauſam malus Judex, quàm bonus habebit, teſtante *eod.* Villad. *cap.* 6. §. 2. *num.* 12. verſ. 2. *Y por lo que queda dicho del mal Juez, que compone ſus exceſſos, ſe tiene por cierto, que es mas facil al mal Juez dàr reſidencia, que al bueno*, in quo *cap.* multa notabilia reperies; ideoquè mirabatur Propheta Habacuc videns impium proſperari, & prævalere adversùs juſtum, *Habac.* 1. *verſ.* 3. & 4. de quo latius di-

cemus *infr. Membr. 2. quæſt. 9. numer. 63.* Quis ergo non pertimeſcet? Dominus illuminet, àc dirigat nos, rectas què vias ad noſtram ſalutem demonſtrare dignetur, Pſalm. 24. *verſ.* 4. *Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.* Cæterum via judicialis ad quaſcumque cauſas decernendas, judicium ſindicationes vitandas, atquè iniquas eorundem perſecutiones, aut delationibus ſemèl admiſsis, & juxtà juris præſcriptum auditis, legitimè judicandis, non alia exquiri poteſt, quàm ea quæ à legibus benè ordinata eſt, & DD. docent, abundè què retulimus, nihilo prætermiſſo in cauſarum proſecutione, & ſubſtantiatione, reo audito, & citato, probatione non denegata, inimicis, & ſingularibus, aut non conteſtibus fide non præſtita, àc minimè conjuratis, & quibuſcumque ſuſpicionis vitio laborantibus repulſis, eiſdem, ſi falſi reperti fuerint, aut calumnia in denuntiatoribus, gravitèr punitis, & poſtquam acta, & probata legitimè, àc ſecundùm jura, leges, & DD. fuerint ordinata, juxtà ea judicare, proùt in *noſt. text.* rectiſsimè jubetur in verbis illis: *Secundùm quod Canones cenſent*, quæ latè expoſita relinquimus, & finem præſenti imponimus quæſtioni.

PRIMI MEMBRI FINIS.

SE-

SECUNDUM MEMBRUM.
QUÆSTIONIS PRIMÆ.
SUMMARIUM.

1 *MEthodi, & ordinis ratio exponitur*, num. 1.

Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis ſe mutuo juvare debent, ibid.

2 *Utrum Judex Laicus requiſitus ab Eccleſiaſtico poſsit prætendere ſibi Acta proceſſus exhiberi, & cognoſcere de viribus ſententiæ?* num. 2.

Cauſarum diſtinctio fit à Gonz. Thell. ſub num. 2. *& impugnatur à* num. 4. ad *6.*

Referuntur DD. pro affirmativa ſententia, ſub num. 2. *& melius* ſub num. 5. *paulò poſt* princ.

Judex Sæcularis compelli nequit ad exequendam injuſtam, & irritam ſententiam Eccleſiaſtici Judicis, ibid.

Clerico degradato Laico Judici tradito, is Judex eſt, & non merus executor, ibid.

3 Doc. *Martæ ſingularis opinio refertur*, num. 3.

4 *Refutatur ab exemplari practico*, num. 4.

Senatus ſententia jus ad ſimiles facit caſus, ibid.

5 *Refellitur etiam ab argumento*, num. 5.

Judex Eccleſiaſticus cognoſcit de viribus ſententiæ, ſeù mulctæ à Laico in Clericum jure permittente latæ, ibid.

Eccleſiaſticus Judex ſi viderit injuſtè condemnatum fuiſſe Clericum à Laico, ſententiam non mandavit executioni, ibid.

Sententiæ nullæ executio non tenet, ibid.

Quæritur differentiæ ratio, quare non idem poſsit Laicus Judex imploratus ab Eccleſiaſtico, ibid.

Laicus Judex ſolummodo tenetur ſtare proceſſui Judicis Eccleſiaſtici in crimine hæreſis, sèd non in aliis criminibus, ibid.

Refertur Curtelli ſententia in h. q. ibid.

6 *Judex in criminalibus non tenetur ſequi injuſtos requirentium appetitus*, num. *6.*

Judex requiſitus ut remittat reum poteſt cognoſcere àn remittendus culpabilis ſit, an non, ibid.

Multa requiruntur ad Rei remiſsionem decernendam; & quæ ſint? ibid. remiſſ.

Judex executor pœnæ corporalis videns injuſtam eſſe ſententiam, non debet illam exequi, ſed Superiori referre, ibid.

7 *Probatur affirmativa ſententia à ratione*, num. 7.

Omnia videntur conceſſa, niſi ſint prohibita, & quidam claſsicus Doc. *hujus regulæ argumento fuit uſus*, ibid.

8 *Argumentum contrà affirmativam proponitur, & ſolvitur*, numer. 8.

9 *Judex Laicus cognoſcere poteſt de viribus ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici, ſi replicet pars contrà quam eſt exequendum ex* Doc. *Marta; & impugnatur*, num. *9.*

Par-

Partis contradictio juriſdictionem tribuere Sæculari Judici non poſſet ſi Jus reſiſteret, & incapax Sæcularis eſſet, ibid.

Laicus tenetur non exequi ſententiam notoriè injuſtam, tametſi pars non opponat, maximè ſi ſit miſcerabilis perſona, ibid.

Miniſter Judicis obedire non tenetur cùm ſententia continet intolerabilem errorem, ibid.

Miniſter Judicis regularitèr diſputare nequit hujus mandatum, nèc ſubditus præceptum Prælati, ibid.

10 *Juriſdictio Ordinaria, ut talis æquè potens eſt ſive in Eccleſiaſtico Judice, ut Eccleſiaſtica conſideretur, ſivè in Laico, ut Sæcularis intrà ſuam lineam*, n. 10. & 12.

11 *Argumentum proponitur à majori dignitate, & excellentia juriſdictionis Spiritualis*, num. 11.

Spiritualia tanto ſunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori, ibid.

Eccleſiaſtica poteſtas, velut anima eſt, & Laica velut corpus, ibid.

Eccleſiaſtica poteſtas Cœlo comparatur, & temporalis Terræ. Itèm, Soli illa, & hæc Lunæ, ibid.

12 *Solutio traditur, & juriſdictionum diſtinctio, & paritas oſtenditur*, num. 12.

Eccleſiaſtica poteſtas inſtituta eſt, ut Reipublicæ Eccleſiaſticæ præſideat, & Sæcularis Sæculari, ibid.

Neque Imperator Jura Pontificatus arripuit, nequè Pontifex nomen Imperatorum uſurpavit, ibid.

Utraque poteſtas ad eundem finem tendit, & abſque implicantia exercita fuit Domini præcæpto, ibid.

Cæſari quæ ſua ſunt reddi debent, & quæ Dei Deo, ibid.

13 *Secunda ſolutio traditur; & quid de poteſtate majoris in domo, aut juriſdictione minoris, & de præcedentia*, num. 13.

Quilibet eſt Rex, & Princeps in domo ſua, ibid.

14 *Ab inferiori Eccleſiaſtico temporalem juriſdictionem habente, non datur appellatio ad Superiorem Eccleſiaſticum, sèd ad Laicum*, num. 14.

Vaſſalli gravati à domino temporali tametſi Eccleſiaſticus ſit, ad Principem Sæcularem recurrere debent pro gravaminis reparatione, ibid.

15 *Tertia ſolutio traditur, & quædam de ordine ſedum*, num. 15.

Sicut Reges præſunt in cauſis ſæculi, ità Sacerdotes in cauſis Dei, ibid.

Poteſtas Eccleſiaſtica, & Sæcularis pari paſſu ambulant quoàd mutuam brachii præſtationem, ibid.

Judices Eccleſiaſtici exiſtimare non debent ſeparatam à ſæculari juriſdictione, aut illi oppoſitam Eccleſiaſticam, nèc magis præeminentem, quàm par eſt, ibid.

Judices Eccleſiaſtici, & Sæculares, ejuſdem corporis partes ſunt, ibid.

16 *Quis ſit locus in Eccleſia Imperatori deſignatus, & quis Sacerdotibus?* num. 16.

17 *Dignitatum, & juriſdictionum ordo, & exercitium perturbari non convenit*, num. 17.

Quod contra rerum ordinem admiſſum fuerit, vèl ſtatutum, revocari debet tanquàm confuſionis inductivum, ibid.

Perturbatio ordinis rebus competentis, eſt contrà Jus Naturale, ibid.

18 *Suadetur veritas noſtræ affirmativæ ſententiæ*, num. 18.

SE-

SECUNDUM MEMBRUM.

QUÆSTIO PRIMA.

UTRUM JUDEX LAICUS REQUISITUS ab Eccleſiaſtico poſſit prætendere ſibi acta proceſſus exhiberi, & cognoſcere de viribus ſententiæ.

1 PRimo *noſt. text.* Membro jam diſcuſſo, tranſeamus ad ſecundum, in verbis illis: *Et cùm opus fuerit, publicum convocent auxilium*, quæ ſic interpretatur Gloſ. *Judicium Sæculare*, & eſt expreſſum in Can. *Princeps*, 23. *quæſt.* 5. Can. *Cum adverſum 96. diſt.* Rationi etenim eſſe conſonum Judicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem ſe mutuò juvare debere nullus valet dubitare cùm ſit in jure expreſsè deciſſum *cap. fin.* de *Exceſſ. Prælat.* in *6. cap. Dilecto 6.* de *Sentent. excomm.* & repetentes omnes hujus capitis cum D. Abreu in *Victim. Real Leg. pag.* 138. *num.* 284. ubi allegat Curtell. *lib.* 2. de *Priſc.* & *recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 5. *num.* 8. sèd melius in *quæſt.* 4. *num.* 36. & 37. & ex *num.* 48. *ad* 50. in quo moram non facimus cùm tritum ſit, & ſatis *ſup.* probatum in
2 *Membr.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 15. † & tantummodò agemus de quæſtione quam diſcutit Gonz. in *h. text. num.* 17. jam propoſita: *Utrum Judex Laicus*, &c. & poſtquam plures retulit DD. ſententias, ſuam ſtatuit prò earundem concordia diſtinguendo intèr cauſas merè Eccleſiaſticas, & mixtas, & tenet quòd in illis adſtrictus eſt Sæcularis Judex auxilium impartire abſquè actorum inſpectione, ut ipſe colligit ex *cap. Ut inquiſitionis* 18. §. *Prohibemus*, de *Hæret. in 6.* in iſtis verò defendit poſſe Judicem Sæcularem cognoſcere de juſtificatione requiſitoriæ, nèc alitèr cogi auxilium impartire, ut docent Carlev. de *Judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 772. Marinis *lib.* 1. *Reſol. cap.*204. Parej. *de Inſtrum. edit. t.*2. *reſol.* 8. *num.* 24. Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt. 96. num.* 7. D. Covarr. *lib.* 1. *Var. cap.* 1. *num.*10. Anton. Savel. in *Summ. diverſor. tract.* §. *Judex*, 41. *num.* 31 P. Pirhing. in *Jus Canon. h. t.* de *Offic. Jud. Ordin. ſect.* 3. §. 3. *à num.* 48. ad *med.* uſquè ad *fin.* quamquàm non ità expreſsè diſtinguit, cujus hæc ſunt verba: *Non tamèn poteſt Judex Sæcularis compelli ad exequendam ſententiam Judicis Eccleſiaſtici ſi notorium ſit eam injuſtam, & irritam eſſe*, Avil. *in cap. Prætor.* 20. *Gloſ.* verb. *Uſurpan*, *num.* 19. & 25. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 109. *num.* 3. & allegat D. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. p.* 3. *allegat.* 108. *num.* 26. quia tunc reus efficitur de foro, ſeù juriſdictione Judicis Sæcularis, & is

eſt Judex, & non merus executor, juxta dictos DD. & prædictus Avileſius ponit exemplum in Clerico degradato tradito Judici Sæculari. Idem defendit Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *à num.* 171. uſquè ad 177. ſignantèr 174. *&* 182.

3 Totum verò contrarium tenet Marta *de Juriſdict. part.* 1. *cap.* 51. *à num.* 12. & 16. & *part.* 4. *Centur.* 2. *caſ.* 131. & 132. ità ut in *dict.* 1. *part. num.* 35. dixerit non eſſe opus tractare de impartitione brachii Sæcularis ſupèr executione ſententiæ in criminibus mixti fori, emulos vocando contrariæ ſententiæ

4 Authores, † cujus *Doc.* aſſertum præterquàm quod reicitur plurimis fundamentis, quæ in relatis DD. videre poteris, ad quos te remittimus brevitatis gratia; refutatur ex practico exemplari, & facti contingentia à nobis experta in Civitate Alfarenſi, quam retulimus *ſup. in Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 80. ubi non potuit Eccleſiaſticus Judex compellere quoſdam Laicos ad comparationem, & declarationem, ſeù atteſtationem faciendam adhùc in caſu mixti fori, cujuſmodi conditionis erat qui illùc evenit, eò non obſtanti quòd cum cenſuris comminati quidam fuerunt, & quidam alii cum effectu excommunicati; & non alia de cauſa ſempèr inobedientes conſtantèr permanſerunt Eccleſiaſtici Judicis mandatis, niſi quia invocare iſte noluit brachii Sæcularis auxilium, & miſsis ad Superioritatem actis, Regia obtinuit juriſdictio, ut in *dict. loc.* latiſsimè retulimus: ergo *Doc.* Martæ opinio nullam pollicetur ſecuritatem, sèd aliorum DD. ſententia, ſic enim *inveni Senatum cenſuiſſe*, ut dixit Paulus J. C. *in l. Filius emancipatus*, 14. in *final. verbis*, *ff. Ad Leg. Cornel. de Falſ.* junctis *infr.* dicendis in *Bull. Alias Nos* 1. *not.* ad §. 10. verſ. *Que aſsi deba*, in *fin.* & *h. m. quæſt.* 9. *num.* 78. in *fin.*

5 Sèd pratèr proximè dicta, interrogamus: Judex Eccleſiaſticus imploratus à Laico cognoſcit de viribus ſententiæ, aut mulctæ in Clericum latæ, cùm ille non alia bona niſi Eccleſiaſtica habet? Reſpondes in promptu cum *Doc.* Marta de *Juriſdict. caſ.* 151. *num.* 12. quòd ità meritò cognoſcit, & quòd ſi viderit non eſſe juſtè condemnatum ſubditum ſuum, & in caſu permiſſo, nullomodò Laici ſententiam mandabit executioni, nèc mandari poterit reſiſtente jure in *leg. Si ſe non obtulit* 4. §. *Condemnatum* 6. *ff. de Re jud.* & ipſa executio prò ſententia nulla, & invalida non teneret, *leg.* 58. *ff. Eod. leg.* 1. *C. de Execut. rei judic.* Quare igitur non ità cognoſcet Judex Laicus de viribus ſententiæ ab Eccleſiaſtico in Laicum latæ in mixti fori caſibus, & amplius in quibuſcumque ex *ſup.* relatis *in Memb.* 1. *quæſt.* 2. à *num.* 7. ad 46. ſignantèr *num.* 9. prætèr caſum hæreſis, vèl ſortilegii, ut excepimus in *dict. quæſt.* 2. & *num.* 7. circ. *fin.* àc *num.* 44. in *princ.*? aut cùr tàm variè? Plures, quos legimus conſentiunt cum noſtra affirmativa, ut notavit Paz *in Prax. Eccleſ. tom.* 2. in *Proem. num.* 8. allegans Bernard. Diaz, & Didac. Perez prætèr relatos *ſupr. num.* 2. ex quibus eſt Avil. in *cap.* 20. *Prætor. num.* 19. & apertius *num.* 20. circ. *princip.* ubi ſic loquutus eſt: *Sed tu intellige*, *& ſalva Bart. in aliis criminibus*, *excepto in crimine hæreſis*, *quia in iſto caſu ſolummodò tenetur ſtare proceſſui*, *& non in aliis caſibus*, *ut tenet* Abb. *ſic intelligendo* Bart. in *cap. fin. in fin. de Stat. Monach. ubi ait*, *quòd ſi Judex Eccleſiaſticus tradit Clericum*, *vèl Laicum Judici Sæculari pèr eum puniendum*, *Judex Sæcularis non tenetur ſtare proceſſui Judicis Eccleſiaſtici excepto in crimine hæreſis*, &c. Quæſtionem iſtam ex profeſſo, ſuccintè tamèn trac-

tractavit Curtell. *lib. 2. in quæſt. 109.* quæ ſic eſt: *An Judex Eccleſiaſticus teneatur in cauſis Eccleſiaſticis, aut mixti fori præbere proceſſus Judicibus Sæcularibus à quibus auxilium petit?* Et in *num. 3.* reſolvit, quòd intereſſe habens, ſi petat in arduis
6 acta videri, audiendus eſt; † maximè in criminalibus, in quibus Judex non tenetur ſequi injuſtos appetitus requirentium, sèd tantummodo juſtos, Avil. in *cap. Prætor.* 27. *Gloſ.* verb. *Entrieguen, num.* 8. propterea Judex requiſitus ut remittat reum, poteſt cognoſcere àn remmittendus, culpabilis ſit necnè juxta *eund. ibid.* ad hoc namquè ut remiſsio fiat, multa requiruntur quæ congerit, *dict.* Avil. *ibid. num.* 12. ex Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.* 202. *num.* 1. & 2. & in *Addit.* apùd *eund.* Guid. *ibid.* quem examinavimus, & Ayll. ad Gom. *tom. 3. num.* 87. & quicumque Judex executor pœnæ corporalis non debet illam exequi quandò videt cauſam injuſtam, sèd referre debet Superiori, idem Guid. *quæſt.* 579. *ex l. 1. in fin. ff. de Quæſt.* ubi allegat Angel. de Aret. in *tract. de Malefic. in Gloſ.* verb. *Quod fama*, ibi: *Secundò quæro.*

7 Item, à ratione probatur, nàm omnia videntur conceſſa, niſi ſint prohibita, *l. Nèc non*, §. *Quod eis, ff. Quib. ex cauſ. major. C. Nàm concupiſcentiam, de Conſtit.* ità eſt quòd dumtaxàt reperitur expreſsè prohibitum à jure in crimine hæreſis, & ſortilegii ex *capitibus* 12. & 18. *de Hæret.* in 6. ergo in cæteris criminibus etiàm merè Eccleſiaſticis, cùm non reperiatur prohibitum, cenſeri debet permiſſum; nèc leve iſtud argumentum præſumas, illo enim, tamètſi ad alium caſum utitur Pirrhus Corrad. *Diſpenſat. Apoſtol. lib. 5. cap. 5. num. 5.* benè verò leve eſt argumentum Gonz. *ſup. num.* 2. deductum qui ex hujuſmodi cauſis fidei ſummè propterea privilegiatis, ad cæteras abſquè ratione tranſcendit.

Nèc obſtat ſi dicatur, quòd rei 8
Eccleſiaſticæ cognitio multùm aliena eſt à poteſtate Laica; nàm magis Eccleſiaſtica eſt Clerici perſona, quàm delicti qualitas, & hoc non obſtanti valet Judex Laicus, juxtà DD. omnes, cognòſcere de viribus ſententiæ in Clericum latæ in mixti fori delictis cùm illius auxilium prò executione imploratur: ut probatum relinquimus ſub *num.* 2. & 5. ergo etiam poterit cognoſcere cùm eidem committitur executio ſententiæ prò delictis merè Eccleſiaſticis adversùs Laicum, v. g. prolatæ, hæreſi dempta; aut abſurdè dicendum erit, quòd quidditas Eccleſiaſtica, & illius virtus plùs viget in delicto quâ tali; quàm in Clerico ut Clerico; & enim inveriſimile eſt, Pontificem Canonem tulliſſe nè Judices Laici de hæreſi, nèc ſortilegio cognoſcerent ſi ità certum eſſet contrarium aſſertum, quod impugnamus cùm prædicta crimina præ cæteris ſint graviora: ergo clarum eſt quòd òb illorum gravitatem ea dumtaxàt excipere voluit, maximè proptèr fidei favorem, nàm dùm aliud non conſtat in oppoſitum, exceptio firmat regulam in contrarium, ut probavimus *ſup. Mem.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 12.

Silere non oportet, quòd *Doct.* 9
Marta mitius ſe egit in *p.* 4. *caſ.* 151. *num.* 12. quàm ut vidimus ex *eod. ſup. num.* 3. ubi adversùs communem reſtringit, quòd aliquo modo poteſt Judex Laicus cognoſcere de viribus ſententiæ Judicis Eccleſiaſtici, ſcilicet, ſi replicet pars contrà quàm eſt exequendum, ut expreſſit in *dict. p.* 1. *caſ.* 51. *num.* 20. Verumtamèn non conſideravit, quòd partis contradictio tantam authoritatem non habet, quòd Judici Laico præbeat facultatem cognoſcendi de eo quod impoſsibile à Marta exiſtimatur òb defectum juriſdictionis

juxta

juxtà ſuum opinatum; non itèm reflectens, quod Laicus Judex tenetur non exequi ſententiam notoriè injuſtam tamètſi pars non opponat ex jam citato §. *Condemnatum*, *l.*4. *de Re jud.* & docente D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 29. *à num.* 11. cum aliis quos refert, maximè ſi ſit miſcerabilis perſona, Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 176. & authoritate D. Thomæ firmatur in 2. 2. *q.* 64. *art.* 6. *& 3. Miniſter autem Judicis condemnantis innocentem, ſi ſententia contineat intollerabilem errorem, non debet obedire: aliàs excuſarentur carnifices, qui Martyres occiderunt*: Si ergo hoc procedit in Miniſtro Judicis, qui regularitèr diſputare non poteſt ſuperioris mandatum, ſicut nèc ſubditus Prælati ſui præceptum, ut probabimus *infr.* in *tract. de Cenſur. num.* 56. & in verſ. *Cæterum*; quanto potiori jure idem jus obtinebit in Judice ipſo? reproductis hùc quæ diximus *ſupr. in Memb.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 75. cum *trib. ſeqq.*

10 Diſparitatis ratio quam appetit argumentum proximè oppoſitum, & etiam in *num.* 5. factum, aſsignari non valet, nèc paritèr ſolutio exhiberi, nàm juriſdictio ordinaria, ut talis prout in Judice Laico, ità æquè potens eſt intrà ſuam ſpheram, àc in Eccleſiaſtico Judice Spiritualis; & imparitas intèr æquales eſt odioſa; & in omni jure deteſtabilis, demptis ampliationibus, & limitationibus in eodem jure expreſsis.

11 Nequè obſtat ſi replices, quòd Eccleſiaſtica juriſdictio tanquàm Spiritualis eſt dignior Laica temporali, ex Cardin. Bellarm. *lib.* 5. *de Summ. Pontif. cap.* 6. Can. *Suſcipitis* 6. *diſt.* 10. *C. Solitæ*, *de Major. & obed. sèd Pontifex in Spiritualibus antecellit*; *quæ tantò ſunt temporalibus digniora*, quantò anima præfertur corpori, & D. Thom. *p.* 1. *quæſt.* 62. *art.* 4. Alex. Haleſ. *p.* 2. *quæſt.* 45. *art.* 1. D. Dioniſ. *de Divin. Nomin. cap.*4. Eximius P. Suar. *lib.* 1. *de Legg. cap.* 8. *n.* 88. Thom. Delben. *de Immunit. Eccleſ. cap.* 10. *dubit.* 1. *ſect.* 1. *num.* 1. & quòd Eccleſiaſtica poteſtas, velùt anima eſt, àt Laica velùt corpus, Gregor. Nacianc. *Orat.* 17. quòd itèm illa Cœlo comparatur, & iſta terræ, Chriſoſt. *Homil.* 15. *in Epiſt.* 2. *ad Corinth.* deindè prima, Soli, & ſecunda, Lunæ *dict. cap. Solitæ*, *de Major. & obed.*

Nàm reſpondetur primò, quòd 12 prædictæ juriſdictiones ſunt diſtinctæ, ut jam diximus *ſupr. in Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 37. *&* 74. & æquè pares quoàd vires reſpectivè in ſua linea unaquaque conſiderata, ut etiam dictum reliquimus in *eadem quæſt.* 2. *num.* 15. Eccleſiaſtica, ſcilicèt, ut Reipublicæ Eccleſiaſticæ præſideat, & Sæcularis Sæculari, ut probatur ex Can. *Cum ad verum* 6. *diſt.* 96. *ultra ſibi neque Imperator jura Pontificatus arripuit, nèc Pontifex nomen Imperatorum uſurpavit*, atquè ità fieri deberi teſtatur Sthephan. Aufrer. in *tract. de Poteſt. Sæcul. ſuper Eccleſ. &c. tom.* 11. tractatum DD. *p.* 1. *num.* 1. *pag.* 329. ad dorſum, & utraque ad eundem tendit finem Iſidor. Peluſiot. *lib.* 3. *epiſt.* 249. Sic in Sacra Pagina, *Exod.* 18. *à verſ.* 13. † *&* 28. legitur, eodem tempore poteſtatem Spiritualem exercuiſſe Aaron, Temporalem verò Moſem, & de Joſue hujus ſucceſſore idem legitur, àc de Eleazaro, qui paritèr illi ſucceſsit, 2. *Paralip.* 19. *verſ. ult. Ananias autem Sacerdos, & Pontifex veſter in iis quæ ad Deum pertinent, præſidebit: porro Sabdias filius Iſmahel, qui eſt Dux in domo Judà, ſupèr ea opera erit quæ ad Regis officium pertinent*; & ibi notat Lyra ad noſtrum propoſitum: ideò dixit Dominus Luc. 20. *verſ.* 25. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo*, ſe-

13 Secundò reſpondetur, quòd major quâ talis, non habet poteſtatem in domo, aut juriſdictione altetius etiàm minoris, ut tenent Ruin. *conſ.* 155. *num.* 7. D. Larr. cum multis quos allegat, *allegat.* 51. *num.* 45. *& ſeq.* Ferr. in *tract. de Præced. quæſt.* 1. *à num.* 14. *q.* 32. *num.* 1. *& quæſt.* 41. *num.* 2. immò major cedere debet minori in iſtius juriſdictione, Luc. *de Pœn. in l. Nihil. C. de Palat. lib.* 12. Gonz. in *Reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 6. *à num.* 100. uſquè ad 110. Gracian. *à num.* 27. *&* 90. Hermoſill. in *Proem. t.* 1. *p.* 5. *gloſ.* 2. *num.* 41. Idem Gracian. *Diſcept. Forenſ.* 111. *num.* 6. *& diſcept.* 298. *num.* 27. 29. *&* 31. Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 2. *num.* 16. *& cap.* 8. *num.* 20. àc diximus in *Manifeſt. Leg. p.* 2. §. 9. *num.* 48. quia dignitas extranea, utpotè extrà lineam, & ſpheram, neutiquam attenditur in puncto juriſdictionis in alia linea quantumvis inferiori, Loterius *de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 16. *à num.* 1. & in terminis Bellug. *de Specul. Princip. Rubr.* 6. *num.* 23. Marian. Fretia *de Succeſ. Feud. lib.* 2. *de Different. inter feud. Reg. n.* 16. Bobad. *dict. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 20. nàm ſi juxtà D. Molin. *lib.* 1. *de Primog. cap.* 2. *num.* 24. Rex, & Princeps quilibet eſt in domo ſua; quanto potiori jure in ſua juriſdictione Laicus Judex?

14 Ideò & aliis, ad Superiorem Eccleſiaſticum non datur appellatio ab inferiori Eccleſiaſtico Temporalem juriſdictionem exercente, sèd ad Superiorem Laicum, *C. Romana*, §. *Debet, de Appellat. in* 6. *l.* 8. *t.* 3. *lib.* 1. *Recop.* & ibi Aceved. & *l.* 4. *t.* 7. *lib.* 3. & ibi *num.* 3. & tenent Rebuf. *tom.* 3. *Conſtit. Galiæ, in t. Ut Laici non conveniantur coràm Eccleſ. num. fin.* D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 4. *num.* 2. Paz, *Prax. Eccleſ. tom.* 2. *p.* 5. *cap. unic. num.* 4. D. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. p.* 1. *t.* 4. *num.* 63. D. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 29. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *à num.* 194. *ad* 199. Miñan. *Baſis Pontif. juriſd.* cum multis, *pag.* 192. *n.* 48. & Vaſſalli gravati à Domino temporali tamètſi Eccleſiaſticus ſit ad Principem Sæcularem recurrere debent prò gravaminis reparatione, ex *eod.* Miñano, *dict. pag.* 192. *num.* 49.

Tertiò reſpondetur, quòd Summus Pontifex ad denotandam æqualitatem ambarum juriſdictionùm modo nuper dicto arguit à paritate ab Eccleſiaſtica ad Sæcularem in ordine ad juriſdictionis exercitium (in quo ſenſu loquimur) in Can. *Nos ſi incompetenter*, §. *Sèd notandum*, 2. *quæſt.* 7. *ſicut Reges præſunt in cauſis ſæculi, ità Sacerdotes in cauſis Dei*: nota adverbium *Sicut*, quod idem valet àc ſi dixiſſet; ita, & eodem modo, & in vulgari ſermone, ſignificat, *Aſsi como*, Ambroſ. Calep. in *Diction. lit. S. dict. verb. pag.* 1405. & Anton. Nebriſ. *eod. verb. & lit. pag.* 351. *col.* 1. *in fin.* quod maximè verum eſt quoàd brachii præſtationem, ut optimè probat Curtell. ex SS. Patrum ſententiis, *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 4. per *tot.* ſignantèr *num.* 66. *nèc illam* (loquitur de Eccleſiaſtica poteſtate) *per hoc ſeparatam, & magis, quàm par eſt, præeminentem exiſtiment, quod Sæculari oppoſita ſit, meminerint què ſe ipſos ejuſdem corporis partem eſſe.* 15

† Idem procedit in ordine ad ſedes, vèl præcedentiam, ut de D. Ambroſio tradit Soſomen. *lib.* 7. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 24. *Imperatori in Eccleſia locum aſsignavit antè Sacrarii cancellos, ità ut populum Imperator, Imperatorem Sacerdotes ordine ſèdis antecederent*, quam praxim hodiè in noſtra Hiſpania ſervari videmus, & etiam tenet Nicæphorus Calixtus, *lib.* 12. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 21. 16

Hoc autèm ideò magna cum pro- 17

providentia diſpoſitum eſt, nè Dignitatum, àc debitus juriſdictionum ordo perturbetur; sèd ut potiùs in laudabili concordia ſuis utraque potiatur fulgoribus, quod benè cognovit D. Gregor. in *Can. fin.* 87. *diſt. Neque enim univerſitas, alia poterit ratione ſubſtineri, niſi hujuſmodi magnus differentiæ ordo eam ſervaret*, & à contrario non minùs benè arguit D. Larr. *alleg.* 51. *num.* 2. *&* 5. *& ſi aliquando contra admiſſum fuerit, vèl ſtatutum, ut confuſionis inductivum revocari oportet*: : *& contrà jus naturale eſt hunc ordinem perturbare*; & hoc ad literam eſt quod ſuadere voluimus in *Maniſeſt. Leg. p.* 2. §. 8. *num.* 44. in verbis illis: *Y ſe guardarìa la diſtincion de las poteſtades, que para evitar la confuſion, eſcandalos, è indecencia, que nace de mezclarſe, ſe apeteciò en dicho Concilio, y la poteſtad Eccleſiaſtica eſtarìa en ſu competente deſignado lugar, y la Secular en el que le correſponde con la debida decencia.*

Ex quibus omnibus non adeò difficilè eſt inferre, òb paritatem juriſdictionis utriuſque poteſtatis patefactam, quoàd illius exercitium, & uſum, quòd ſicut Eccleſiaſticus Judex cognoſcit de viribus ſententiæ à Laico in Clericum latæ, cùm illius auxilium experitur; ità Judex Laicus imploratus ab Eccleſiaſtico cognoſcere debet de ejuſdem ſententiæ viribus, niſi in habentibus expreſſam juris contradictionem, huic enim obſiſtenti, luculentèr parere debemus. 18

QUÆSTIONIS II.

SUMMARIUM.

1 *AN Judex Eccleſiaſticus à Laico requiſitus, auxilium præſtare teneatur, ſicut iſte teneatur?* num. 1.

Ordinis ſervati demonſtratio fit, ibid.

Referuntur DD. affirmativam tenentes, ibid.

2 *Judex Eccleſiaſticus, & Laicus in auxilio miniſtrando pares ſunt, & mutuò alter, alterius ope, & ſuffragio indiget*, num. 2.

Si quis ab alio juvari vult, ipſe quoquè juvare debet, ibid.

Quod tibi non vis, alteri nè feceris, ibid.

Quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ipſe eodem uti debet, ibid.

Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis, & vos facite illis, ibid.

Judex Eccleſiaſticus litteras ad Laicum cum precibus mittere de jure debet; & quarè? ibid.

3 *Eccleſiaſtici Judices verbis præceptoriis in literis uti ſolent, non deprecatoriis, & urbanis, uti debent*, num. 3.

Laicus Judex ſuffragium denegare Eccleſiaſtico poteſt ſi non deprecatorias literas miſerit, ibid.

Eccleſiaſticus Judex, quid facere debeat auxilio à Laico Judice ſibi non præſtito? ibid.

4 *Poteſtas Spiritualis, & Temporalis ſe mutuò juvare debent, & æquales in ſua ſunt linea*, num. 4.

5 *Referuntur, & exponuntur verba* noſt. text. *& uſquequo progredi ſoleant Eccleſiaſtici Judices. Quinam ſint diſcordiæ effectus, & pœnæ?* num. 5.

Charitatis definitio traditur, ibid.

6 *Judices Eccleſiaſtici omni ſemota vi, & Officii ſimulatione ſecluſa ſe gerere debent in proceſſibus inſtituendis, & litibus finiendis, & reliqua*, num. 6. & 7.

8 *Quæ ſit pœna Judicis malitioſas allegationes audientis, aut falſo dubii prætextu conſulentis ad versùs Regium reſcriptum?* num. 8.

9 *Judices Eccleſiaſtici occaſionem arripere non debent ad ſuos exceſſus ex populorum ſeditionibus, & factionibus: undè iſtæ originem trahant? & varia referuntur Divinæ indignationis exemplaria òb hujuſmodi peccatum*, num. 9.

10 *Proſequitur narratio effectuum diſcordiæ, & inimicitiæ; & quod ſit remedium? & quæ pœnæ?* num. 10. 11. 12. & 13.

14 *Quædam ad Judices brevis exhortatio; & quædam referuntur de Judicum parcialitate deteſtanda* num. 14.

15 *Factionum, & ſeditionum effectus iterùm exprimuntur; & quid Superiores Judices facere debeant pro illis exterminandis, & pace conſtituenda?* num. 15.

16 *Seditionis definitio, & varia nomina referuntur, àc in quod perſonis verificatur*, num. 16.

17 *Seditionis cauſa, & remedium declarantur*, num. 17. & 18.

19 *Quanta ſit concordiæ neceſsitas intèr Judices? Quomodo conſequatur? Quid ſit diſcordia? Qualitèr vitabitur? Quinam ſint effectus diſcordiæ intèr Judices? Quot pericula Sæcularem Judicem circundent?* num. 19. & 20.

21 *Eccleſiaſtici Judices aliquando cognoſcere appetunt de qualibuſcumque negotiis, & ægrè ſeipſos inhibent*, num. 21.

22 *Papa, & quivis Judex Eccleſiaſticus juriſdictionem in Laicos non habet, niſi in ordinem, & finem ſpiritualem*, num. 22.

23 *Noſter Hiſpaniæ Rex poteſt manu Regia tollere quorumcumque Eccleſiaſticorum violentias, & ſi opus fuerit, à Regno expellere temporalibus occupatis*, num. 23.

24 *Abuſus gladii Spiritualis, pèr Temporalem moderatur*, num. 24.

Princeps eſt Dei Vicarius quoàd temporalia, ibid.

Abuſus nullo tempore præſcribitur, ibid.

25 *Quibus præcipuè modis Regia juriſdictio ab Eccleſiaſticis Judicibus offendi ſoleat?* num. 25.

26 *Allegatio quædam refertur D. Don Petri Cano & Mucientes prò Regia juriſdictione, & illius victoria*, num. 26.

27 *Multi ſunt caſus in quibus Eccleſiaſticus Judex præjudicare poteſt Judici Laico*, num. 27.

28 *Multi etiam ſunt in quibus Clericus forum Eccleſiaſticum amittit*, num. 28.

In quibus carcerari à Laico valet. In quibus ſubjicitur juriſdictioni Sæculari. In quibus poteſt à Principe Sæculari pœnis coerceri. In quibus degradari meretur, & in quibus tenetur tributa ſolvere, ibid. remiſſ.

29 *Judex Laicus procedere poteſt contrà Clericum, qui cum aliquo ſemine triticum miſcuerit, aut alitèr læderit quem in ſolutum dat ex* Jur. Reg. num. 29.

30 *Et contrà eum qui taxam panis non ſervaverit, aut vendere detrectaverit triticum à Laico Judice decretum, & deſignatum in neceſsitudinis cauſa*, num. 30.

31 *Clerici compelli à Laico poſſunt vendere fructus, fame inſtante*, num. 31.

Clerici in conſcientia tenentur vendere fructus, & quæcumque ad vitam neceſſaria ad precia ab Ordinario Laico ſtatuta. Si taxam excedant, mortalitèr peccant, & ad reſtitutionem tenentur àc pœna exigi à Seculari poteſt, ibid.

Po-

32 Poteſtas ſtatuendi, & moderandi precia, ad Laicam poteſtatem privativè pertinet, num. 32.

Utilitas publica quibuſque omnibus debet anteponi, ibid.

Quædam de ordine, & ratione ſubjectionis referuntur, & de obligatione Clericorum ad fructus ſtatutis preciis vendendos; aut aliàs quid faciendum? ibid.

33 In quibus Clerici contribuere teneantur, & quarè? Quæ versùs hæc Laicus Judex poſſit? Leges Principis Sæcularis nùm Clericos obligent; & quarè? n. 33. & 34.

Clerici communes populi neceſſitates prò modulo ſublevare tenentur, ibid. ſub num. 34.

35 Laicus Judex procedere poteſt contrà Clericos prò noxa in arboribus, fructibus vè data ab eorum animalibus, & pignora capi facere prò illa, & prò pœna. Eidem incumbit cura, nè anexiones fiant Præbendarum Eccleſiaſticarum, & nè contraveniatur Sancto Concilio, num. 35.

36 Laicus Judex procedere poteſt contrà Clericos, quos nocte deprehenſerit ſine lucerna, & decenti habitu; & quarè? num. 36.

Omnes præſumuntur Laici quandiu de contrario non conſtat, ibid.

Omnes, Laici naſcuntur, nèc Clerici niſi poſtea fiunt, ibid.

Clericatus ſubſtantia quoàd forum, in habitus delatione conſiſtit, ibid.

Eccleſiaſticus quis non præſumitur, ibid.

37 Qui lege permittente quidquam operatur, pœnam non meretur, num. 37.

Indubitata legi, debent eſſe indubitata Judici; & quarè? ibid.

Leges obligant homines ad ſui obſervantiam, & ligant in concordia, & pace, ibid.

Ex vehementi præſumptione judicari poteſt, & exemplum judicii Salomonis refertur, ibid.

Uxor dimitti poteſt òb fornicationem, vèl òb fornicationis ſuſpitionem, ibid.

38 Modus arguendi à ſimilitudine, laudabilis eſt, num. 38.

Permiſſum cenſetur quod non reperitur à lege prohibitum, nèc quæſtioni locus datur, ubi lex expreſsè loquitur, ibid.

Stante caſu legis non eſt hæſitandum; & quarè? ibid.

39 Judex Laicus permittere non poteſt eleëmoſynas peti cum indulgentiarum publicatione, nequè hanc ullo caſu fieri omiſſa forma à Jur. Reg. præſcripta; & nùm in obſervantia hoc ſit? num. 39.

40 Quoties Rex, vèl alius ex privilegio Apoſtolico procedit, libertatem Eccleſiaſticam non lædit, numer. 40.

41 Laicus Judex conſentire nequit eleëmoſynas à Pauperibus demandari prætermiſſo ordine à legibus noſtri Regni diſpoſito, num. 41.

Pèr inquiſitionem procedi poteſt adversùs fraudulentèr petentes eleëmoſynam, ibid.

Clerici tenentur eleëmoſynam facere, ibid.

Clerici, Reipublicæ membra ſunt, & communes illius neceſſitates levare tenentur, ibid.

Eleëmoſynas elargiri omnes debemus, & Dominus remunerator eſt, ibid.

42 Laicus Judex repellere poteſt Clericos ab Advocationis officio. Curare debet, nè Judices Eccleſiaſtici jura exigant ultrà taxam in Commentario relatam, & illorum exceſſus referre Supremo Conſilio, num. 42.

43 Et quod viderint emendatione dignum in diſtributione obventionum fabricæ, num. 43.

Eccleſiaſtici Judices ſuis facultatibus abuti ſolent, & Regiæ juriſdictioni præjudicare, & à

Lai-

Laicis Judicibus diſsimulari nequit, ibid.

44 *Graviter Regiam juriſdictionem offendit Laicus ſubmiſsionem faciens Eccleſiaſtico Judici, aliumvè Laicum antè ipſum citari faciens, aut Sæcularis Judicis juriſdictionem declinans, & remiſsionem ad Eccleſiaſticum fieri petens.*

Leges Regiæ prædicta decernentes, & juramentum in contractibus apponi prohibentes, juſtæ ſunt, & libertatem Eccleſiaſticam non lædunt, num. 44. & 45.

46 *Judex Laicus procedere poteſt contrà Clericos juſtitiæ adminiſtrationem impedientes, & illos punire*, num. 46.

Laqueus favore Eccleſiarum apponi non debet, ibid.

47 *Principibus, & Magiſtratibus tanquam Dei miniſtris obedientia debetur ab univerſo Eccleſiaſtico ſtatu ſuæ ditionis, & reſiſti non debent*, ibid.

48 *Laicus Judex punire poteſt Clericum divinatoriam, aut incantatoriam artem excercentem, & Clericum aſſaſinum; & quarè?* num. 48.

49 *Clericus etiàm Sacerdos enormibus ſe immiſcens, ſæva què excercens dimiſſo habitu, fori privilegio àn abſque monitione deſtituatur?* num. 49.

Ubi Clerici foro non juvantur poſſunt à Sæculari Judice puniri, & etiam capitali pœna abſquè degradatione plecti, ibid.

50 *Sodomiæ reus, omne privilegium etiam Clericale amittit, etiàm citrà depoſitionem*, num. 50.

Percutiens Clericum ſævis ſe immiſcentem habitu dimiſſo, tamètſi ſcienter faciat non eſt excommunicatus, ibid

51 *Quando dicatur Clericum ſe immiſcere enormibus?* num. 51.

Seditio crimen grave, & enorme eſt, ibid.

Poteſtas Laica, remedia habet ad ſeditioſos etiam Clericos reprimendos, ibid.

52 *Septem referuntur caſus à quodam* Doct. *in quibus percutiens Clericum excommunicationem non incurrit, & ſextus eſt ſi ſævis, & enormibus ſe immiſceat ſine habitu, & tonſura*, num. 52.

53 *Pontifices ſæpiùs ſoliti ſunt monere Principes, ut in Clericos animadvertant; & quarè?* numer. 53.

Eccleſia non ferro, sèd verbo ſcorpiones occidit, ibid.

Princeps quibuſdam caſibus, bono exigente publico in Clericos animadvertere poteſt, ibid.

54 *Enormia delicta quæ in Clericis dicantur?* num. 54.

Enormia delicta Clerici, notoria debent eſſe, ut irregularitatem inducant, ibid.

Ceſſante notorietate, ceſſat infamia, pèr quàm ſivè facti, ſivè juris irregularitas inducitur, ibid.

Irregularitas, ordinum executionem tollit, ibid.

Quid ipſa ſit? & quid infamia? ibid.

55 *Laicus Judex poteſt ingredi, & perquirere domus Clericorum, & malefactores, àc quaſcumque res prohibitas extrahere, & in Laicorum bonis executionem facere*, num. 55.

Laicus Judex tonſuratum incarcerare poteſt, ſi Judex Eccleſiaſticus ipſum à carceribus ſub fidejuſoribus relaxaverit dùm, ly ſupèr Clericatu, aut etiam ſupèr punitione pendet, ibid.

56 *Quædam fit objectio, & reſpondetur*, num. 56.

Correctio tantùm in expreſsis inducitur, & ad cætera non porrigitur, ibid.

Illicitum in uno capite non vitiat licitum in alio, ibid.

Circunſtantiæ unius cauſæ, ſi in

in alia deficiant, determinatio deficit, ibid.

Diverſitas rationis, jus quoque diverſificat, & ſeparatorum, ratio eſt ſeparata, ibid.

57 *Proviſio reſpectu caſus expreſsi facta, non porrigitur ad omiſſum, & ſi aliàs Pontifex, aut Imperator, atquè Princeps voluiſſet, expreſsiſſet*, num. 57.

Ad diſpoſitionem unius ſequitur remotio alterius, & unius incluſio, eſt alterius excluſio, ibid.

58 *Laicus Judex poteſt ingredi, & perquirere domus Clericorum, & extrahere publicas eorum concubinas, & illas incarcerare*, numer. 58.

Laicus Judex Clericum cum concubina repertum ducere ad Epiſcopum poteſt abſquè metu excommunicationis, ibid.

59 *Laicus Judex poteſt revocare confraternitates ſinè Regio aſſenſu creatas quamvis piæ ſint*, num. 59.

Congregatio quælibet illicita eſt ſinè licentia, aut interventu Officialis Regii, ibid.

Conſtitutiones Synodales, & facultates à S. Sede Nuntio Apoſtolico conceſſæ, præſentari debent, àc alia quævis ſtatuta etiàm pia in Supremo Conſilio, ut examinentur, nè fortè præjudicent, aliàs nulla ſunt, ibid.

Laici convocari debent in Synodis ſtatuendis; & quando? ibid.

60 *Noſter Hiſpaniæ D. Rex Protector eſt Eccleſiarum, Sacrorum Conciliorum, & Canonum*, num. 60.

Adducitur exemplar cujuſdam piæ confraternitatis ab ægregia Academia Salmantina ſtabilitæ in Supremo Senatu præſentatæ, ibid.

61 *Villæ, aut Civitates non poſſunt ſe ad invicem congregare, nèc ipſius Capitulares ſinè Superioris licentia, nèc collectam, nèc burſam communem facere; & quare?* num. 61.

62 *Laicus Judex procedere poteſt contrà familiares Epiſcoporum, non tantùm mercenarios, sèd & perpetuos, & immediatos ſervitio perſonæ, & contrà Curiæ Officiales*, num. 62. & 63.

Prædicti omnes immunitate carent quoàd realia munera, tamètſi quoàd perſonalia exempti ſunt, ibid. num. 62.

Clerici conjugati tamètſi unicam virginem duxerint, & tonſuram, veſtem què Clericalem detulerit, immunes non ſunt à gabellis, & aliis regalibus obſequiis, ibid. num. 62. & Bull. 1. not. ad §. 3.

Idem jus obtinet in Clericis non conjugatis Beneficium Eccleſiaſticum non obtinentibus, ibid. numer. 62.

64 *Argumentum in favorem familiarium Epiſcoporum proponitur, & diſſolvitur*, num 64.

65 *Ceſſante intentione Legiſlatoris, ceſſat lex; & quæ pèr conſequentias veniunt, non curantur*, numer. 65. *Et quid juris ſi contraria fuerit conſuetudo?* num. 66.

67 *Laicus Judex curam adhibere debet, ne Cultus Divinus violetur, nèc minuatur; ut Dogmata ſerventur, ut Religio vigeat, numer. 67.*

Laicus Judex SS. Roſarii devotionem fovere debet, ex Jur. Reg. ibid.

Cura Eccleſiæ etiàm apùd Laicum Judicem eſſe debet òb commune bonum, ibid.

68 *Eccleſia non dedignatur agnoſcere Regiam protectionem*, numer. 68.

Crimen perturbationis Divinorum Officiorum publicum eſt, & ejici violentèr de Eccleſia poteſt cum manuum impoſitione abſquè me-

metu excommunicationis, hujuſmodi reus, ibid.

Prædicta ejectio perturbatoris, cedit in Dei honorem, & Deo ſuadente fit, ibid.

69 *Laicus Judex punire poteſt violatores feſtorum colendorum, & in vanum jurantes, & cujuſpiam lethalis peccati reum*, numer. *69*.

In vanum jurantes, fori privilegio non gaudent, nèc declinare valent Ordinariam juriſdictionem, nèc competentia formari poteſt, ibid.

Laicus Judex inquiſitionem facere poteſt ſupèr omni delicto contrà Deum, & omnibus jus accuſandi competit, ibid.

70 *Brevis fit admonitio ad Judices Eccleſiaſticos*, num. 70.

Si Sacerdotes ſui numeris obliviſcantur, plus quàm cæteri in Eccleſia nocent, ibid.

QUÆSTIO II.

UTRUM JUDEX ECCLESIASTICUS à Laico requiſitus, auxilium præſtare teneatur ſicut iſte tenetur?

1 CUM in antecedenti quæſtione viderimus Judicem Eccleſiaſticum, & Sęcularem ſe mutuò juvare debere, & ſtatuerimus teneri Laicum Judici Eccleſiaſtico auxilium inpartire, ſimùl què egerimus quomodò iſtud ſit præſtandum; ordinis ratio nunc expoſcit, ut ad ſequentia, & ultima *noſt. text.* verba diſcutienda pergamus, quæ ità ſe habent: *Non ad præjudicandum, sèd potiùs ad ea quæ Deo ſunt placita proſequendum*; ad illorum tamèn clariorem ſenſum exprimendum, dubitandum venit, àn ſicut Laicus tenetur Judice Eccleſiaſtico auxilium impartire, ità etiàm Eccleſiaſticus præſtare Laico brachium teneatur? Nullum legimus, qui negativam defendat. Affirmativam, prætèr innumeros DD. tenent Avil. in *cap. Prætor.* 20. *Gloſ.* verb. *Uſurpan, num.* 17. & 18. Plat. in *l. Fiſcalibus, de Exact. Tribut. lib.* 10. *cap.* Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *n.*53. *Y ſi para prender al delinquente el Alguacil ſeglar, &c.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *num.* 186. *ad med.* Mart. *de Juriſdict. p.* 2. *cap.* 52. *num.* 13. D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 10. *num.* 1. Pereir. *de Man. Reg. p.* 2. *cap.* 52. *num.* 23. verſ. *Quartus caſus*, Carlev. *de Jud. diſp.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 40. circ. *med.* Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 4. *à num.* 46. *Alternatim congaudeant, mutua intèr ſe auxilia præſtantes ad ædificationem, & non ad deſtructionem.* Miñan. *Baſis Pontific. juriſd. pag.* 221. *num.* 126. & 130. *in princ.* Cortiad. *deciſ.* 26. *num.* 35. † Ubi aſ- 2
ſertio, quòd in hoc pares ſunt; & pèr ſe notum ſit, neuter enim eorum queit dicere alio; alio non indigeo, nèc illius ope, quemadmodum non poteſt oculus dicere manui: Opera tua non indigeo: aut iterùm caput pedibus: Non eſtis mihi neceſſarii. Sèd multò magis quæ videntur membra corporis infimiora eſſe, ne-

neceſſariora ſunt, ut docuit Apoſtolus 1. ad *Corinth.* 12. *v.* 21. & 22. aliàs timenda eſt ejuſdem ſententia, ad *Galat.* 5. *v.* 15. *Quòd ſi invicem mordetis, & comeditis : videte ne ab invicem conſumamini*, nàm Dominus per *Matth.* 12. *v.* 25. dixit, quòd Regnum diviſum deſolabitur, & Civitas, vèl domus diviſa non ſtabit; præterquàmquòd naturalis ratio dictat, quòd ſi quis ab alio juvari velit, ipſe quoquè juvare debet, & hoc ipſum præcipit Divina regula: *Quod tibi non vis, alteri nè feceris*, & etiam juridica : *Quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ipſe eodem uti debet*, ut probatur ex *Rubr.* ſivè *t.* in *ff. Quod quiſque juris*, &c. & ex *C. Cum omnes, de Conſtit.* & prò coronide, nè Judices Eccleſiaſtici auxilium Laicis denegare præſumant ſi ab iſtis auxiliari illi appetunt, nimis urget S. Evangelii præceptum apùd *Matth.* 7. *v.* 12. *Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis, & vos facite illis, hæc enim eſt lex*, & Luc. 6. *v.* 31. propterea ſi Eccleſiaſticus Judex ſuas voluerit literas à Laico adimpleri, & ipſe adimpleat quas Laicus emiſſerit, aliàs non tenebitur hic in ſimili caſu illius literas exequi, Carlev. cum aliis *dict. lib.* 1. *de Judic. diſp.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 42. & cum precibus illas Eccleſiaſticus expediat ſi id ipſum de Laico appetit; quia quod ab alio oderis fieri tibi, vide nè tu aliquando alteri, facias *Tob.* 4. *v.* 16. quoniam ſicut feciſti, fiet tibi, *Abd.* 1. *v.* 15.

3 Contra autèm facere ſolent Eccleſiaſtici Judices, nàm Laicorum literas exequi fortè recuſant, aut differunt, & de conſuetudine verbis præceptoriis in requiſitoriis literis illi utuntur, cùm ex adverſo non niſi deprecatoriis, & urbanis uti debeant, ut tenet idem Carlev. ubi proximè, *num.* 40. circ. *princ.* allegans Gracian. Graſsis, Ceval. Mart. Farinac. Salced. & Franciſc. Marc. ità ut Laicus auxilium denegare valeat ſi ſecùs fecerit Eccleſiaſticus, ex eod. *Doc. ibid.* & Miñano *Baſis Pontif. juriſd. pag.* 215. *num.* 113. & *ſeq.* auſum tamèn habent Eccleſiaſtici Judices hanc tàm debitam urbanitatem prætermittendi eò quòd cenſurarum abuſiva comminatione Laicos Judices minantur, & perterreunt tàm indebitè, ut patefecimus *ſup.* in *Membr.* 1. *quæſt.* 2. *à num.* 51. quod reprobat Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 80. qui unica determinatione prædicta omnia reſolvit *ſeqq.* verbis: *Debrian los Eclesiaſticos en muchos caſos ocurrir al Superior del Juez Seglar, que es el Conſejo, ò Chancilleria, para que le compelieſſen à impartir el auxilio, y no proceder compeliendolos por cenſuras, pues en ellos no les pueden mandar, ſino requerir*: & latius docet in *eod. cap.* 17. *num.* 175. & 182.

Hæ namquè duæ poteſtates ſe mutuò juvare debent ad bonum Reipublicæ regimen Spirituale, & Temporale, ut dictum reliquimus in proxima *quæſt. num.* 1. & advertit Paz in *Prax. Eccleſ. tom.* 2. in *Proem. à num.* 5. *ad* 7. quamquàm non conſentimus differentiis quas notat intèr Eccleſiaſticum, & Sæcularem Judicem, utpotè rationi pugnantibus, & bonæ correſpondentiæ quam reciprocè profiteri debent, & itèm quia adverſantur paritati juriſdictionis quam uterque ſinè diſcrimine habet, & miniſtrat, ut probavimus in *anteced. quæſt. à num.* 10. uſquè ad *fin.* quia tametſi finis Eccleſiaſticæ juriſdictionis, ſpiritualis ſit, Laicæ verò, temporalis; quis mentis compos auſus erit dicere, Regiam juriſdictionem ex aliquo capite claudicare, aut mancam, diminutam vè eſſe, & non ità robuſtam, àc perfectè completam in linea, aut ſphera temporali, ſicut Spiritualis in Spirituali? ut notum fecimus 4

mus

mus in proximâ *quæſt. num.* 10. & 12.

5 Propterea, nè ruat utriuſque juriſdictionis optata pax, optimaquè, àc per quàm utilis, & neceſſaria earundem concordia, diſciplinam dedit Pontifex Judicibus Eccleſiaſticis, àc feriò legem impoſuit in verbis illis *noſ. text. Non ad præjudicandum, sèd potiùs ad ea quæ Deo ſunt placita proſequendum,* quæ profectò magnam habent conſonantiam cum illis : *Abſquè impedimento alicujus*, ut ſciant Ecleſiaſtici Judices, fines, & terminum ſuæ juriſdictionis ipſos progredi non debere, nèc unquàm eis licere abſquè peccato, quod incurrent ſi secùs faciant, ut probavimus *in Præfat. num.* 43. in *fin.* ſicut ſi contentiones, & jurgia in populo ſeminent, publicam pacem turbent, & diſcordiæ fautores ſint. Audi præcor horrenda Concilii *Toletan.* verba ad Sacerdotes directa, *Can.*4. *Relatæ ſunt nobis quorundam Sacerdotum perſonæ in tantam obſtinationis efferbuiſſe diſcordiam, ut non ſolùm illos ab ira occaſus Solis non revocet, sèd nèc annos à quidem tranſactio temporum ad bonum charitatis reclinet : quippè in quorum cordibus ità Sol Juſtitiæ Chriſtus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix poſsint.* Sèd acritèr adhùc D. Gregor. *part.* 2. *Paſtor. Admonit.* 24. *Hinc ergo perpendant ſeminantes jurgia, quàm multiplicitèr peccant, qui dum unam nequitiam perpetrant ad humanis cordibus cunctas ſimùl virtutes erradicant. In uno enim malo innumera peragunt, quia ſeminando diſcordiam, charitatem, quæ nimirum omnium virtutum mater eſt, extingunt : : quiſquis ergo ſeminando jurgia dilectionem proximorum perimit, hoſti Dei familiarius ſervit*, nàm diſcolus, ſivè ſeditioſus facit contrà charitatem, quæ eſt animi affectio, qua diligitur Deus proptèr ſe, & proximus proptèr Deum, juxtà multos congeſtos à D. Covarr. *in C. Alma mater, part.* 1. in *Init. col.* 1. *num.* 2. quam obrem meritò *Innocentius* XIII. pœnam impoſuit privationis Beneficii, & cæteras alias à Sacris Conciliis, & Prædeceſſoribus ſtatutas imponi decrevit in Bulla incipiente : *Apoſtolici Miniſterii*, *cap.* 6. verſ. *Ubi verò*, in verb. *Vèl ſatores rixarum.* Vide Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 112. ubi de Clerico ſeditioſo.

6 Cuncta hæc Sacerdotes afferunt, cùm negotiis ſæcularibus quamvis ab eorum ſtatu alienis immiſceri conantur, ſæculares inſtigando, & conſulendo, aut fortè vocem palàm ſumendo adversùs Pauli doctrinam ad *Rom.* 13. *v.* 13. *non in contentione*, & 1. ad Corinth. 11. *v.* 16. *Si quis autem videtur contentioſus eſſe : nos talem conſuetudinem non habemus, nequè Eccleſia Dei.* Ad Galat. 5. *v.* 20. ad Philipp. 2. *v.* 3. 1. ad Theſſ. 4. *v.* 11. † & 5. *v.* 14. 2. ad Theſſ. 3. *v.* 7. 2. ad Thimot. 2. *v.* 24. ad Tit. 3. *v.* 2. Jacob. 3. *v.* 14. prætérquàmquòd nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus, ut latè diximus *ſup.* in *Membr.* 1. *quæſt.*2. *num.*113. † 7 Prædicta omnia itèm afferunt Eccleſiaſtici Judices cooperantes, àc per vim Laicos Judices compellentes, atquè eorundem ſubditos cum cenſurarum terrore, ut ſua fortè injuſta obediant, & exequantur mandata, cùm potiùs juſtas preces mittere deberent animorum in conſulto fervore ſecluſo juxtà Juris præſcriptum, quod ſignificare voluit Theodoric. Rex, apùd Caſiodor. *lib.*4. *Variar. epiſt.* 10. *hinc eſt quòd legum reperta eſt ſacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu. Quid enim à bellica confuſione pax tranquilla diſtabit, ſi per vim litigia terminentur?* Negari autèm non valet, frequentiſsimè hoc malum accidere, àc quotidiè in Regiis Tribunalibus de-

declarari, Eccleſiaſticos Judices vim facere in pœnè infinitis violentiæ recurſibus à Laicis introductis,& etiàm
8 à perſonis Eccleſiaſticis. † Oportet igitur Eccleſiaſticos Judices ſcire, nemini obſcurari, quòd ex cujuſdam Philoſophi ſententia, *nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſsitudinis nomine*: utinam non ità planè verum eſſet, nàm multa pèr me paſſa ſunt, & ab aliis, maximo cum animæ angore, pati vidi, & hujuſmodi damnum frequentiſsimum etiam eſt apùd quoſcumque Judices,tàm Eccleſiaſticos,quàm Laicos in audiendo malitioſas allegationes adversùs Regia reſcripta, aut in conſulendo dubii prætextu, quorum unumquodque plecti jubetur ab *Imp.* Juſtin. in *l.* 2. *C.* de *Legg.* triginta librarum auri condemnatione, qua cum pœna, & aliis occurrendum eſt à Regiis Tribunalibus, prædictis Judicum inſidiis, ut monet Pulveus *de Privileg. Advocat. forenſ.* aliud enim vicisſim agunt, & aliud ſimulant, teſte Marc. Tull. *Orat.* in *Gajum*, & *l.* 3. *t.*19. *part.* 2.

9 His autèm deplorandis malis occaſionem experti ſumus præbere ſolere populorum ſeditiones, & factiones, quæ originem trahunt à Lucifero, ex *Iſai.* 14. *v.* 14. quem imitati, aut ſecuti fuere Core, Dathàn, & Avirò n, *Num.* 16. *v.* 12. junctis ℣℣. 31. 32. 33. & ℣℣. 41. & 42. cum *ſeqq.* ubi teſtatur plaga percuſiſſe Dominum quatuordecim millia hominum, & ſeptingentos proptèr ſeditionem, quam fecere contrà Moiſen, & Aaron, alia què exemplaria videri poſſunt in *lib.* Judicum, *cap.* 12. *v.* 1. ubi ſeditio orta teſtatur contrà Jephte Judicem, & minatus fuit quòd incenderetur domus ejus, & in ℣. 6. fides fit, quòd ceciderunt de inſurgentibus quadraginta duo millia, *Jerem.* 15. *v.* 10. & omnium maximum quod habemus in illa quam iniquiſsimè fecerunt Judæi adversùm Chriſtum Dominum.

Sèd mirari dignum putamus, 10
cùr hujuſmodi generis homines non deteſtantur, & abhorrent fatalia factionum, & ſeditionum damna, quæ benè notavit ſummatim *Iſaias* 58. *v.* 6. *Diſſolve colligationes impietatis*, & P. Laurent. Peirinis Ordin. Minim. *tom.* 2. *de Prælat. quæſt.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 19. *pag.*354. poſt *med. Penſemus quanta ſint mala diſcordiæ, quæ niſi extincta funditus fuerint, bonum ſubſequi non permittunt. Et verè ità eſt: odio enim ſe invicem habent factionarii, de ſe invicem continuò murmurant; alter alterius notat actiones, inveſtigat, ſocios interrogat, ſpeculatur, in Kalendario ſcribit nè obliviſcatur, & ſociis nunciet, ut ſuo tempore Superioribus propalet; interim divulgat, curat adhibere teſtes ſi non fuerint, nèc deſunt qui ſe offerant quamvis nihil viderint. Semper alter in alterum machinatur, irridet, ſubſannat; actiones, & quidquid à quocumque factionis contrariæ factum fuerit, culpat, maculat, & profitetur ſe adverſariis non credere, niſi cùm dicunt Domine non ſum dignus. Suos unumquodque factionis caput defendit, eorum occultat vitia, protegit nè puniantur, immò fovet ſecundùm inclinationes quas noverit, nè ab eo reſiliant, & ad adverſarium tranſeant*; & in eod. num. pag. ſeq. col. 1. *Undè ipſi facti inſolentes ruptis vinculis timoris Dei, & Superioris, omnia attentant, omnia audent, omnia præſumunt.* Jam Correctores inſurgendo, jam illorum authoritati detrahendo, jam plebe ipſa authoritatem ſibi ipſi contrà leges arrogando, jam deniquè obedientiam illis, aut illorum dominis, legibus vè ſubſtrahendo, quæ omnia ad ſeditionis crimen ſpectant,

Cor-

Conrrad. Brun. in *tract. de Sedit. tom.* 11. *tract.* DD. *lib.* 1. *cap.* 3. *part.* 1. *num.* 13. *pag.* 100. ſicut etiam ſi alitercumque, damnum, vèl injuria Judici à capitulo inferatur, quam poteſt auferre Superior, eò quòd Decuriones odio capti, ſinè cognitione veri decernunt, & delaturam faciunt, Guillielm. Redoan. *de Conſenſ. Cap. quæſt.* 26. Magnam cum his conſonantiam habent quæ ſcripſit Politicus Bobad. *lib.* 5. *cap.* 2. *numer.* 31. & *ſeq.* diximus què in *Ma-*
11 *nifeſt. Leg. part.* 1. §. 2. *num.* 12. † & non parum congruit quòd inimicus ſemper cogitat mala de inimico, Franc. Brun. *de Judic. & Torm. tom.* 11. *tract.* DD. *part.* 1. *num.* 90. *pag.* 267. & ſempèr adversùs illum machinatur, quærens quomodò eum perdat, *l. Inimicitia*, *l. Ex parte*, *ff. de His quib. l.* 1. §. *Præterea*, *ff. de Quæſt. l. Apertiſſimè*, *C. de Judic.* nihil què delectabilius inimico erit, nulla què major gloria, quam hujuſmodi occaſionis inventio, *cap. Quæ ſuſpecti*, 3. *quæſt.* 5. D. Valenz. *tom.* 2. *conſ.* 161. *num.* 1. & 6. faciunt quæ tradit Bobad. in *Proem. lib.* 1. *num.* 2. & ſimùl in *lit.* D. in *marginalib. not.* àc *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 4. circ. *med.* Veriſſima etenim eſſe prædicta omnia, experimento atteſtari quoquè poſſumus; † sèd remedium
12 eſſe poſſet prædictas factiones, & ſeditiones, cum feſtinatione vitare, docente Curtello *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 20. *num.* 36. & præcipit *Imp.* Juſtinian. in Novell. 80. *& quod paulatim labitur, reparare feſtinamus*, & Iſaias *dict. cap.* 58. *v.* 6. *diſſolve colligationes*, & dicemus *infr. num.* 18. atquè reos cum ſeveritate punire, ut docuit Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 1. *num.* 66. §. 2. *num.* 8. & §. 21. *num.* 20. mortis pœna, Conrrad. Brun. *de Sedit. tom.* 11. *tract.* DD. *num.* 28. *pag.* 96. ſignantèr authores qui in capite fuerint, capite damnandi ſunt, ex *eod. ibid. num.* 38. *pag.* 97. sèd juxtà Boer. *dict. tom.* 11. *num.* 25. *pag.* 91. hi videlicèt authores ſunt illaqueandi furcis: cæteri autèm juxtà *dict.* Brunum, *citat. num.* 38. in emendam condemnari debent. Vide *tot. t.* 14. & 15. cum *remiſſ. lib.* 8. *Recop.* ſignantèr *l.* 6. in unoquoque, & latè diximus in *Manifeſt. Leg. part.* 1. §. 1. *n.* 21. *pag.* 25. & *p.* 2. §. 2. *n.* 12 & 13. *pag.* 35. & 36. & hoc quàm citiùs fieri oporteret, nàm mora in animadverſione conjurationum everſionem Regnorum operatur, Curtell. *dict. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 37. & minimus error in principio, in fine apparet maximus D. Molin. *lib.* 1. *de Primogen. cap.* 2. *num.* 9. quod ab inferioribus fieri non poſſe data partialitate fatetur, idem Peirinis *dict. tom.* 2. *de Prælat. quæſt.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 19. *dict. pag.* 355. *Hinc Superiores, ſi quandoquè occurrat, quòd ex aliqua factione non ſint, non timentur, non æſtimantur, ſuum exercere non poſſunt officium, nèc malos caſtigare, nec bonos ſublevare poſſunt*, & ut ſummatim dicamus; malum quodcumque diſcordia parit, omne bonum perimit, & ſani judicii homines minatur, ut eandem comitentur, Ludov. Meneſes *in Vita Georgii Caſtriot. lib.* 1. *pag.* 5. in *princ. Los deſordenes de la diſcordia, ſi pudieran producir virtud, fuera ſolo caminar para la obediencia, amedrantada del caſtigo de ſus inſultos*, nàm confœderati, mutuò in unum conſpirant, ejuſdem ſunt intentionis, & voluntatis, Hieron. Gigan. de *Crim. læſæ Majeſt. tom.* 11. *tract.* DD. *p.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 2. *pag.* 89. † Multum igitur caveri de- 13
bet diſcordia, quia concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur, Nicolav. Boer. *de Sedit. eod. tom.* 11. *præſupp.* 1. *p.* 1. *num.* 5. *pag.* 89. ad dorſum, nihil etenim boni ſequi valet ex ſeditione, cùm ple-

rum-

tumquè fiat propter contemptum, & ex inobedientia, Conrad. Brun. *de Sedit. dict. tom.* 11. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *pag.* 112. proptereà ſeditio deteſtabilius peccatum Domino eſt, *Proverb.* 6. *verſ.* 16. *Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus*, & hoc ſeptimum exprimitur in *verſ.* 19. *Qui ſeminat inter fratres diſcordias*, quod eſt ſeditionis peccatum, & quidem grave, ut videre eſt in Sylveſt. *de Confraternit. Conjurat. &c. pag.* mihi 191. Jul. Clar. *lib.* 5. §. *fin. numer.* 36. Avil. in *cap. Prætor.* 2. *Gloſ.* verb. *Ni confederacion, pag.* 77. *& ſeq.* in verb. *Parcialidad*, àc in verb. *Juntaràn*, *eod. cap.* 2. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 45. *& l.* 4. *tit.* 16. *l.* 2. *&* 6. *t.* 22. *lib.* 8. *Recop.* Ita ut ſeditioſo denegata ſit à jure appellatio, Anton. Gom. *tom.* 3. *Var. cap.* 13. *num.* 31. *in fin.* verſ. *Septimò limita.*

14 Hinc exemplum deſumant Judices, & quicumque Prælati, ut meditentur quem ſe agendi modum eligere debeant in partialitatum populis; ergo enim undiquè pericula cerno, nàm ſi partialis fuerit Judex, contrà jus facit, & puniri meretur, de quo latè Avil. in *cap. Prætor.* 2. *Gloſ.* verb. *Parcialidad*, pèr *tot.* Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 2. *eod. verb.* pèr *tot.* Bobad. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 192. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. *à num.* 33. cum *ſeqq.* 42. *&* 43. àc *ſeq.* melius in *num.* 14. *& lib.* 5. *cap.* 1. *numer.* 232. ſin verò impartialis, & abſtractum fuerit, tam ètſi hæc eſt optima vivendi regula juxtà Laurent. Gracian. *tom.* 2. *pag.* 377. *col.* 2. verſ. *Demàs de ſer*, & quod jura præcipiunt, ut videre eſt in DD. proximè allegatis; tamèn eò non obſtanti inimicos eò ipſo habebit, ex *eod.* Authore, *pag.* 381. *col.* 2. verſ. *fin. Tiene lo bueno muchos contrarios*, reproductis hìc P. Peirinis, verbis proximè relatis, & *ſup.* dictis in *Mem.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 114. *&* 115. *& quæſt.* 9. *infr. in Memb.* 2. *num.* 44. *ad med.* Si partialitatem elegit, viam perditionis, & iniquitatis ſequitur, quæ vix mederi poteſt tamètſi medici ſuperſint, docente *eod.* Graciano, *dict. tom.* 2. *pag.* 382. *col.* 1. *in princ. Para la perdicion hay muchos medios, y pocos remedios.* Si viam veritatis, & juſtitiæ amat, & proſequitur, abſdubio perſecutionem patietur, & ab omnibus de quorum concilio non fuit derelinquetur; Pſalm. 1. *verſ.* 1. † 25. *verſ.* 4. & ſolus ſedebit, Jerem 15. *verſ.* 17. *ſolus ſedebam*, & in Lament. Jerem. 3. *verſ.* 28. *&* 30.

Hæc tàm prava quæ vidiſti, diſcordia parit; sèd inſupèr audi D. Bernard. *tom.* 1. in *Epiſt.* 126. *pagin.* 134. *col.* 2. *lit.* E. & copioſius Peirinis in præcitato *tom.* 2. *de Prælat. quæſt.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 19. *O! ſtulti filii Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, pacem perdunt, & gloriam. O! factionum capita. O! incarnati Dæmones. O! Antichriſti; væ vobis, qui peccare facitis populum Dei; vè vobis, qui juſtificatis impium, & juſtitiam aufertis à juſto. Væ vobis ſenes, ſcandala juvenum. O! pueri centum annorum. O! ſenes facti, væ vobis, quia ut vos metipſos paſcatis, famæ perire facitis oves precioſo Chriſti Sanguine redemptas. Væ vobis viri impii, quia retributio veſtra dabitur vobis. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, ambitionis, ſuperbiæ, invidiæ, quibus quaſi loris adſtricti, plauſtrum peccatorum trahitis; væ qui dicitis malo, bonus eſt, & bono malus, & vocantes tenebras lucem, & lucem tenebras, & ponentes amarum in dulci, & dulce in amaro. Væ vobis, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coràm vobis metipſis prudentes.* Acriùs adhùc proſequitur idem Peirin,

rin. ad quem te remittimus. Idem teſtatur S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 42. *art.* 2. in corpore, *Manifeſtum eſt ergo, quòd ſeditio opponitur, & juſtitiæ, & communi bono, & ideò ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & tantò gravius, quantùm bonum commune, quod impugnatur pèr rixam. Peccatum autèm ſeditionis primò quidem, & principalitèr pertinet ad eos, qui ſeditionem procurant, qui gravius peccant; ſecundò autèm ad eos, qui eos ſequuntur perturban-*
16 *tes bonum commune*, † nàm ſeditio dicitur, quietis, ſeù pacis publicæ perturbatio, Boer. *de Sedit. tom.* 11. *tract.* DD. *præſupp.* 2. *n.* 1. *pag.* 92. in dorſo, & Brun. in *eod. tract. de Sedit. dict. tom.* 11. *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. *pag.* 98. ad dorſum, & vocatur his nominibus, videlicèt, congregatio, unio, confœderatio, ſecta, conventicula, conjuratio, conſpiratio, colligatio, liga, mutinatio, monopolium, concilium, juxtà *eund.* Boer. ubi proximè: *num.* 5. & *cap.* 3. *num.* 11. & 13. *pag.* 100. quæ omnia *eod.* teſtante Authore, *ibid.* ſignificant quendam conſenſum, quo homines intèr ſe ad ſeditionem, & tumultum contrà Rempublicam, vèl tertium provocantur; & hæc verificari valent in quatuor perſonis, quia homines quatuor, gentem conſtituunt, ex *eod.* Boer. in *dict. tract. præſupp.* 3. *num.* 1. & in arbitrio judicantis poſitum eſt, ei què relictum, juxtà *eund. num.* 2. *in fin. pag.* 93. Conrrad. Brun. *eod. tract. dict. tom.* 11. *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *pag.* 99. Dion quoquè hæc bene agnoſcens, ſeditionem fuit deteſtatus, *lib.* 48. *ſeqq.* verbis: *In ſeditionibus, & bellis, omnia prætèr rationem eveniunt, ubi non jure, sèd utilitate ſua, àc neceſſitate amicos, inimicos què ſuos ii qui rerum potiuntur æſtimant, àc prò opportunitate eoſdem, & hoſtes, & neceſſarios ſuos judicant.*

Seditionis igitur, & diſcordiæ 17
cauſam inquirere non incongruum videtur, & notam nobis fecit Beat. Antonius Epiſcop. Florentinus, *p.* 2. *Summæ ſuæ, t.* 4. *cap.* 8. §. 3. apùd Boer. *de Sedit. tom.* 11. *tract.* DD. *præſupp.* 1. *p.* 1. *num.* 1. *pag.* 89. his verbis: *Seditio principalitèr generatur in Civitatibus, & Villis pèr proprii commodi inordinatam procurationem*; & nulli magis commaculantur communitatem diſcordiis, quàm ſeditioſi, & partiales, (inquit *dict.* Author, *ibid. num.* 6. *pag.* 90.) ideò quam primum Judex videt proviſiones, & materiam diſpoſitam, ad ſeditiones, monopolia, & rixas, tumultus, àc delicta committenda, totis conatibus debet obviare; verba ſunt præallegati *Doct.* qui meritò ſic cenſuit, quia melius eſt mala vitare nè eveniant, quàm illa jam admiſſa punire, D Ramos, *ad LL. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 47. pèr *tot.* D. Solorz. *lib.* 4. *Polit. cap.* 29. D. Creſp. *obſerv.* 3. pèr *tot.* junctis iis quæ dicta relinquimus *ſupr. Membr.* 1. *quæſt.* 2.
num. 60. † Exulari profecto ſeditio- 18
nes magnoperè Superiores ſtudere debent, 2. *Mach.* 4. *verſ.* 30. & 31. *contigit Tharſenſes, & Mallotas ſeditionem movere :: Feſtinantèr itaquè rex venit ſedare illos*, atquè diximus *ſup. num.* 12. maximè in populis ubi delictum iſtud frequentiùs admittitur, quia ibi potiùs mederi oportet, §. *Sed ſi credat, Inſtit. de Oblig. quæ ex delict. naſcunt.* & ibi omnes Inſtitutiſtæ, Caball. *Reſol. Crim. caſ.* 99. *à num.* 60. Math. *de Re Crim. controv.* 24. *à num.* 13. *controv.* 41. *num.* 6. Fraſ. *de Reg. Patron. cap.* 63. *num.* 22. ut in hanc rem exclamavit P. Laurent. Peirin. *de Prælat. quæſt.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 20. *Obſecramus pèr Sanguinem Jeſu-Chriſti Salvatoris noſtri omnes Dominos Judices hujuſmodi cauſæ, ut Capita talium factionum evel-*

lere non tardent, *ea què in malam crucem amandent cùm ipſorum eſt ſubditis pacem ferre*, nàm Supremus Judex cum indignationis ſuæ rigore punire ſolitus eſt, ut patefecimus *num. 6.* in *princ.* Capitibus què punitis, omnis populi conſequetur emenda, Deut. 17. *verſ.* 13. *Cunctus què populus audiens timebit*, *ut nullus deinceps ſuperbia intumeſcat*, & facit *cap.* 19. *verſ.* 20. † *&* 21. *verſ.* 21. *in fin.* cùm enim defecerint ligna, extinguetur ignis, *Prov.* 26. *verſ.* 20.

19 Si prædicta omnia maturè conſideras, ahùd facilè, ni fallor, percipies quàm neceſſaria ſit Judicum concordia, quæ ſimbolicè emicat, in verbis illis, *noſt. tex. non ad præjudicandum*, quàm pèr media oppoſita, & directò contraria conſequi intendere, idem eſt àc digito vellè Cœlum attingere; quicumque enim Judex alteri præjudicans, ſuæ juriſdictionis fines progrediendo, aut alteri intrà ſuos ambulare, & providere inhibendo; concordiam non vult, sèd potiùs diſcordiam appetit, quàm P. Suar. *diſp.* 11. *de Charit. ſeſſ.* 1. definivit: *Diſſentio cordium, ſeu voluntatum*, *quæ opponitur directæ concordiæ*, & Cicer. *lib.* 4. *Tuſculan. Eſt autem diſcordia acerbior intimo odio*, *&* *corde concepta*: Igitur ſi Judex in corde concipit juriſdictionis ſuæ terminos tranſire, & egredi, & de facto contrà juris præcepta egreditur, & tranſit ultrà quàm poteſt, & ultra quàm ſibi de jure competit; mentitur ſi concordiam velle dicit, & Domini indignationem promeretur, ut videbimus *infr. quæſt.* 8. *num.* 9. nullum autem Judicem ità ſupinum eſſe credimus, ut ignoret uſquè quò juriſdictio ſua vires conſequitur, jam enim receſſerunt tenebræ, ſuccesſit què nobis hoc ſæculo meridiana lùx ſpecioſæ doctrinæ tot claſsicorum DD. cum qua omnis abiit dubitatio, quapropter excuſatio non eſt, ut præconio declarat in terminis impartitionis auxilii. (quod eſt noſtrum in *h. q.* inſtitutum) *lex Regi*, *nimirum 6. tit.* 4. *lib.* 1. *Recop. Porque*: : *queriendo ayuda del nueſtro brazo ſeglar en lo juſtamente pedido*, *ſe les eſtà mandado dàr*: : *y porque en los caſos que no les pertenece el conocimiento ſomos informados*, *ſe entremeten excediendo los limites de ſu juriſdiccion*, *&c.* Quæ quidem ultima verba ad Eccleſiaſticos Judices directa, ipſorum què indebitam, & à jure reprobatam tranſgreſsionem teſtantia; diſcordiæ frequenter intèr illos, & Laicos expertè cauſam, & motivum patefaciunt. † Sèd ut credas, non 20
inutilitèr ſeditionis, damna, & peſſimos effectus nos proximè retuliſſe, ut ab illa totis viribus unuſquiſque caveat; ut reflectas deprecor, quòd ſæpiſsimè Judicum diſcordiæ, ſeditionem producunt popularem, jam quia ſpeculum populorum Judices ſunt, & ſicut Regis ad exemplum totus componitur orbis, ſic Judicum ad exemplum cæteri populares, ſuos ordinant mores, & jam item quia Judicum multi, ſunt ſequaces, vèl òb hoc ſolùm quia Capita cætera ſequuntur membra, vel òb veri cognitionem, quæ ſenſatos pertrahit, ex quo ſequitur, quòd in partialitates, & factiones Reſpublica dividitur, & regularitèr major pars Eccleſiaſticum ſectatur, jàm proptèr Catholicorum pietatem, maximam què, àc debitam ergà Eccleſiam Sanctam, dilectionem, quam defendere non plus debito, piè de Eccleſiaſtico, Sacerdotio inſignito, creditur, & hac ſola apprehenſione plebs arrepta, contrà Sæcularem Judicem regularitèr vocem extollit tanquàm ſi Eccleſiæ inimicus foret; & jam etiam, quia Eccleſiaſticus Judex, perpetuus eſt, Sæcularis autèm triennalis, & proptèr alias deniquè cauſas, quarum omiſsionem magis honeſ-

neſtati quàm relationem convenire arbitramur. Repete *infr.* dicenda in *quæſt. 9. num. 68. & 69.*

21 Nequè diffiteri valet, quòd ex ultimis præallegatis legis Regiæ verbis, *num. 19. in fin.* clarè evincitur, aliquandò Eccleſiaſticos Judices, nulla negotiorum diſtinctione facta de aliquibus velle cognoſcere in præjudicium Laicorum, qui quidem abuſus ex antiquo notatus eſt in Curiis Eccleſiaſticis, ut advertit Angelus in *l.4. §. Condemnatum, de Sent. & Re Jud.* Decian. in *Tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 12. in princ.* & Gail. *lib. 1. obſerv. 25. num. 30.* refert ex Stephano Natem. *de Juſt. in Juriſd. vulner. cap.3. ſeqq.* verbis: *Et tamen Eccleſiaſticos Officiales multa ad ſuum molendum trahere conari*, & etiam notarunt Fachin. *lib. 3. Controv. cap. 13.* & Bobad. *lib. 2. Polit. cap. 18. num. 190.* cujus verba, quia nimis diffuſſa referre omitimus, digna autèm ſunt, ut iterùm, atquè iterùm legantur, nàm in ſumma, Eccleſiaſticorum Judicum abuſus maximè notabiles recopilavit.

22 Quæ profectò ceſſarent, ſi Eccleſiaſtici præ ſe ferrent, quòd nèc Papa juriſdictionem in Laicos habent, niſi in ordinem, & finem ſpiritualem, *cap. Licet, de For. Compet. cap. Per venerabilem, Qui filii ſint legitim. cap. Si duobus, §. Dequè, de Appellat.* Bart. in *l. Cunctos populos, n. 41.* verſ. *Per hoc, cap. de Summ. Trinit.* Cardin. Bellarm. *lib. 3. de Laicis, cap. 35. num. 3.* D. Creſp. *obſerv. 23. p. 1. num. 163.* D. Salced. *de Leg. Polit. lib. 2. cap. 1. num. 30.* & multi apùd Fraſ. *de Reg. Patron. cap. 37. num. 18.* D. Abreu, *Victim. Real, pag. 16. num. 16.* & dicemus *infr. quæſt. 9.* ſub *num. 42.* & hoc eſt quod innuunt verba prædicta *l. 6. t. 4. l. 1. Recop. Y pidiendo el dicho brazo ſeglar, podrian ſin eſcandalo executar lo que por ellos juſtamente fueſſe determinado*, quæ recolere deberent Eccleſiaſtici Judices, & quæ ſimili noſtro deſiderio doctiſsimè ſcripſit Curtell. *lib. 2. quæſt. 4. à num. 45. ad 51. à num.66. ad 82.* ex SS. PP. ſententiis, cui junge Seſſe *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap. 9. §. 2. numer. 13.* qui paritèr, tenet quòd Judex Eccleſiaſticus non habet juriſdictionem in Laicos, niſi in ordine ad Spiritualia.

Hac igitur de cauſa, nè Eccleſiaſtici contraria facientes, nos opprimerent, convenientiſsimum eſt noſtrum Catholicum Hiſpaniæ Regem auferre poſſe, ſicut poteſt Eccleſiaſticorum violentias cum manu Regia, òb Regnorum, & Vaſſallorum quietem, àc publicam omnium ſalutem, *l. 14. cap. de Epiſc. & Cler. l. 21. & 25. t. 3. l. 2. t. 6. lib. 1. l. 13. t. 3. lib. 4. Recop.* & in Ordinat. Valliſolet. *lib. 1. t. 2. Eſched. 1.* Zevall. *de Cognit.* pèr *viam viol. in Prolog. num 107.* D. Salg. *de R. P. p. 1. cap. 1. num.48. cap. 2. num. 26.* & de *Supplicat. p. 2. cap. 24. à num. 59.* D. Solorz. *de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 27.* Fraſ. *de Reg. Patron. cap. 41. & 42.* Curtell. *lib. 2. de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt. 18.* pèr *tot.* Bobad. *lib. 2. Polit. cap.18. n.139.* D. Creſp. *p. 1. obſerv. 3. illat. 3. & 4.* pèr *tot.* Et illos, ſi opus fuerit, à Regno expellere cum occupatione temporalium ex proximè allegatis, quibus addimus, P. Henrric. Henriq. *de Pontif. Clav. l.2. cap.20. in princ.* Antun. *de Donat. tom. 1. lib. 2. cap. 27. num. 18. in fin. 21. & 28.* D. Covarr. *Pract. QQ. cap. 35. num. 3.* Urrutig. *de Compet. quæſt. 40. num. 39.* Villarroel, *Goviern. Eccleſ. p. 1. quæſt. 18. art. 3. num. 34.* Felician. à Veg. in *cap. Quanto, de Judic. num. 100.* Caram. *Theolog. Mor. lib.2. diſp. 2. num. 340.* Marc. *lib. 4. de Concord.* 23

Sa-

Sacerd. & Imp. cap. 19. §. 1. & 2. Alfar. *de Offic. Fiſc. gloſ.*2. *num.*15. in *fin.* Calderò *deciſ.* 141. pèr *tot.* D. Caſtro, & Arauj. *diſcept.* 1. *nu-*
24 *mer.* 91. & 92. † quoniam abuſus gladii Spiritualis, pèr Temporalem moderatur, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 88. nàm Princeps eſt Dei Vicarius quoàd temporalia, D. Abreu, *Victim. pag.* 76. *num.* 140. & probat cum *l.* 1. & 5. *t.* 1. *part.* 2. Dartiſ. *Oper. Canon. p.* 1. *col.* 2. *lit.* D. *pag.* 18. Bobad. *lib.* 1. *cap.*2. *num.* 17. in *fin. lib.* 2. *cap.*10. *num.* 15. *cap.* 16. *num.* 11. àc aliis in locis, & maximè nota, quòd quantocumque tempore Eccleſiaſtici abuſus prævaluerit òb incuriam, aut negligentiam Judicis Laici, præjudicare nequit, quia abuſus nullo tempore præſcribitur Alteſerr. in *Decretal.* Innocentii III. *pag.* 44. *lib.* 1. *t.* 4. in *fin.*

25 Ex hucuſquè dictis colliges quàm neceſſarium ſit ad concordiam, quam ſtabilire intendimus ſeditionum inimicam, quòd Eccleſiaſticus Judex Laico non præjudicet, ut præcipit Pontifex in *noſt. text.* & conſequenter, quòd cùm ab iſto fuerit juſtè requiſitus, auxilium præbeat: sèd quia variis modis prædictum præjudicium inferri poteſt, non incongruum videtur quædam de illis agere. Tribus præcipuè modis offendere poſſunt, aut ſolent Eccleſiaſtici Judices Regiam juriſdictionem, videlicèt, aut ſe immiſcendo de facto ad ea, quæ de jure non poſſunt, jam cognoſcendo, jam procedendo, jam vè utrumque ſimùl faciendo, aut pèr ſe exequendo ſinè auxilii imploratione cùm de jure opus eſt, aut Laicos Judices impediendo, quominus cognoſcant, aut procedant cùm poſsint, illos què inhibendo, & quartus ſit non deferendo appellationi, qui omnes, & quicumque alii modi, damnati ſunt à *noſt. text.* in verbis illis: *Non ad præjudican-dum*; † propterea meritò in eandem 26
rem impatiens exclamavit D. Don *Petrus Cano & Mucientes*, cùm eſſet Regii Fiſci Patronus, in Regio Navarrenſi Conſilio, nunc in eodem Senator, in quibuſdam publicis ſcriptis prò Regia juriſdictione, & præſertim in quadam allegatione Fiſcali ſupèr recurſu violentiæ ab Eccleſiaſtico Judice initæ in cognoſcendo, & procedendo in cauſa immunitatis *Petri Valentin de Abadia* Carnificis, Rei homicidii perpetrati in Don *Augustinum Apeſtegui* idiomatis Latini Scholarem, ſe fundans Senator prædictus in noviſsimo Brevi Pontificio *Clementis* Papæ XII. quem ad finem tranſcribere prò communi utilitate libuimus, multis adjunctis notis prò ejuſdem illuſtratione, àc fœcundiori plurimorum notitia; & obtinuit Regia juriſdictio, ut videre eſt *pag.* 5. prædictæ allegationis *num.* 20. & in epiſtola ad ipſum miſſa die 25. *Auguſti*, anni 1745. de mandato Supremi Conſilii Cameræ, & *inf.* in prædicta *Bull.* incipiente, *Alias Nos* 1. §.10. & in *not.* ad illum, circ. *fin.*

Cùm igitur in *noſt. text.* ver- 27
ba ſint poſita: *Non ad præjudicandum, sèd potiùs ad ea quæ Deo ſunt placita proſequendum*, in quorum expoſitione laboramus, ut diximus *num.* 1. videamus modò quoſnam frequentiores caſus in quibus Eccleſiaſtici Judices ab hoc præcepto deviantes, Judicibus Laicis præjudicare cum illegitimis inhibitionibus ſolent, iſtis contrà Clericos legitimè procedentibus, non dumtaxàt non proſequentibus illis, quæ Deo ſunt placita, verùm potiùs impedientibus, quominus iſti, Laici nimirum, proſequantur quæ de jure poſſunt, & debent; ad cujus negotii veram cognitionem quærere oportet, qui ſint caſus in quibus Judices Laici proceſſum contrà Clericos inſtituere valent, nàm hoc cognito, intelligen-

dum

dum ex adverſo veniet nullius eſſe momenti inhibitiones illis obſiſtentes, & de facto ab Eccleſiaſticis

28 emiſſas. † Præviè autèm ſcias multos eſſe caſus in quibus Clericus forum Eccleſiaſticum amittit, quos conjunxit P. Pirhing. in *Jus Canon. lib.2. t. 2. num.98.* cum *duob. ſeqq.* & Caniſ. in *Summ. Jur. Canon. t.1. lib. 4. pag. 370. & 378.* Quidam quoquè ſunt in quibus degradari meretur, & tradi Judici Sæculari, quos redegit Anton. Sabel. in *Summ. diverſor. tract. tom. 2. §. Clericus 18. num. 85.* Itèm aliquot ſunt in quibus Judex Laicus poteſt carcerare Clericum ſinè cenſurarum metu, quos idem Pirhing. congeſsit *lib. 5. t. 39. num. 183. & 189. not. 3.* cum *not. 193. & 194.* àc *lib.2. t.2. not. 105. & ſeq.* & Bernard. Laurent. *tom. 11.* in Tractatibus DD. à *num. 8. ad 21. pag. 329.* Quidam inſupèr ſunt in quibus Clerici ſubjiciuntur juriſdictioni Sæculari abſquè excommunicatione, & abſquè immunitatis violatione, D. Salg. de *R. P. p. 1. cap.1. prælud. 5. num.265.* Ayll. in *Addit.* ad Gom. *tom.3. cap. 10. num. 5.* verſ. *fin. & num. 8.* Minſing. *Centur. 2. obſerv. 67. à numer. 7.* Quidam deinde ſunt in quibus poſſunt à Principe Sæculari pœnis coerceri, ut ex profeſſo tractat. Curtell. *lib. 2. de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt. 7.* pèr *tot.* Quidam ulterius, àc deniquè ſunt in quibus Eccleſiaſtici tenentur ſolvere tributa, quos videre licet apùd P. Sannig. in *Schol. Canon. lib. 3. cap. 3. num. 4.* & apud Curtell. *lib. 2. à quæſt. 36.* uſque ad 50. *quæſt. 79. 83. 97. 133. & 134. & infr.* in *Bull. 2.* incip. *Venerabiles Fratres, §. 15. & not.* tamèn Concilium Lateranenſe Reges nominatim excipit à prohibitione imponendi vectigalia, Curtell. *lib. 2. quæſt. 48. num. 3.*

29 Primùm, poteſt Judex Laicus procedere adversùs Clericum, ſi contravenerit Regiæ diſpoſitioni *leg. 3. t. 5. lib. 1. Recop.* qua prò communi bono cavetur, nè triticum quod prò quoquo debito detur, & in ſolutum tradatur, cum aliquo alio ſemine miſceatur, alitèr vè lædatur ſub gravibus pœnis etiàm Clericis injunctis: *Perlados, y Cabildos* ::: *dàn, y pagan el pan mojado, y mezclado con paja, y polvo, y piedras: Ordenamos, y mandamos, que ninguna perſona de qualquier* ::: *eſtado, &c. Clerigos, &c. que tal mezcla* ::: *hiciere, ò màndare, ò conſintiere hacer, que por el miſmo caſo pierda lo que aſsi diere en pago, y lo pague otra vez con las ſetenas* ::: *haciendo execucion en ſus bienes por todas las dichas penas.*

30 Idem procedit ſi Clericus ſervare neglexerit quod providè diſpoſitum eſt in *l. 1. t. 25. lib.5. Recop.* in qua ſtatuta fuit taxa panis, ſimùl cum aliis publicam utilitatem concernentibus, in verbis ſeqq. *Ordenamos, y mandamos, que* ::: *ninguna perſona Eccleſiaſtica, ni Seglar, de qualquier eſtado, y condicion, y qualidad, y dignidad que ſea, no pueda vender, ni venda en todos eſtos Reynos el pan* ::: *ſino à juſtos, y moderados precios* ::: *ſo pena, que el que vendiere el dicho pan* ::: *à mas precio, lo haya perdido, con mas quinientos maravedis de pena por cada hanega, la qual pena ſe aplique, &c.* & infr. col. 1. pag.829. in ead. leg. *Mandamos à los Corregidores* ::: *hagan repartimiento por las perſonas de qualquiera calidad, eſtado, ò condicion, preeminencia, ò dignidan que ſean, anſi Clerigos, y perſonas Eccleſiaſticas, como Comendadores de qualeſquier Ordenes* ::: *y les manden, y apremien à que lo vendan ſegun les fuere por ellos repartido* ::: *ſo pena, que por cada hanega, que dexaren de vender, haviendo quien ſe lo quiera comprar, paguen*

guen treſcientos maravedis, quæ ampliatur per *l.* 4. *ejuſd. t. & lib.* & per *l.* 5. *t.* 25. *lib.* 5. *Recop.* † nàm
31 Clerici compelli poſſunt vendere fructus fame inſtante, Curtell. *lib.*2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 9. *num.* 2. & 14. & pèr totam, ſicut, & cætera ad vitam neceſſaria, & ipſi in conſcientia tenentur, ut defendunt multi relati ab Ayll. in *Addit.* ad Gom. *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 52. verſ. *Ratione publicæ utilitatis*, maximè triticum, Prov. 11. *verſ.* 26. *Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium*, quam taxam ſi non ſervaverit Clericus, peccat mortalitèr, èx Valer. *de Different. utriuſq. For.* in verb. *Clericus, differ.* 1. *num.* 1. cum Navarr. *cap.* 23. *num.* 88. & aliis quos allegat. Ejuſdem ſunt ſententiæ P. Arauj. *ſect.* 3. *differ.* 1. *pag.* 645. *col.* 1. verſ. *Major patet*. Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 77. *num.* 1. ad *med.* & ad reſtitutionem tenetur D. Salg. de *R. P. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 68. ubi multos prætèr productos refert. & pœnam exigere poteſt Judex Laicus ex bonis temporalibus Clerici juxtà Mexiam Pontium *in Pragmat.* Taxæ Panis, *concluſ.* 5.
32 *num.* 23. † ſicut etiam precia ſtatuere, & moderare, ad Laicum poteſtatem ſpectat, Curtell. ubi proximè, & hoc eſt proptèr publicam utilitatem, quæ cunctis rebus debet anteponi, docente Chriſoſt. 1. ad *Corinth. Homil.* 25. *Hæc eſt Chriſtianiſmi regula, hæc illius exacta definitio, hic vertex ſupèr omnia eminens, Reipublicæ utilitati conſulere*, Plin. Nepos *lib.* 7. *Epiſt.* ad Canon. *oportet mortalibus utilitates æternas, & publicas præferre privatis*, leg. *Sunt perſonæ, de Relig. & ſumpt. funer.* Nèc mirum ſit, his Clericos teneri decretis, cùm D. Gregor. Nazian. Petri ſententiam illam 1. *epiſt.* 2. *verſ.* 13. *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ*, ſic interpretetur: *ſimus ſubjecti, & Deo, & invicem alter alteri, & terrenis Principibus: Deo, proptèr omnia: alter alteri, proptèr dilectionem fraternam: Principibus, proptèr ordinis recti conſervationem*; quapropter Clerici debent vendere fructus proprios, ſtatutis preciis, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 1. & *num.* 14. & ſi exceſſerint, puniri poſſunt in bonis temporalibus, ex *eod. lib.* 2. *quæſt.* 71. pèr *tot.*

Eandem poteſtatem habet in 33
Clericos Laicus Judex, ex *l.* 11. *t.* 3. *lib.* 1. *Recop.* quæ providet circà ea omnia in quibus Clerici contribuere debent, præſertim ad opera publica, & defendunt P. Pirhing. in *Jus Canon. lib.* 3. *t.* 49. *num.* 89. P. Pichlèr, *eod. t. & lib. num.* 35. & 36. & conducunt quæ ſcripſit in *num.* 29. & ſignantèr compelli à Laico poſſunt ad reparationem Vicarium, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 76. *num.* 5. & 6. atquè Pontium, & Murorum refectio promiſcuè etiam a Clericis, & Laicis eſt ſubeunda, *dict. lib.* 2. *quæſt.* 39. *num.* 9. & per tot. & itèm Fontium, Aggeris, & itinerum ex *eod. dict. quæſt.* 39. *num.* 21. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 302. *ad* 315. ubi innumeros congeſsit caſus à *numer.* 270. uſquè in *fin.* & faciunt quæ tradit *lib.* 3. *cap.* 5. *à num.* 16. Eandem tenet ſententiam Villad. *cap.* 5. §. 20. *à num.* 139. *ad* 142. & conducunt quæ producit in *dict. cap.* 5. §. 17. *à num.* 161. uſquè ad
fin. † & hoc ideò eſt, quia ut inquit 34
idem Curtell. ubi proximè, *quæſt.* 39. *num.* 25. communis Clericorum, & Laicorum utilitas promiſcuam facit præſtationem. Itèm, quia hanc refectionem prò ſalute humana, naturalis ratio ſuadet, ideoquè pium opus eſt juxtà *eund. num.* 40. in *ead. quæſt.* & prætèr alias rationes, quas omnes proximè allegati, ſuis locis exprimunt, & ſignantèr

Cur-

Curtell. in *prædict.quæſt.36. & 38.* ſequentem magni momenti docuit in *num. 49.* quia, ſcilicèt, leges humanæ, rationi, & honeſtati congruentes, ſervandæ à Clericis ſunt, ut abundè etiam probavimus in *Memb. 1. quæſt. 2. num.5.* & Princeps ſua lege, territorii ſui poſſeſsiones afficit; juxtà *eund.* Curtell. *dict. quæſt. 39. num.* 50. & leges, ſi Canones non contradicant, vim Canonum habent, ex *eod. Doct. in ead. quæſt. num.* 23. immò Eccleſia Romana, leges Religioni non repugnantes probavit, *num. 52. dict. q. 39.* de quo latè *ſup. in Memb. 1. quæſt. 2. num.* 168. Proptèr has, & alias rationes, Cleri, communes omnes populi neceſsitates, prò modulo ſublevare tenentur, *eod.* defendente Authore, *lib.2. q. 41. n. 17.*

35 Poteſtatem quoquè habet Laicus Judex capiendi pignora Clericis prò noxa in arboribus, fructibus vè data ab illorum animalibus, aut prò opere publico, & communi, ex *l. 12. t. 3. lib. 1. Recop.* & latiùs diximus in *Memb. 1. quæſt. 2. numer.* 175. Curam etiàm exigit noſtrum jus Regium in Laico Judice, nè anexiones fiant Præbendarum Eccleſiaſticarum, & præcipitur eidem, quòd ſi tale quid evenerit, notum faciat Supremo Conſilio, ſi alitèr Clerici facere præſumpſerint, ut cavetur in *l. 28. dict. t. 3. lib. 1. Recop.* & diximus *infr. in Bull. 1. not. ad* §. 3. *& Bull. 2.* §. 24. *& not.* & itèm nè contravenire permittat Sancto Concilio, ut proviſſum fuit in quadam Schedula Regia expedita Matriti anno 1664. ut videre eſt in *lib.* Concilii edito eo anno Salmanticæ, D. Salced. *de Leg. Polit. lib. 2. cap. 9.* §. *unic. num.* 18. Bobad. *lib. 2. cap. 18. num. 194. & 196.* Paz, *tom. 2. prælud. ult. num.* 10.

36 Etiam poteſtatem habet Laicus Judex ad capiendos Clericos nocte deprehenſos ſinè lucerna, & habitu decenti, & quidquam amplius, ex *l.9. t.3. dict.lib.1. Recop. ſeqq.* verbis: *E ſi en adelante no lo guardaren, ſe paſſe contra ellos por nueſtras Juſticias, como hallaren por derecho,* cum qua concordat *l. 5. t.3. lib. 1. Ordinam. & C. Conſuluit, de Offic. delegat.* Sylveſt. *in Summ.* verb. *Excommunicatio 6. num. 5.* quia ex *dict. cap. & Doct.* contrà eum eſt præſumptio, nè velit facere aliquod malùm, & etiam quia omnes præſumuntur Laici, quandiu de contrario non conſtat, D. Ramos *ad LL. Jul. & Pap. lib. 3. cap.53.* ſub *n.* 8. D. Salg. *de R. P. p. 4. cap. 14. num.* 82. Curtell. *lib. 2. de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt. 28. n. 9.* Cortiad. *deciſ.13. num. 4.* omnes enim Laici naſcuntur, nèc Clerici niſi poſteà fiunt, idem D. Ramos, ubi proximè, & itèm quia Clericatus ſubſtantia quoàd hoc, in habitus delatione conſiſtit, ex *Bonifacio VIII.* in *cap. Si Judex Laicus, de Sent. excomm.* in *6.* ex *Concil. Trid.* & Curtello ubi proximè, & dicemus *infr. in Bull. 1. not.* ad §. 2. & deniquè, quia Eccleſiaſticus quis non præſumitur, Barboſ. *de Reſcript. cap. 16. num. 5.* Menoch.
lib. 6. præſumpt. 76. † & quanquàm 37
òb publicationem edicti ſupèr prædictæ legis Regiæ obſervatione ſindicationem paſsi fuimus; vicimus tamèn, quia pœnam non meretur qui lege permittente quidquam operatur, Brun. in *tract. de Indic. & torm. tom. 11.* in Tractatibus DD. *p. 1. quæſt. 5. num. 29. pag. 255.* junctis iis quæ dicta reliquimus in *Præfat. num.61. poſt med.* quoniam indubitata legi, debent eſſe indubitata Judici, Franc. Caſon in *tract. de Malefic.* in Tract.DD. *dict. tom.11. num. 36. pag. 290.* ubi allegat *l. Si Tutor, cap. de Pr. Tutor.* aliàs leges ipſæ, quæ ligant homines ad ſui obſervantiam, & ligant in concordia,

dia, & pace, *Sap.* 18. *verſ.* 9. Can. *Erit autem lex*, *diſt.* 4. eſſent plurimarum litium productivæ, quod nefas eſt, nàm, quod adhùc magis eſt, non modò ex legis præcepto, sèd ex vehementi præſumptione judicari poteſt, ſivè liberando, ſivè condemnando, & pronunciando, Maſcard. *de Probat. quæſt.* 10. *numer.* 44. & exemplum habemus in 3. *Reg.* 3. *verſ.* 27. & D. Hieron. in *cap.* 19. D. Matthæi ad *verſ.* 9. ſic loquutus eſt: *Ubicumquè eſt igitur fornicatio, vèl fornicationis ſuſpicio liberè uxor dimittitur.* Quantò ergo potiùs cùm legem ha-
38 bemus? † Nèc dicas argumentum iſtud non tenere, ſiquidem modus arguendi à ſimilibus laudantur à Card. de Luc. *de Fæud. diſc.* 8. *numer.* 17. Deindè, quia permiſſum cenſetur, & utiquè licere, quod non reperitur à lege prohibitum, *l. Nèc non* 28. & in §. *Quod eis*, cum *Gloſ.* verb. *Prohibeant*, *ff. Ex quib. cauſ. major. l.* 1. §. *Ab ea parte*, *ff. de Probat. l. Statuas*, *cap. de Relig. & ſumpt. funer.* ergò potiori jure licebit quod ipſa lege permittente fit, immò præcipiente, nèc in quæſtionem ob id vocari Judex valet, quia quæſtioni, aut controverſiæ locus non datur, ubi lex expreſsè loquitur, *l. Non dubium*, *cap. de Legg. l. Ancillæ*, *cap. de Turt. l. Quod labeo*, *de Carbon. edict.* Fontan. *deciſ.* 411. *num.* 17. quippè lex omnis penſiculatè ſtatuenda eſt; àt poſt illius promulgationem, cùm jam legem habemus, cæca mente eidem adhærere, atquè obedire debemus, Can. *In iſtis*, *diſt.* 4. undè Brocardicum illud: ſtante caſu legis, non eſt hæſitandum, Mendoza *lib.* 1. *de Pact. cap.* 5. *n.* 30. quia mandatum lucerna eſt, & lex lux. Verba ſunt *Prover.* 6. *verſ.* 23.
39 Præ oculis quoquè habere debent Laicus Judicès ſtrictiſsimam juris Regii prohibitionem nè indebitè eleëmoſynæ cum indulgentiarum publicatione petantur à Monaſteriis, Hoſpitiis, Piis operibus, aut ab aliis quibuſcumque, nè què Correctores permittant, ut proviſum fuit in *l.* 6. & *fin. t.* 9. *lib.* 1. *Recop.* cum qua concordant *l.* 12. *t.* 10. *lib.* 1. & *l.* 37. *t.* 6. *lib.* 3. & in *remiſ. ad fin. t.* 12. *lib.* 1. *Recop. num.* 1. quæquidem leges ſignantèr 12. habent formam prohibitivam, pœna adjecta, ideoquè mixtæ ſunt, atquè in eiſdem præcipitur Laicis Judicibus nè conſentiant indulgentias publicari, niſi ſervata forma in eiſdem præſcripta, juxtà Bullam, & Apoſtolicum indultum Alexandri Papæ, ut in eademmet *l.* 12. refertur. Conducunt *l.* 1. *dict. t.* 10. *lib.* 1. & *Aut.* 1. *t.* 5. *lib.* 1. àc *Aut.* 37. *t.* 6. *lib.* 3. *Recop.* ubi exprimitur forma ſervanda in indulgentiarum publicatione, nullatenùs à Judicibus alitèr permittenda; & ſatis notorium eſſe, hoc in uſu, & praxi ſervari teſtatur D. Creſp. *p.* 2. *obſerv.* 105. *quæſt.* 1. *num.* 8.
† Utrumque in terminis terminantibus nobis contigit, nimirùm eleë- 40
moſynam fuiſſe petitam à Canonicorum Capitulo cum indulgentiarum publicatione, & hanc verbo tenùs à quodam ejuſdem individuo in Spiritus ſancti Cathedra factam fuiſſe, penitùs omiſſa legali, atquè Apoſtolica forma; & etiam virilitèr obſiſtere non renuimus ex debito Officii, quod præpoſuimus, ducti fundamentis proximè relatis, & itèm, quia nos non latet, quòd quoties Rex, vèl alius ex privilegio Apoſtolico procedit, libertatem Eccleſiaſticam non lædit, Fraſ. *de Reg. Patron. tom.* 1. *cap.* 48. *num.* 72. ubi prò hac ſententia allegat Bañez 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 1. *dub.* 3. *concl.* 2. Suar. adversùs Regem Angliæ, *l.* 4. *cap.* 34. *à num.* 27. Menoch. *de Retin. Poſſeſ. remed.* 3. *num.* 353. Baldell. *Theolog. Mor. lib.* 5. *diſp.* 40.

num. 11. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *reſol. 6.* pèr *tot.* Joann. à Cruz in *Director. p.* 1. *præcept.* 8. *quæſt. 3. art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 3. D. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.*12. *num.* 19.

41 Ità paritèr præcipitur Laicis Judicibus ut curam adhibeant nè à Pauperibus prætermittatur ordo tenendus in eleëmoſynarum petitionibus,ex *l.*8.*9.* 10. 11. 17.*&* *duab. ſeqq.* 24. 26. *& ſeq. t.* 10. *lib.* 1. *Recop.* quibus correſpondent *Aut.* 27. *t.* 4. *lib.* 2. ità ut pèr inquiſitionem procedi poſsit adversùs fraudulentèr petentes eleëmoſynam, juxtà D. Creſp. *p.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 32. ad quam faciendam Clerici tenentut ex *eod. p.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 237. & Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 9. *numer.* 4. Concil. *Turon.* 2. *cap.* 5. Concil. *Aquiſgran* ſub Ludovico Pio, *cap.* 181. àc facit Concil. *Roman.* ſub Sylveſtro,*cap.*4. & Canon. *Quatuor* 27. Can. *De Reditibus* 28. Can. *Mos eſt* 30. 12. *quæſt.* 2. nam Reipublicæ membra Clerici ſunt, & communes illius neceſsitates levare tenentur, Can. *Duo ſunt genera*, 12. *quæſt.* 1. & colligitur ex Can. *Non inferanda*, 23. *quæſt.* 3. & magnanimitèr omnes eleëmoſynas recto ſpiritu elargiri non refugeremus, ſi animadverteremus, quòd Dominus habet undè poſsit nobis dare multò his plura, ut fidem facit 2. *Paralip.* 25. *v.9.* in *fin.* vide *Tob.*4. *à v.* 7. *ad* 12.† 12. *v.* 8. *& ſeq.* † 14. *verſ.* 11. *Prov.* 19. *verſ.* 17. *Eccli.* 3. *verſ.* 33. † 12. *verſ.* 3.† 17. *verſ.* 18. † *&* 29. *verſ.* 15.

42 Facultatem quoquè Laicis Judicibus Regium jus præbet non admittendi Clericos ad Advocationis Officium, in *l.* 15. *t.* 16. *lib.*2. *l.*19. 20. *&* 21. *t.* 25. *lib.* 4. *& l.* 10. *t.* 3. *lib.* 1. *Recop.* & obviam facit idem Jus Eccleſiaſticis Judicibus in *l.* 17. *t.* 5. *lib.* 3. *Recop.* nè indebitas expenſas, & jura à partibus coràm eis litigantibus exigant ultrà permiſſas in Commentarii taxa, vulgò *en el Arancèl*, quam prædicti Judices ſervare tenentur,*l.*27.*&* 33. *t.* 25. *lib.* 4. *Recop. Aut.* 4. *cap.* 7. 14. *&* 15. *t.* 1. *lib.* 4. & dicemus *infr.* in *Bull.*2. §. 27. *& not.* & illorum exceſſus referre tenentur Supremo Conſilio Laici Judices ex *ll.* proximè productis, & ex *dict. Aut.* 4. *cap.* 7. *&* 16. † ſicut etiam quod 43 animadverterint emendatione dignum in diſtributione obventionum Fabricæ Eccleſiaſticæ, *l.* 11. *t.* 10. *part.* 1. *l.* 28. *t.* 3. *lib.* 1. *Recop. Aut.* 4. *cap.* 8. *&* 16. *t.* 1. *lib.* 4. *Aut.* 1. *cap.* 10. *t.* 6. *lib.* 3. quia Judices Eccleſiaſtici abuti ſolent, teſtante *dict. Aut.* 4. *cap.* 3. Regiæque juriſdictioni præjudicare, quod minimè à Laicis eſt diſsimulandum, *l.* 1. 2. *&* 3. *t.* 8. *lib.* 1. *Recop.* nàm gladii Spiritualis abuſus, pèr temporalem eſt moderandus, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 88.

Proptèr eandem rationem mul- 44
tæ ſtabilitæ ſunt pœnæ adversùs Laicum, qui ſubmiſsionem fecerit Eccleſiaſtico Judici, alium vè Laicum antè ipſum citari fecerit *l.* 10. *t.* 1. *lib.* 4. *Recop.* aut Judicis Sæcularis juriſdictionem declinaverit, & ab Eccleſiaſticum fieri remiſsionem petierit, *l.* 13. *t.* 1. *lib.* 4. *& l.* 3. *t.* 8. *lib.* 1. *Recop.* quæ leges, fori renuntiationem, & ſubmiſsionem prohibentes, juſtæ ſunt, & libertati Eccleſiaſticæ non contrariæ, Navarr. in *Conſil. lib.* 5. *de Sent. excomm. conſ.* 1. *num.*5. ſicut leges prohibentes juramentum apponi in contractibus, juſtæ quoquè ſunt, juxtà relatos ab Ayll. in *Addit.*ad Gom.*tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 23. verſ. *Quod ſtante*, ubi videre eſt quandò liceat apponi. Repete quæ diximus *ſup. Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 180. † 45
Nunc interrogare vellem ſi excuſabitur Judex in foro Fori, aut in foro Poli, qui harum legum præcepta, aut

aut ordinationes neglexerit : quidquid dicas, nos non latet, quòd leges obligant ſubditos in conſcientia, ut diximus *dict. Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 214. *quæſt.* 5. *num.* 8. & *quæſt.* 6. *à num.* 2. *ad* 7. & leges Recopilationis, etiamſi publicatæ non ſint, *eod. Memb. dict. quæſt.* 2. ſub *num.* 214.

46 Procedere deindè Judex Laicus poteſt contra Clericum Regiam juriſdictionem reſiſtentem, Mart. de *Juriſd. part.* 4. *caſ.* 101. *num.* 2. Bellug. in *Spec. Princ. Rubr.* 28. §. *De novo*, *num.* 6. Suar. in *Spec. Rom. Pontif. cap.* 36. Ant. Sabel. in *Summ. diverſor. tract.* ubi ſuam prodit affirmativam ſententiam in §. *Judex* 41. *num.* 28. in *fin.* poſt alias ad eo relatas. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 77. cum *duob. ſeqq.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *num.* 90. & *cap.* 19. *num.* 31. Avil. in *c. Prætor.* 3. *Gloſ.* verb. *Juriſdiccion, num.* 3. *ſeqq.* verbis : *Quinimò Judex Sæcularis, quando aliquid attentant in præjudicium temporalis juriſdictionis, poteſt coercere Clericos reſiſtentes; & meritò : quia quilibet poteſt tueri ſuam juriſdictionem etiam pœnali judicio; multa què jura allegat;* & *num.* 9. ad *med.* in hæc verba: *Vèl quando Clerici aliquid attentant in præjudicium temporalis juriſdictionis, profectò Judices temporales poſſunt coercere Clericos reſiſtentes; & meritò : quia quilibet poteſt tueri ſuam juriſdictionem, & pœnali judicio : : : & òb id Judices temporales in dictis caſibus Clericos mulctant; nèc proptèr hoc putat eos incidere in excommunicationis ſententiam, nèc contrà Eccleſiaſticam facere libertatem, quæ licèt ſit foveanda, & amplianda; non tamèn quòd illis jus ſuum auferatur, argumento C. Ex tenore, de For. comp. non enim debet laqueus apponi favore Eccleſiarum, ut in C. Mulieri,* de *Jur. jur.* & in *Gloſ.* verb. *Uſurpan, dict. cap.* 20. *num.* 9. *Quinimo ſi Clericus impedit juriſdictionem Sæcularem poteſt ipſemet Clericus puniri à Judice Sæculari.* Ejuſdem fuit ſententiæ Joann. Garc. de *Nobilit. gloſ.* 9. *num.* 32. qui aſſerit hoc non fieri ſuadente Diabolo, sèd ſuadente Deo, & probat à ratione. Itèm Tiber. Decian. *lib.* 4. *Tract. Crim. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 141. Pereir. de *Man. Reg. part.* 1. *cap.* 7. *à num.* 41. D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 53. *num.* 29. Bajus in *Prax. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. Villarroel *Goviern. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 3. *num.* 34. Felician. à Vega in *cap. Quanto, de Judic. num.* 100. Fermoſin. in *C. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de Conſtit. quæſt.* 23. *num.* 25. Balb. in *Can. Filiis* 16. *quæſt.* 7. Arauj. in *Diſp. deciſ. ad Stat. Civ. pertinent. diſp.* 4. *difficult.* 3. *num.* 23. Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 36. *à num.* 23. D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 35. *num.* 3. Carlev. *lib.* 1. *de Judic. diſp.* 2. *ſect.* 1. *num.* 404. cum multis. Seſſe *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 9. §. 1. *num.* 14. & 19. Sabel. in *Summ. diverſor. tract. tom.* 1. §. *Delinquens* 14. *num.* 3. & §. *Clericus* 18. *num.* 66. Bernard. Laurent. *tom.* 11. in *Tractatib. DD. numer.* 13. & 14. *pag.* 329. conſonat *leg.* 6. *t.* 4. *lib.* 1. *Recop.* & innuimus *ſup. Memb.* 1. *quæſt.* 3. ſub *num. ult.* † quibus omnibus in 47
caſibus, & in aliis contentis in legum ordinationibus, & in DD. ſententiis hucuſquè relatis, & referendis, poteſt Magiſtratus Sæcularis exercere poteſtatem directivam in Clericos, ſicut, & in multis à *Doc.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. pèr *tot.* recopilatis, ſignantèr à *num.* 41. uſquè ad 251. & aliis inferiùs diſperſis, maximè in *num.* 183. & *ſeq.* quos omnes tàm celeberrimi *Doc.* caſus, & ſententias, expreſsè approbavit D. Salg. *de R. P. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 106. & in *num. ſeq.*

Doc.

Doc. Martam refutavit. Aliquos itèm congeſsimus in *Manifeſt. Leg. part.* 2. §. 2. *num.* 6. & prætereà dicemus *inf.* in *Bull.* 1. *not.* 2. ad §. 1. & *not.* ad §. 3. nàm Principibus, & etiam Magiſtratibus tanquàm Dei Miniſtris obedientia debetur ab univerſo Eccleſiaſtico ſuæ ditionis ſtatu, nèc reſiſtendi, ſunt Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 11. *num.* 9. àc 10. & docuit Apoſtolus ad Tit. 3. *v.* 1. *Admone illos Principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire.*

48 Inſupèr, poteſt Judex Laicus punire Clericos divinatoriam, aut incantatoriam artem exercentes, *l.* 7. cum concordantibus, *tit.* 3. *lib.* 8. *Recop.* Punire quoquè poteſt Clericum aſſaſinum, Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 36. verſ. *Itèm quæro,* & verſ. *Scias autem.* Ayll. cum multis, in *Addit.* ad Gom. *tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. Cortiad. *deciſ.* 95. *numer.* 10. & *deciſſ.* 101. *num.* 13. Sabel. *Diverſor. tract. tom.* 1. §. 42. *num.* 2. & §. *Clericus* 18. *num.* 80. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 63. & labius dicemus *infr.* in Bull.
49 2. *not.* 1. ad §. 7. † & hoc ideò eſt, quia Clericus, etiàm Sacerdos enormibus ſe immiſcens, ſæva què exercens, abſquè monitione, fori privilegio deſtituitur, Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 24. *à num.* 4. cum innumeris DD. quos allegat in plena columna, & media alterius, ex quibus ſunt Clar. *dict. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 36. verſ. *Quæ modo*, dicens hanc eſſe communem, & conſuetudine probatam, Decian. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 90. cum *ſeq.* in *tract. Crim.* Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 154. verſ. *Contrarium*, Scacc. *lib.* 1. *de Judic. cap.* 11. *num.* 79. Bobad. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 46. & 95. Auguſtin. Barboſ. in *C. Ex parte* 27. *num.* 6. *de Privileg.* 50. & ex Theologis producit Navarr. Sylveſtr. Cayetan. Molin. Reginald. & Coriolan. & itèm, àc primùm allegat *Gloſ.* in C. *Ex parte, de Privileg.* & in C. *Ut fame* 39. *de Sentent. Excomm.* 2. & ubi Clerici foro non juvantur, poſſunt à Sæculari Judice puniri, ex *eod.* Curtelli, ubi proximè, *num.* 7. & etiam capitali pœna plecti abſquè degradatione, juxtà Bobad. cum multis quos cummulat, *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 95. in quo dubium eſſe nequit ſi verum eſt, quòd Clericus dimiſſo habitu ſævis ſe immiſcens omne privilegium amittit, etiàm quoàd forum tamètſi non ſit tèr monitus, ut defendit idem Clar. *dict. quæſt.* 36. *num.* 23. poſt *med.* & ità deciſſum fuiſſe à Rota Romana refert D. Barboſ. in *tract. de Univerſ. Jur. Eccleſiaſt. tom.* 2. & apertius in *Collect.* ad *Trid. Concil.* ad *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *num.* 25. poſt Sel. in *Select. Canon. cap.* 18. *num.* 15. teſtante *eod.* Curtell. *dict. quæſt.* 24. *num.* 32. in *fin.* & *ſeq.* & ex ejuſdem ſententia in *dict. num.* 32. verſ. *Nos ergo*, Clericus in hujuſmodi caſu, Laico Judici ſubjicitur, non uti Clericus, sèd uti à jure exutus foro Clericali, àc effectus Laicus; † idemquè jus obtinet òb tur- 50
piſsimum ſodomiæ delictum, quòd citrà depoſitionem, ipſo jure privilegio Clericali quis exuitur ex jure novo Conſtitutionis *Pii V.* anno 1566. expeditæ, relatæ apùd Quarant. *in* verb. *Sodomia*, referente Curtell. in *prædict. quæſt.* 24. *num.* 26. ubi allegat Cevall. *Comm. contr. Comm. quæſt.* 248. *num.* 4. Squillant *de Privileg. Cleric. cap.* 4. *numer.* 215. Caſtill. *deciſ.* 181. *numer.* 6. & etiam ſinè ulla admonitione puniri à Laico poſſe Clericum ſævis ſe immiſcentem habitu dimiſſo arbitratus fuit, P. Pirhing. in *Jus Canon. lib.* 5. *t.* 39. *num.* 91. *not.* 2. & dicimus *infr. Bull.* 2. *not.* 1. ad §. 7. circ. *fin.* & ideò percutiens illum non eſt excommunicatus,

tus, etiamſi ſciat eſſe Clericum,
51 juxtà *eund.* ex Abb. *num.* 9. † & ex *eod. ibid.* dicitur ſe immiſcere enormibus, cùm prælia init, ſeditionem facit, & aggreſsiones in populo, (& generalitèr loquendo, crimen grave, & enorme eſt ſeditio, Conrrad. Brun. in *tract. de Sedit. tom.* 11. *tract.* DD. *præſup.* 7. *n.* 1. *pag.* 95. & poteſtas Laica remedia habet æconomica ad ſeditioſos etiam Clericos reprimendos, D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 35. *num.* 3. Arauj. in *Diſp. deciſ. diſp.* 4. *difficult.* 3. *n.* 23. Fermoſin. in *cap. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtit. quæſt.* 23. *num.* 25. Urrutigoit. *de Compet. quæſt.* 40. *numer.* 39. Villar. *Goviern. Eccleſ. p.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 3. *num.* 34. Felician. à Veg. in *cap. Quanto, de Judic. num.* 100. Caram. *Theol. Mor. lib.* 2. *diſp.* 2. *num.* 340. Marc. *de Concord. Sacerdot. & Imperat. lib.* 4. *cap.* 19. §. 1. Sperel. *Deciſ. Forenſ. deciſ.* 13. *num.* 9.) sèd loquitur Pirhing. de Clerico tonſurato. Contrariam tenet Miñan. *in Baſi Pontif. juriſd. pagin.* 792. *num.* 145. aſſerens ad Judicem Eccleſiaſticum remittendum fore, ſi monitio non præceſſerit; & verò Ludov. Carrer. *Prax. Crimin. in tract. de Homicidio, pag.* 496. *numer.* 25. ſequetia ſcripſit: *Itèm proptèr enormitatem delicti, Clericus abſquè degradatione punitur pèr Judicem Sæcularem, ut dixit Joan. Andr. in cap. Cum non ab homine, de Judic. in Dec. Sacr. Conſ.* 145. *ubi*
52 *de Clerico aſſaſino.* † Itèm Bernard. Laurent. *in tract. In quib. caſib. Jud. Sæc. pot. man. in perſon. Clericor. ſinè met. excomm. imponere tom.* 11. *in tract.* DD. *p.* 1. *n.* 7. *pag.* 328.* in dorſo, ſeptem refert caſus in quibus percutiens Clericum, excommunicationem non incurrit, & ſextum ponit ſi ſævis, & enormibus ſe immiſceat ſinè habitu, & tonſura Clericalibus, ſinè monitione, ex *cap. Non dubium de Sent. excomm.* & ad illud Innocent. idemquè defendit in *pag.* 329. *num.* 8. & 9. juxtà *cap. Ex part.* 3. *de Privileg.* juncto *cap. Perpendimus*, & *cap. Cum non ab homine, de Sent. excom.* † & ſæpiùs ſoliti ſunt Ponti- 53
fices monere Principes, ut in Clericos animadvertant, probante Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 82. & tribus *ſeqq.* àc *quæſt.* 11. *num.* 14. quia Eccleſia non ferro, sèd verbo ſcorpionis occidit, juxtà *eund. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 42. & tenet Bobad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. verſ. *Tambien hace, col.* 1. *pag.* 891. & vide ſententiam notabilem valdè D. Bernardi ab *eod.* productam *ibid. in lit.* b. *col.* 2. *in dict. pag.* & oportet ut Princeps medeatur publicæ ſaluti: ideò Princeps quibuſdam caſibus, bono exigente publico in Clericos animadvertere poſſunt, ex *eod.* Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 7. *n.* 18. 23. 26. & 28.

Scire autèm oportet, quæ enor- 54
mia delicta ſint; & hæc in Clericis dicuntur ea omnia, quæ infamiam facti inducunt, ut ſunt homicidium, perjurium cum falſo teſtimonio in judicio, hæreſis, ſimonia, ſodomia, & alia quæ infamiam ex jure inducunt, *C. Ex tenor de Temp. Ordinat. cap. fin. eod. t.* Salmant. *Theol. Mor. tract.* 10. *de Cenſur. cap.* 8. *p.* 8. *num.* 78. sèd hæc omnia, notoria debent eſſe, ut irregularitatem ipſo facto inducant, ut ex *duob. capitib.* proximè allegatis conſtat, docente Suar. *diſp.* 45. *ſect.* 5. *num.* 17. & *diſp.* 43. *ſect.* 4. *n.* 5. Cornej. *diſp.* 18. *dub. unic. circ. fin.* & Salmant. ubi proximè, quia ceſſante notorietate, ceſſat infamia, & pèr hanc ſivè facti, ſivè juris, irregularitas incurritur, juxtà Sylveſt. *in Summ.* verb. *Irregularitas, num.* 8. & tollit executionem ordinum, ex *eod.* in verb. *Infamia, num.* 15. Conducunt quæ dicemus *infr. in Bull.* 1. *not.* 1. ad §. 6. & *in*

Bull. 2. *not.* 1. ad §. 7. Quid irregulatitas, & quid infamia ſint, vide in Caniſ. ad *Reg. Jur. lib. 6. Decretal. reg.* 87. *pag.*629. & de irregularitate ſolummodò, quid hæc ſit, vide in D. Covarr. in *Clem. Si furioſus, p.* 1. Rubr. de *Homicid. in Init. num.* 1. Sin verò correctione dignum quodcumque ex dictis, aut dicendis fuerit, libentiſsimè S. R. E. judicio noſtram ſubmittimus tenuitatem, ut in hoc puncto fecit, Curtell. in *dict. lib.* 2. *quæſt.* 24. *numer.* 32. circ. *fin.* verſ. *Pèr quæ mihi*, & paulò antè *num.* 3. Divini Numinis invocavit auxilium, cum *ſeqq.* verbis: *Adiit Deus*, & multi ex DD. ab eo allegatis in *num.* 4. *ibid.* proteſtati ſunt ità ſentire, ſalva cenſura S. Matris Eccleſiæ.

55 Poteſt prætereà Judex Laicus perquirere domus Clericorum, & extrahere malefactores, àc quaſcumque res prohibitas, atquè executionem facere in bonis Laicorum, juxtà Cortiad.cum multis,*deciſ.*237. pèr *tot.* ubi videre poteris DD. quos allegat, ad quos te remittimus; & ab argumento eorum quæ inferius dicemus *quæſt.* 4. *num.* 7. & ſi cauſam criminalem inſtituerit adversùs Clericum, & Judex Eccleſiaſticus illum non detinuerit in tutiſsimis carceribus, quin dimmittat ſub fidejuſoribus, de quo eſt *l.* 7. *t.* 4. *lib.* 1. *Recop.* ipſum capere poterit, & in carcerem mittere, non tantùm pendente lite ſupèr Clericatu, sèd etiàm pendente ſupèr punitione, D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 33. *num.* 4.

56 Nèc contrà primum aſſertum perquiſitionis domus Clericorum eſt, *Aut.* 9. *cap.* 13. *t.* 8. *lib.* 9. *Recop.* in verbis illis: *Impartiendo primero el auxilio Ecleſiaſtico*, nàm facilis eſt ſolutio, quoniam Regia reſolutio in prædicto *Aut.* contenta, reſtricta eſt ad fraudem ſalis, de quo loquitur, eò quòd ad victum neceſſarium ſit, quæ circunſtantia fortè movere potuit animum D. Regis ad talem diſpoſitionem, ut indigere Laicum voluerit Eccleſiaſtici brachii auxilio in prædicto particulari caſu, minimè propterea extenſivam ad omnes in univerſim, cùm generalis, & abſoluta non ſit, immò illis caſibus contrarium ſit expreſsè deciſſum, ut videre eſt *à num.* 16. *h. q.* quoniam correctio, tantùm in expreſsis inducitur Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 1. *num.* 35. adeoquè lex correctoria non debet extendi etiam ex paritate, vèl majoritate rationis, Ant. Gom. *in l.* 3. *Taur. num.* 60. prætèrquàm quòd ilicitum in uno capite non vitiat licitum in alio, *cap. Dilectus* 19. *de Præbend. & Dignit.*nàm circunſtantiæ unius cauſæ ſi in alia deficiant, determinatio deficit, ex *eod.* Doct. *lib.* 2. *q.*118. *num.* 6. ubi conſimile exemplum affertur cujuſdam Decretalis generalitèr non applicandæ ad omnes caſus exquò lata ſit in caſu ſpeciali ex certis rationibus; quia diverſitas rationis, jus quoquè diverſificàt, *l. Intèr ſtipulantem* 83. §. *Sacram*, *ff. de Verb. oblig. l. fin. ff. de Rit. nupt.* & ſeparatorum, ratio ſeparata, *cap. Edoceri, de his, quæ fiunt à Prælat. cap. Cum Apoſtolica, de Adult. l. Si miles*, §. *Defuncto*, *cap. de Procurat. l. Maritus, de Inhibit.* Coratius *de Clauſul. tom.* 18. *in Tractat.* DD. *pag.* 428. *num.* 20. † & ſi 57
aliàs D. Rex voluiſſet expreſsiſſet, ut in ſimili dicitur de Imperatore *in l. unic.* §. *Sin autem*, *cap. de Caduc. toll.* ſic arguente Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.* 138. *num.* 2. & etiam in ſimili dicitur de Pontifice in *cap. Ad Audientiam, de Decim.* & videre eſt *infr. in Bull.* 1. *ſub not. ad* §.10. Deindè, quia proviſio reſpectu caſus expreſsi facta, non extenditur ad omiſſum, ex *eod.* Guid. *q.* 531. *num.* 2. juxtà *Gloſ. in l. fin. cap. de Poſth. hæred. inſtit.* & ibi Bart. &

communitèr DD. ſic ergo, ad diſpoſitionem unius, ſequitur remotio alterius, *leg. Hæc verba*, *ff. de V. S.* & unius incluſio, eſt alterius excluſio, *leg. Cum Prætor*, *ff. de Judic.* ut ſentit idem Guid. *dict. quæſt.* 138. *num.* 3. circ. *fin.* & deciſſum invenitur in *C. Nonn*, *de Præſumpt.* Gloſ. in *cap.* 1. *de Offic. Legat. lit. D.* ergo ex quò expreſſum fuerit in *dict. Aut.* 9. Eccleſiaſtici auxilium implorandum fore à Laico ad perquirendam Clerici domum in ſalis fraude, non benè arguitur, idemmet jus in cæteris aliis quibuſcumque caſibus procedere, immò contra.

58 Poteſt ulteriùs perquirere Judex Laicus domus Clericorum ad extrahendas publicas eorum concubinas, *l.* 2. *t.* 19. *lib.* 8. *Recop. ſeqq.* verbis: *Las dichas nueſtras Juſticias puedan entrar à la buſcar, y prender en caſa del tal Clerigo*; & etiam Clericum ipſum cum concubina in fragranti repertum capere poteſt, & ducere ad Epiſcopum abſquè metu excommunicationis, quia ſi hoc permittitur cuicumque privato, multò magis Reipublicæ Miniſtro, Avil. in *cap. Prat.* 47. in *Gloſ.* verb. *O Clerigo*, *num.* 4. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 47. *num.* 40. Ant. Gom. *tom.* 3. *cap.* 9. *num.* 3. Vide quæ diximus *ſup.* in *Membr.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 210. *& ſeq.* àc in Bull. *Apoſtolici Miniſterii*, *cap.* 6. verſ. *Ubi verò*, verb. *vèl concubinarii.*

59 Poteſt etiam revocare Confraternitates ſtabilitas, & creatas abſquè licentia Regia, etiamſi piæ ſint, & ſupèr hoc inquiſitionem facere, *l.* 3. *t.* 14. *lib.* 8. *Recop.* cum concordantibus *gloſ. e.* nam congregatio quælibet illicita eſt ſinè licentia, aut interventu Officialis Regii, D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 112. *num.* 9. cum multis quos junxit, & prætereà ſuadetur ex eo quòd aſſenſus Regius requiritur in Conſtitutionibus Synodalibus ad hoc, ut obſervantia permittatur, examine in Supremo Senatu facto, teſtante *Ill.* D. Don *Joſeph à Caſtro*, Regio Caſtellæ, & Cameræ Conſiliario, in ſuis *Miſcellan. diſcept.* 3. *num.* 85. facit etiam doctrina D. Eſcob. *cap.* 23. *num.* 57. *& ſeq.* tamètſi certum eſt Regiam confirmationem non requiri in ſtatutis materiam Spiritualem, aut Eccleſiaſticam concernentibus; præſentari tamèn debent in Supremo Conſilio, ut examinentur, nè fortè præjudicent, D. Solorz. *tom.* 2. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 3. *num. ult.* & ſignantèr *cap.* 7. *num.* 41. àc in *Polit. lib.* 4. *cap.* 7. D. Salg. de *R. P. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 2. *num.* 72. Parej. de *Inſtrum. edit. t.* 4. *reſol. unic. num.* 4. D. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 44. ſignantèr *num.* 114. *& ſeqq.* cum *num.* 254. ubi allegat *text.* in *C. Ad Sedem Apoſtolicam*, 35. *q.* Gloſ. in *cap. fin. de His quæ fiunt à Prælat.* & melius *l.* 22. cum *ſeq. t.* 3. *lib.* 1. *Recop.* & quod magis adhùc eſt, convocari debent Laici in Synodis ſtatuendis cùm agitur de novitate introducenda in eorundem patrimoniorum præjudicium, ex *eod.* D. Caſtro ubi proximè *dict. num.* 85. in *fin.* † quæ omnia conformia 60
ſunt Protectionis muneri, quod inhæret Catholicæ Majeſtati noſtri D. Hiſpaniarum Regis verſùs Eccleſias, Concilia, & Sacros Canones, juxtà D. Abreu, ut dicemus *infr. num.* 68. & faciunt dicta *ſup. num.* 35. in *fin.* cui addimus Barboſ. in *Collectan.* in *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 20. *num.* 15. ubi alios allegat, & probavimus in *Manifeſt. Leg. p.* 2. §. 2. *num.* 6. *pag.* 31. in *fin.* atquè conſtat ex S. Concil. Trid. *dict. ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *pag.* 349. Eadem de cauſa ægregia Academia Salmantina (cujus Alumnus fuit Pater meus juris utriuſque operam navans) in Supremo Conſilio præſentavit confraternitatem quandam ab eadem ſtatu-

ſtatutam in ſubſidium Scholaſticorum pauperum incarceratorum, terdecim ſtatuta continentem, quæ decrevit anno 1578. illis què uti auſa non fuit uſquequò Regia authoritas confirmationem impertivit die 19. *Maii*, anni prædicti, ut conſtat ex Libro *Conſtit. Univerſit. Salmant. pag.* 373. 377. in *princ.* 380. *&* 384. eò non obſtanti, quòd prædicta Univerſitas poteſtatem à SS. *Paulo III.* habet ad ſtatuta condenda in ipſius regimen, & utilitatem, Romæ datam anno 1543. ut videre eſt in *dict. lib. Conſtit. pag.* 124. nàm aliàs ſtatuta quæcumque tamètſi pia, nulla ſunt, D. Eſcob. de *Pontif. & Reg. Juriſdict. cap.* 23. *num.* 37. in *fin.* Joann. Gutierr. *lib.* 3. *Pract. QQ. quæſt.* 23. pèr *tot.* ubi multos producit. Avil in *cap. Prætor.* 17. Gloſ. verb. *Proveer ſobre ello*, *num.* 18. circ. *fin.* Eximius *Doc. de Legg. quæſt.* 95. *tract.* 14. *diſp.*7. *ſect.*14. Pal. *part.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 23. D. Menchac. *lib.* 1. *Controv. cap.* 47. *num.* 9. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *num.* 129. Acev. in *l.* 8. *t.* 1. *lib.* 7. *num.* 5. in *fin.* Gregor. Lop. in *l.* 12. *t.* 1. *part.*2. *gloſ.* 1. ad *med.* † Ob eandem rationem,
61 Villæ, aut Civitates non poſſunt ſe adinvicem congregare ſinè licentia Superioris, nèc ipſi de Communitate, nèc facere collectam, nèc burſam communem, ad vitandas machinationes, & fraudes, Guid. Papæ in *Deciſ. quæſt.*87. *num.* 9. verſ. *Non tamen*, *& quæſt.* 106. *num.*1. Bobad. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 12. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 44. *num.* 2. aliàs pœnam incurrunt, ex Bart. in *l. Actor*, *ff. Rem ratam hab.* circ. *fin.* verſ. *Poſſumus*, Archid. in *cap. Conſtitutionem*, *de V. S.* Conrrad. Brun. in *tract. de Sedit. tom.* 11. in *Tractatib.* DD. *præſup.* 5. *num.* 1. *pag.* 93. ubi multa jura allegat, & ex Bobad. & Villad. ubi proximè.

Iiſdem de cauſis, Hiſpaniæ Nuntius Apoſtolicus præſentat facultates ipſi à S. Sede conceſſas, & Supremum Conſilium illas proùt ſibi videtur reſtringit, ut probabimus *infr.* in *Bull.* 2. *not. ad* §. 25.

Poteſt quoquè procedere con- 62
trà familiares Epiſcoporum, non tantùm mercenarios, & conductos, verùm etiam perpetuos, & immediatos ſervitio perſonæ; & paritèr contrà Curiæ Miniſtros, quia nèc uni, nèc alteri immunitate gaudent, ut firmitèr defendunt Cevall. de *Cognit. pèr viam viol. quæſt.* 58. *à num.* 10. Pereir. *lib.* 1. *de Man. Reg. t.* 12. §. 5. *cap.*10. *à num.*13. meliùs Bonac. *de Cenſur. tom.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 16. *punct.* 3. *num.* 7. Sabel. in *Summ. diverſor. tract. tom.* 2. §. 6. *num.* 9. qui ſuam prò Sæculari juriſdictione ſententiam exprimit in *fin.* verſ. *Mihi autem.* Optimè Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert.quæſt.*98. *num.*1. *&* 2. ubi firmiſsimam reddit ſententiæ ſuæ rationem, à Pereira deductam, minimè què enervandam; àc idem tenet de Clericis conjugatis *ibid.* & in *quæſt.* 44. *num.* 8. ubi *text.* in *leg.Presbyteros,cap. de Epiſc. & Cler.* intelligit de muneribus perſonalibus à quibus exemptos illos eſſe fatetur, non verò de realibus, neutros què immunitate gaudere defendit, videlicèt nequè familiares, neque Clericos conjugatos, & ſignantèr iſti etiamſi unicam virginem duxerint, àc tonſuram, veſtem què Clericalem detulerint immunes non ſunt quoàd gabellas, munera Sæcularia, indictiones, collectas, alia vè quævis regalia obſequia, D. Covarr. *Pract. QQ. cap.* 31. *num.* 9. & probat cum *cap. Ex parte*, *de Cler. conjug. l.* 13. *t.* 3. *lib.* 1. *leg.* 23. *t.* 4. *lib.* 2. *Ordinam. l.* 2. *t.* 4. *lib.* 5. *Recop.* idemquè procedit in tonſuratis non conjugatis, nèc Eccleſiaſticum Beneficium obtinentibus

ex

ex *eod.* D. Covarr. *dict. cap.* 31. in *fin.* & allegat *l.* 2. *t.* 4. *lib.* 1. *Recop.* vide quæ dicemus *infr.* in *Bull.* 1.
63 *not.* ad §. 3. † & reſpectu Familiarium Epiſcoporum, non habet contradictionem ratio allata à Ceval. ubi proximè, *num.* 11. *quæſt.* 58. quòd, ſcilicèt, Concilium Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. certa præſcripſit requiſita ad hoc ut Clericus, fori gaudeat privilegio: ſi ergo familiares Epiſcoporum illis induti fuerint, abſdubio gaudebunt; ſin verò eiſdem nudati ſint, exuti erunt fori immunitate, nulla quippè ratione tolli poteſt ea, quæ à S. Concilio nobis ſub præcepto traditur, tamètſi in contrariam propendere videatur, Carlev. *lib.* 1. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 2. *num.* 427. & 509. ubi nullam rationem intrinſecam hujus privilegii producit, & minùs benè allegat prò ſe Bobadillam in *Polit. ad lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 97. qui ſuam non expreſsit ſententiam, sèd aliorum dumtaxàt retulit opiniones; ipſum autèm nullam apertè ſelegiſſe legimus, nàm ſic concludit: *Mas Arcediano, Abad, y otros ſienten lo contrario indiſtintamente; porque en Derecho no eſtà diſpueſto tal privilegio, y darſe yà materia de delinquir*, quæ verba ſi attentè reflectamus, potiùs innuere videntur horum opinioni Bobadillam aſenſiſſe. Nèc etiam benè allegavit idem Carlevalius prædictum Cevall. in præallegata *quæſt.* 58. *num.* 1. cùm hic gravis *Doc.* contrariam apertè defendat, ut jam diximus; & ipſemet Carlevalius fatetur in *fin. num.* 509. Farinacium, Scacciam, & Gazparem, Antonium Theſaurum aſſeruiſſe, ipſos non vidiſſe, nèc audiviſſe obſervatum tale privilegium, quinimò, tàm Cardinalium, quàm Epiſcoporum famulos puniri hodiè in Curia Romana à Judicibus Ordinariis non ſecùs àc alios non privilegiatos, teſtatur *dict. loc.* & hoc non obſtanti in contrariam (neſcio qua ratione) flexit, ut jam etiam dictum reliquimus. Vide multos apùd Ayll. in *Addit.* ad Gom. *tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. verſ. *Itèm.*

Nèc obſtat ſi dicatur, hodiè 64
jam privilegiatos eſſe Epiſcoporum Familiares, ex Bull. *Alias Nos* 1. §. 1. de qua *infr.* quoniam expedita fuit ad ditionem dumtaxàt Romanam, ubi juriſdictionem non tantummodo Spiritualem, sèd & Temporalem Summus Pontifex habet; & ſic in alio ſimili dubio interpretatur Sabel. *in Summ. dict. tom.* 2. §. 6. *num.* 9. in verſ. *Contrarias DD. ſententias*; sèd addimus, quòd tamètſi in Hiſpania recepta eſt dicta Bulla, non iſte fuit finis precum noſtri D. Regis, ut eſt pèr ſe notum, sèd ut Hiſpania frueretur favorabilioribus remediis à S. Sede excogitatis cum immunitatis reſtrictione ad extirpanda homicidia: hæc eſt conſtans veritas ex Bulla ipſa palàm nota, ut latius videre eſt *infr. Bull.* 1. *not.* 1. *ad* §. 1. *ad med.* & *Bull.*
2. *not. ad* §. 8. † Quæ ergo extenſio 65
prætendi poteſt de cæteris in Bulla contentis ceſſante Regis deprecantis intentione, cui conſequens fuit intentio Papæ concedentis, illi què correlativa, cùm nulli dubium eſſe queat, quòd ceſſante intentione legislatoris, ceſſat lex, Sabel. in *Diſc. tom.* 1. *num.* 45. & itèm non curari de his quæ pèr conſequentias veniunt Jul. Capon. *diſcept.* 56. *numer.* 23. *ſeqq.* verbis: *Quia commodum competit eis in conſequentiam, & non attenditur.* Urrutigoit. *Paſtor. Regular. part.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 8. & 9. Aceved. *conſ.* 41. *num.* 30. poſt Menoch. *conſ.* 221. *num. penult. sèd ſi in acceſſoriis, & levibus daretur, non eſt conſideranda*, & talia æſtimari debent capita omnia prædictæ Bullæ prætèr ea quæ tendunt ad extirpanda homicidia, ut apertè canit ejuſdem extenſio in

§. 12.

66 §. 12. ejuſdem Bullæ. † Neque ad conſuetudinem, (ſi alicubi viget, quod neſcimus) recurſus fieri valet, ut præoccupavit *dict.* Cevall. in *citat. quæſt.* 58. *num.* 18. quia Tridentinum Concilium nihil de conſuetudine loquitur, & ſic juri ſcripto ſtandum eſt, & prætereà expreſſa eſt in *noſt. Jur. Reg.* illius excluſio in *num.* 15. *remiſſ. t.* 1. *lib.* 4. *Recop.*

67 Itèm, poteſt Judex Laicus cultum Divinum, Dogmata, & Religionem tueri, àc fovere, *l.* 10. & Auth. *ſeq. cap. de Epiſc. & Cler.* Novell. *conſtit.* 123. *cap. Si quis* 31. *collat.* 9. *t.* 6. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 1. *num.* 44. & §. 20. *num.* 111. D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 76. pèr *tot.* & *part.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 224. & etiam Sanctiſsimi Roſarii devotionem, ut fecimus in Opido Exitani, vulgò *Salobreña*, tempore Quadrageſsimæ præ oculis habentes, *l.* 1. *t.* 2. *lib.* 1. *Recop.* & *Aut.* 1. *t.* 1. *lib.* 1. eſſe enim debet cura Eccleſiæ, òb commune bonum, etiàm apùd Judicem Laicum, ex Menoch. de *Interdict. remed.* 3. *de Retin. poſſeſſ. num.* 382. nàm Regis proprium eſt prædicta adimplere, D. Salg. de *Retent. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 162. & 177. àc *part.* 2. *cap.* 1. pèr *tot.* ſignantèr *à num.* 14. ad 21. & comprobatur authoritate D. Auguſt. *lib.* 3. *cap.* 51. *Reges in quantùm Reges ſunt, ſerviunt Deo jubendo bona, & prohibendo mala, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, sèd etiam quæ ad*

68 *Divinam Religionem*, † maximè autèm noſter Hiſpaniæ Rex, qui Protector eſt Eccleſiarum, Sacrorum Conciliorum, & Canonum, D. Abreu, *Victim. Real*, *pag.* 140. *num.* 286. ut etiam diximus *num.* 60. & Eccleſia hos non dedignatur agnoſcere reſpectus, ex *eod.* A. *ibid. num.* 668. & hæc obligatio deſcendit paritèr in omnes ejuſdem Regis Miniſtros, & officiales publicos, quapropter ut Fidelis Catholicus, juncto Officii munere, juri què noſtro Regio obtemperans, quoſdam vàldè notabiles exceſſus reformare curavi, nè cultus periret, quanquam penè intollerabilem moleſtiam fuerim hac de cauſa paſſus, eò quòd Diœceſano fuit malè viſum, quia non minùs malè opinavit, privativè ad ſe pertinere; antiquum quippè eſt reformatores perſequutos ubiquè fuiſſe. Scias igitur, quòd crimen iſtud perturbationis Divinorum Officiorum, ità grave eſt, ut publicum ſit, D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 76. *num.* 10. & illius reus, pœna mortis afficiebatur Jure Communi, ex *eod. ibid. num.* 20. & ejiciens de Eccleſia perturbantem, etiàm manus imponendo violentèr in illum non eſt excommunicatus, ut ipſe probat in *dict. obſerv. num.* 19. ex *cap. Veniens* 16. *de Sent. Excomm.* quia hoc non fit ſuadente Diabolo, sèd ſuadente Deo, atquè in Dei honorem. Vide Corvin. ad *Imp. Juſtinian. t.* 29. *pag.* 299. & repete hùc dicenda *infr. quæſt.* 4. *num.* 4. & 5.

Poteſt deniquè Judex Laicus curam adhibere, nè violatores Feſtorum colendorum impuniti remaneant, quia illorum obſervantiam incorruptè ſervari facere ad ipſum etiam ſpectat, *leg.* 4. *t.* 1. *lib.* 1. *Recop.* ſicut etiam punire in vanum jurantes, *l.* 10. *eod. tit.* & *lib.* D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 53. 58. & 233. & hoc ex officio, juxtà *eund. dict. num.* 233. adeò ut qui hujuſmodi delictum admiſſerit, fori privilegio non gaudeat, nèc declinare poſsit juriſdictionem Ordinariam, quin ſupèr hoc competentia formari valeat, ut & in aliis notabilibus caſibus contentis in *dict. l.* 10. *cap.* 4. & expreſsis *infr.* in *Bull.* 2. *not.* 2. ad §. 7. & in ſumma, punire poteſt quodcumque læthale peccatum ſtante *dict. l.* 10. cujus hæc ſunt verba: *Y porque ſiendo nueſtra* 69

primera obligacion hacer guardar, cumplir, y executar la Santa Ley, y Mandamientos de Dios en todos nueſtros Reynos, ſegun que haſta aora lo hemos hecho, y executado : : : dexamos reſervado à las nueſtras Juſticias el poder imponer otras, con que no ſean menores, que las expreſſadas, & tenet D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 224. àc inquirere poteſt Judex Laicus ſupèr omni delicto contrà Deum, & omnibus jus accuſandi competit. Ex *eod. ibid.*

70 Hæc utiquè ſi maturè Eccleſiaſtici Judices perpenderent, proùt tenentur, fruſtrà tanquàm ſcutum apprehenderemus *noſt.text.* verba: *Non ad præjudicandum, sèd potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum*, quæ ad Eccleſiaſticos Judices direxit cùm in illa Decretali Epiſcoporum poteſtatem contentioſam, & judicialem ordinavit *Joannes* Papa; non enim inpertire recuſarent Laicis Judicibus auxilium in quovis ex caſibus hucuſquè relatis, àc multò minùs literas inhibitorias expedirent, ut in illis ſe abſtinerent, conſequentèr què fruſtà etiam ageremus de ambarum juriſdictionum concordia : verùm adeò contra fit, quòd quidam publicus Officialis fatigatus fuit à Diœceſano quodam eò quòd humerum appoſſuit ad puniendos hujuſmodi frequentiſsimi criminis violationis feſtorum reos; ſuo enim libitu exiſtimant prædicti Eccleſiaſtici Judices juriſdictionem Eccleſiaſticam violari, & libertatem lædi, ſi Laicus Judex versùs quædam ex *ſup.* relatis proviſſerit, ut multoties experti ſumus : non autèm ambigimus D. Fiſci Patronum Regiam juriſdictionem tueri, & monere ſolere ex Supremi Conſilii decreto Judices Eccleſiaſticos, ut ex indè circunſpectiores ſint, nèquè in poſterùm quidquam attentare ſint auſi in Regiæ juriſdictionis præjudicium; sèd utinam nèc ullo unquam caſu neceſſarium hoc eſſet, quoniam ſi Sacerdotes ſui muneris obliviſcantur, pluſquàm cæteri in Eccleſia nocent, Curtello teſte *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 7. *num.* 4. 10. & 22. aliiſquè in numeris *ibid.* ex SS. PP. authoritate, & quaſi pèr *tot.*

QUÆSTIONIS III.

SUMMARIUM.

1 *ORdinis ſervati manifeſtatio fit*, num. 1.

2 *An Judex Laicus poſsit pèr vim abducere criminoſum ab Eccleſia, Judicis Eccleſiaſtici licentia non expectata?* num. 2.

Regula communi nemo ab Eccleſia extrahi poteſt, ibid.

Major, & Minor Eccleſia intrà quem circuitum immunitate gaudeant, & quod delictum committat reum abſtrahens ab ejuſdem aſylo? ibid.

3 *Extrahi ab Eccleſia Reus poteſt à Laico abſque Eccleſiaſtici licentia cùm clarum eſt, quòd immunitate non gaudet*, num. 3.

Quando Eccleſia non tuetur Reum, nulla injuria eidem in extractione irrogatur, ibid.

4 *Qui ſint caſus in quibus extrahi Reus poteſt variis in Regnis abſque Eccleſiaſtici licentia?* num. 4. remiſſ.

In his quæ à jure permiſſa ſunt, venia ab alio exquirenda non eſt, ibid.

Ju-

Judex Laicus cautionem facere non debet de non procedendo ad corporalis pœnæ impoſitionem eo caſu quo licitè, & jure permittente Reum ab Eccleſia extrahit; & quarè? ibid.

5 *Facti cujuſdam contingentia, & judicium referuntur*, num. 5.

Satius eſt Eccleſiaſticum diſſimulare Rei extractionem ab Eccleſia, quàm expreſsè jubere ut fiat, ibid.

6 *Diſtinctio quædam Ant. Sabeli traditur*, num. 6.

Conſenſus requiſitus, & injuſtè denegatus, idem eſt àc ſi fuiſſet præſtitus, ibid.

Conſenſus illius, cui alterius factum nequè prodeſſe, nequè nocere poteſt, expectandus non eſt, ibid.

7 *Noſtra exprimitur ſententia*, numer. 7.

8 *Et cujuſdam facti contingentia*, num. 8.

9 *Quidam ſunt caſus in quibus abſquè licentia Judicis Eccleſiaſtici extrahi Reus poteſt, eadem petita, & injuſtè denegata, ex* Jur. Reg. num. 9.

Quomodo extractio facienda ſit à Laico in prædictis caſibus, qua cautione, & qua poteſtate? ibid.

10 *Rector Eccleſiæ licentiam dare poteſt, & debet ad Rei extractionem inconſulto Epiſcopo, ejuſquè Vicario*, num. 10.

11 *Reipublicæ intereſſe delicta puniri, multa jura probant*, num. 11.

12 *An oporteat Reum vinculis in Eccleſia ligari de utriuſque Judicis conſenſu in caſu dubio?* numer. 12.

Hodiè jure noviſſimo, nullo in caſu differenda eſt traditio Rei Sæculari brachio, ſub num. 7.

Laicus Judex extrahens ab Eccleſia Reum, qui immunitate non gaudet, immunitatem non infringit, ibid.

Quarè Regia quædam Ordinatio hoc opere inſerta ſit? ibid.

13 *Prædicta Regia Ordinatio D. Don Philipi V. ad literam refertur*, num. 13.

14 *Eccleſia non tuetur Reos, qui excepta delicta commiſſerunt*, num. 14.

15 *Ad militare ſervitium ſignati ſi ad Eccleſiam confugerint, quomodo fieri debeat extractio, à quibus, quo auxilio, & qua cautione?* num. 15.

16 *Eccleſia non patitur ſpolium per extractionem Rei immunitate non gaudentis*, num. 16.

QUÆS-

QUÆSTIO III.

UTRUM JUDEX LAICUS POSSIT abducere criminoſum ab Eccleſia, abſquè licentia Judicis Eccleſiaſtici.

1 JAM hucuſquè *noſ.* abſoluto *text.* atquè omnibus illius verbis ſejunctim, àc plenè diſcuſsis, ſupereſt, ut ad pleniorem illius intellectum, quaſdam evolvamus quæſtiones, quæ inter Eccleſiaſticos,& Laicos Judices ſuboriri ſolent ex inhibitionibus contrà iſtos ab illis emiſsis adverſante jure quibuſdam caſibus in quibus eodem favente Laici procedunt,ut innuimus *in anteced. quæſt. n.* 25. ſic què plenius intelligemus, an Eccleſiaſtici Judices procedant cum temperamento à *Joanne P. in noſt. text.* appetito, in verbis illis: *Non ad præjudicandum, sèd potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum.*

2 Sit ergo nùnc quæſtio, quæ ex inſcriptione patet; sèd primitùs, & antè omnia advertere lubet, quòd regularitèr non licet reum ad Eccleſiam confugientem abſtrahere, *Can.* 9. 10. *&* 18. 17. *quæſt.* 4. *cap. Eccleſia,* 9. *de Immunit. Eccleſ.* D. Covarr. *lib.* 2. *Var. Reſol. cap.* 20. *à num.* 3. *ad* 5. Caniſ. *in Summ. Jur. Canon. lib.* 2. *t.* 24. §. *Quin, & reus, pag.* 202. Dartiſ. *Oper. Canon. p.* 2. *pag.* 220. *col.*2. *lit.* E. Valenſ. *lib.* 3. *Paratit. Jur. Canon. tit.* 49. *num.* 4. Et communiſsima DD. eſt, quòd Major Eccleſia immunitatem habet intrà quadraginta paſſus, sèd Minor Eccleſia, & Capella, non niſi in circuitu triginta, ex iiſdem DD. proximè allegatis, & contrà faciens, àc extrahens, aut expellens ab Eccleſia reum ad eam confugatum, notoriam violentiam committit, *l.* 2. *cap. de His qui ad Eccleſ. confug.* & ibi DD. *cap. Inter alia*, & ibi omnes Canoniſtæ. Can. *Frater*, Can. *Miror*, Can. *Reum*, Can. *Definivit*, 17. *quæſt.* 4. Concil. Trid. *ſeſ.* 25. *cap.*20. Decian. *lib.* 6. *tract. Crim. cap.* 25. *num.* 1. Farin. in *Append. de Immunit. Eccleſ.* cum per pluribus ab eo productis, ſignantèr *num.* 32. His ſuppoſitis, prò affirmativa à graviſsimis DD. in præſenti quæſtione expenditur reſolutio, cùm nimirùm Reus proptèr qualitatem delicti, Eccleſiæ immunitate non gaudet. Ità tenet D. Covarr. *dict. lib.* 2. *cap.* 20. *Variar. n.* 18. verſ. *Triceſsimo quarto infertur*, in
tantùm, † ut dicat, quòd moribus, 3
& praxi Chriſtiani Orbis ſatis receptum eſt ex Guid.Papæ,Guillielm. Benedict. & Rainut. alios contrariæ ſententiæ reprobando, & fundamentalitèr refutando, & cùm prædictus D. Covarr. tàm præcellens Epiſcopus ſic aſſerat; ſupervacaneum æſtimari poterat, alterius *Doc.* inveſtigare ſententiam: verùm hoc non obſtanti, non dedignavimus, quid alii ſenſerit ſcrutari; & eandem tanquàm communem tenet Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 30. *numer.* 20. verſ. *Sèd certè in contrarium eſt communis opinio*, & verſ. *Et ità moribus, & praxi Chriſtiani Orbis receptum eſſe*, ubi ſic nota-

bilitèr loquitur: *Et ita quotidiè videmus, quòd Judices Sæculares extrahunt delinquentes ab Eccleſiis non expectata licentia Epiſcopi, quia Prælati, & Judices Eccleſiaſtici reddunt ſe in hoc valdè difficiles, & dùm requiritur, & expectatur licentia, ſæpè Clerici faciunt delinquentes aufugere.* Firmat quoquè Villad. *in cap. 3. Inſtruct. num.*238. *pag.*80. his verbis: *Y en los caſos claros, que no debe gozar el delinquente de eſta immunidad, no eſtà obligado el Juez Seglar à pedir licencia al Ecleſiaſtico, ni dàr fianzas de nò proceder à pena corporal.* Subſcribit Doc. Paz 5. *p. Prax. Eccleſ. tom.*1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 1. *ſeqq.* verbis: *Nempè, quòd quandò notoriè conſtiterit delinquentem ad Eccleſiam confugientem gaudere non debere immunitate Eccleſiæ, Judex Sæcularis tunc poterit illum extrahere, nulla licentia Epiſcopi, vèl Rectoris Eccleſiæ petita: nàm cùm Eccleſia non tuetur illum, nulla injuria ei irrogatur*, & *num.* 17. verſ. *Cæterùm*, àc *num.* 18. ſequitur Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 14. *num.* 94. in hæc verba: *Vaya, y ſaquele luego de ella, pues es Juez competente para ello, y para caſtigarle*, cum *num.*93. circ. *fin.* & *cap.* 14. *num.* 155. àc *cap.* 18. *num.* 104. Committantur P. Pirhing. *in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 49. *num.* 43. & *à num.* 18. *ad* 31. multos conjunxit caſus in quibus extrahi abſquè licentia reus
4 poteſt. † Cortiad. *deciſ.* 3. *num.* 19. ubi teſtatur de hujuſmodi praxi extrahendi reos in caſibus exceptis nulla petita licentia in Cathalonia, nèc in Regno Aragonum, *num.* 20. Luſitaniæ, *num.* 21. Valentiæ, *numer.* 22. Caſtellæ, *num.* 23. in Ducatu Sabaudiæ, & Regno Franciæ, *num.* 24. & de generali conſuetudine, *num.* 25. àc *deciſ.* 120. *à n.*23. *ad* 30. & *deciſ.*228. *num.*19. etiam frangendo januas Eccleſiæ, *dict. numer.* 30. & *deciſ.* 118. *num.* 30. Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 14. pèr *tot.* ſignantèr *num.* 3. & 7. Herrer. *lib.* 1. *Prax. Crim. cap.* 15. §. 3. ſub *n.* 6. & probat cum practico exemplari quod *ibid.* refert, atquè ſuadetur, ex *Aut.* 1. *t.* 2. *lib.* 1. conducunt, quæ tradit Ant. Gom. *tom.* 3. *Var. cap.* 10. *num.* 2. & *l.* 3. *t.* 2. *l.* 1. *Recop.* quamobrem ſuppoſita Laici Judicis poteſtate, ut vidimus, ad rei extractionem in caſibus claris, & quòd cùm validitatem actus quærimus, poteſtatem Agentis primùm inveſtigare debemus, argumento *l. Si quæramus* 4. *ff. Qui teſtam. fac. poſ.* clarum eſt quàm benè ſenſerint DD. ſuprà relati dùm defendunt veniam in illis non debere peti, nàm in his quæ à jure permiſſa ſunt, venia ab alio exquirenda non eſt, *l. unic. cap. de Theſaur.* & etiam dùm tenent, cautionem non faciendam, quoniam cautiones ſupervacuas, & inutiles jus reſpuit, *l.* 14. §. *Divus, ff. Ut legat. ſeu Fideicom. nom.* D. Molin. *lib.* 1. *de Primogen. cap.* 16. *num.* 23. D. Solorzan. *lib.* 4. *de Jur. Indiar. cap.* 12. *tom.* 2. *num.* 86. Ciriac. *controv.* 175. *num.* 5. Vela *diſſert.* 29. *num.* 59.

Planè quoquè probatur ex qua- 5
dam facit contingentia nobis oblata in Civitate Alpharenſi, nàm cùm quidam ejuſdem vicinus delictum exceptum commiſsiſſet, & ad Eccleſiam confugiſſet, Judex què Eccleſiaſticus, auxilium impertire renuiſſet ad illius extractionem tametſi uſquè in tertiam vicem illum requiri fecimus; recurſu pèr procuratorem introducto Regiæ juriſdictionis nomine coràm Apoſtolico Hiſpaniæ Nuntio, iſte decrevit his verbis: *Don Phelipe Soler uſe de ſu derecho*, quod equidem idem valet, àc ſi dixiſſet, quòd reum ab Eccleſia propria authoritate abducerem, uti de jure poteram: nèc alitèr intelligi po-

teſt prædictum Decretum, eò quòd jure meo uſus fui in judicio coràm Judice Eccleſiaſtico inferiori, & proptèr gravamen ab eo illatum, recurſum penès Superiorem legitimè introduxi: veruntamèn abs dubio D. Nuntius, nèc negare rei traditionem, nèc illam expreſsè jubere fieri voluit, sèd extractionem diſsimulare attenta, *Doct.* Paz, doctrina, qui ſic ab Eccleſiaſticis fieri conſulit *in tom.* 1. *Prax. Eccleſ. cap.* 3. §. 3. *num.* 11. quem ſequitur, & allegat Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 14. *num.* 95. *ad med.*

6 Antonius Sabeli diſtinguit in *tom.* 2. *diverſor. tract.* §. *Immunitas* 4. *num.* 4. verſ. *In caſibus verò*, hanc thæſim ſtatuendo, quòd in caſibus in quibus reus immunitate non gaudet poteſt extrahi de licentia Epiſcopi, & ſi fuerit injuſtè denegata, quòd poteſt à Curia Sæculari extrahi propria authoritate, (& hujus ſententiæ hanc eſſe rationem arbitror, quia conſenſus requiſitus, & injuſtè denegatus, idem eſt, àcſi fuiſſet præſtitus, *cap Licet*, §. *Talis ergo*, *de Regular.* & teſtantur D. Creſp. *p.* 2. *obſerv.* 69. *num.* 30. & 31. cum aliis Peyrin. *de Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 3. *cap.* 1. *num.* 22. Nald. verb. *Mandatum*, *num.* 6. Wieſtner, *Inſtit. Canon. tom.* 2. *tit.* 11. *de Regular. num.* 18. D. Valenz. *conſ.* 184. *num.* 57. ubi plures.) Verùm quòd cùm notoriè conſtat reum non gaudere, poteſt propria authoritate extrahi, ut docet ubi proximè *dict.* Sabel. *n.* 13. verſ. *Quod ubi notoriè*; & in hoc ſequutum fuiſſe videtur Doctorem Paz *in* 5. *p. cap.* 3. §. 3. *num.* 1. & 2. Villad. *in cap.* 3. *Inſtruct. à n.* 235. *ad* 238. ex quo deſumpta videntur verba Bobad. *l.* 2. *cap.* 14. *num.* 94. & *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 90. & meritò, quia conſenſus expectandus non eſt ejus, cui neque prodeſſe, neque nocere poteſt alterius factum, *l. Pactum* 46. *ff. de Pact. l. penult. cap. eod.* D. Creſp. *p.* 2. *obſerv.* 111. *num.* 33.

Sèd hac diſtinctione rejecta, tanquàm confuſionis, & litium productiva, utpotè cùm caſus evenerit, ſtatim quæſtio ſurgat, nùm ſimus in caſu notorio, àn non; potiùs aſſentimus mandato Regio contento *in Aut.* 1. *t.* 2. *lib.* 1. quem *num.*4. allegavimus, ex quo han concluſionem, & generalem regulam elicimus, quòd nempè in caſus contingentia, Judex Laicus conſulat ſibimetipſi ex proceſſu informativo ad versùs reum fulminato, aut cum extrajudiciali certa notitia illicò benè inſtructus de facti circunſtantiis, ſi grave illud ſit, & captura conſequentèr urgeat, intrà ſe maturè perpendat, àn tale delictum ſit de exceptis; & ſi ità putaverit, minimè differat extrahere reum licentia non expetita: nè illud ſequatur inconveniens, quod Clarus notavit, & expoſſuimus *num.* 3. quòd nempè dùm expectatur licentia, Clerici faciant delinquentem aufugere, uti demonſtrabimus exemplo *infr. numer* 10. referendo. Sin verò prudentèr dubitaverit, licentiam requirat, & ipſa denegata, violentiæ recurſum inſtruat, & præparet. Prima noſtræ ſententiæ pars expreſſa eſt *in Bull.* 1. *not.* ad §. 9. & in præallegato *Aut.* 1. *Mandamos no ſe ſaque de las Igleſias, ni Lugares Sagrados à los reos, que por no ſer ſus delitos exceptuados deben gozar de immunidad, conforme à Derecho*; ex qua loquendi formula, hæc conſequentia neceſſariò infertur: ergo ſi delicta excepta fuerint, quorum cauſa immunitate potiri non debent ipſorum Rei, extrahi à locis immunibus poterunt. Id ipſum fuit proviſum in quadam Regia Ordinatione, de qua *infr. h. q. num.* 14. *ſeqq.* verbis: *Porque la Santa Igleſia, como Madre piadoſa, ſolo atiende*

à

à preſervar à ſus hijos, que ſe refugian à ſu regazo, de los caſtigos correſpondientes à los delitos no exceptuados, que por la fragilidad humana huvieren cometido; ex quibus hæc eſt recta, & bona conſequentia: ergo ſi excepta delicta fuerint, extrahi eorum Rei valebunt, nàm quod de non exceptis negat, indubitantèr de exceptis affirmat hoc ipſo, ut apertius patet ex prædict. Reg. Ordinat. *num.* 16. *Bien comprehendido, de que ſemejante extraccion no puede cauſar deſpojo, ni fundar en ningun tiempo reintegracion, por executarſe para fines juſtos, y en que no gozan las tales perſonas de immunidad alguna.* Ut etiam probabimus *infr. num.* 12. *in fin.* & in *Bull.* 1. *not.* ad §. 7. ex expreſſo *Jur. Reg.* & expreſsiùs notum eſt in verbis illis, *dict.* Aut. 1. *Y conſiderandoſe, que el delito, ò delitos por que ſe extraxeren ſon exceptuados*, & itèm nota, àc reflecte verbum illud: *Y conſiderandoſe*, quo uſu fuit Regia Majeſtas, ex quo confirmata patet noſtra ſententia, ubi ſtatuimus, Judicem intrà ſe hoc exiſtimare debere ſuo prudenti, àc maturo judicio. Secunda noſtræ ſententiæ pars expreſsior adhùc eſt in præallegatis juribus, ibi: *Mandamos*
8 *mos no ſe ſaque*, † & probatur ex ſaniori Superiorum Tribunalium praxi, quam ſumus experti ſignantèr in facti contingentia cujuſdam homicidii perpetrati à *Didaco de Alfaro*, Civitatis hujus cognominis vicino, ſupèr quo, Regio Valliſoletano Senatu à me conſulto ob injuſtam denegationem Eccleſiaſtici Judicis ad illius extractionem ab Eccleſia, non mihi juſsit, quòd de facto, aut propria authoritate extraherem, sèd quòd violenciæ recurſum præpararem, ut dicemus *infr. in dict. Bull.* 1. *not.* ad §. 10. *in fin.* verſ. *Aſsimiſmo haviendo querido conſtituirme.* In prædicto tamèn caſu ſanè extraxiſſem, niſi aliàs fuiſſem impeditus; ſciebam enim quòd illicò eram excommunicandus, & quanquàm Regia proviſio vulgò dicta, *Ordinaria de abſolucion*, ſtatim mihi fuiſſet conceſſa, atquè obtinere non dubitavi in violentiæ recurſu; neutiquàm expediebat in circunſtantiis quâ tunc juriſdictionem quam miniſtrabam, in alium ex Capitulo tranſire, nàm moleſtam contradictionem paſſus fuiſſem, & reus aufugiſſet, & ſinè fructu factum meum fuiſſet, ut paulò poſt, omnia citò fuerunt manifeſta, quoniam cùm breviſsimam abſentiam feciſſem ad Baſilicam *S. Fermini* Navarrenſis Regni Patroni, reus aufugit, & coràm Decano decurione, vicem meam gerente, ambulavit, & hic idem cum aliis ſociis de Capitulo, uno dempto, me ſindicavit, quamvis immeritò, & fruſtrà, ut conſtat ex *Executoriali* Supremi Conſilii, & ab iſtius Decretis diebus 11. *Martii*, 18. *Aprilis*, & 4. *Maii*, anni 1747. expeditis, & deniquè relevatus fui à ſindicationis judicio die 6. *Maii*, anni 1749. ut videre eſt *infr. quæſt.* 9. *num.* 51.

Quidam etiam ſunt caſus in 9
Regio Jure expreſsi, in quibus procedere ad extractionem Judex Laicus poteſt propria authoritate, ſi Eccleſiaſticus Judex licentiam denegaverint, qui conſtant, & referuntur *in l.* 13. *t.* 2. *lib.* 1. *Recop.* non tamèn ad infligendam pœnam corporalem, ut evenit in cauſis Civilibus, & in Milite, àc in Servo, in obligatis ad ratiocinia publica, in exactoribus tributorum, in debitoribus, & addimus in Carnifice, & aliis quibuſcumque munera habentibus Reipublicæ neceſſaria, ad Eccleſiam confugatis, qui omnes extrahi poſſunt, ut illa impleant, ſicut & cæteri relati *Can.* 32. & 36. 17. *q.* 4. Dartiſ. *Opera Canon. p.* 2. *col.* 1. *lit.* A. *pag.* 221. Caniſ. *in Summ. Jur. Canon. t.* 24. *lib.* 2. *pag.* 202.

non

non tamèn traduntur niſi præſtita juratoria cautione de non procedendo in criminali judicio, & hac oblata differi traditio non debet: ſin verò Eccleſiaſticus Judex hanc facere renuerit, extrahi poſſunt à Laico, non juriſdictione contentioſa, sèd œconomica poteſtate, D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 3. *à num.* 37. ubi ſpecificè multos refert caſus: quoniam autèm quorundam Eccleſiaſticorum minus matura reflectio graviſsimis turbationibus occaſionem, cum reſiſtentia præbuit, ità ut impullerint animum D. D. *Philippi V.* fœlicis recordationis proptèr ſummum pacis, & juſtitiæ deſiderium, quo ſummoperè erat affectus, ad expediendam Regiam Ordinationem, quam meminimus ſub *num.* 7. & referemus *infr. num.* 13. cùm multùm Correctoribus conducat.

10 Quæro nunc, àn Rector Eccleſiæ à Laico Judice requiſitus opus habeat licentiam ab Epiſcopo petere ad extractionem Rei faciendam, àn pèr ſe ſolus illam dare poſsit. Reſolutio ſit, quòd in caſibus exceptis debet citò concedi inconſulto Epiſcopo ex Conſtitutione *Gregorii XIV.* & tenet P. Pichler in *Jus Canon. lib.* 3. *t.* 49. *num.* 23. nè dùm expectatur licentia Reus aufugiat, ut evenit in quadam facti contingentia in hac Matritenſi Urbe hoc anno 49. quod factum, meruit cujuſdam Eccleſiaſticæ Perſonæ exterminium ex S. C. Majeſtatis Decretò; reflectere enim deberent Eccleſiaſtici Judices, Rectores, Prælati, & Clerici omnes, quòd Sæcularis Judex potuiſſet extrahere reum, cùm non gaudet, propria authoritate, & quod rei punitio multum pro-

11 futura eſt Reipublicæ, † & poſtremò, quòd ſi Judex Sæcularis viderit non juvari ab Eccleſiaſtico, mirum non erit ſi alio in caſu, juris diſpoſitioni abſtrictus ſuâ utatur authoritate, nè Reipublica vindictæ bono defraudetur, & nè itèm Regalis juriſdictio illudatur, maximè enim Reipublicæ inter eſt delicta puniri, Levit. 14. *verſ.* 19. *&* 24. *verſ.* 19. Deut. 1. *a verſ.* 34. D. Auguſtin. *lib.* 12. *de Civit. Dei*, *cap.* 4. *& lib.* 13. *de Trinit.* S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 4. *cap.* 1. §. 1. *de Re jud.* in 6. *leg. Provinciarum*, *cap. de Feriis*, optimè Anton. Gom. *tom.* 3. *Variar. cap.* 6. *num.* 7. ex verbis: *Ex quibus reſultat Conſilium*, pèr integram columnam, Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 2. *num.* 54. *Bull.* 1. §. 1. cum *not.* nam potiſsima pars publici Magiſtratus in hoc verſatur, ut delicta juſtis puniantur pœnis, alioquin libera daretur delinquendi licentia, nèc tuta eſſet intèr improbos innocentia, D. Covarr. in *cap. Alma Mater*, *part.* 1. in *Init. num.* 9. circ. *fin.* ex Can. *Factæ ſunt leges*, *diſt.* 4. impii enim òb Dei indulgentiam liberius peccant, *Eccleſ.* 8. *verſ.* 11. *&* 12. Medina ad Lelium, *diſc.* 5. *pag.* 86. *Delinquentes buſca el que al primero perdona. Una ſeveridad es piedad para todos.*

12 Convenientiſsimum igitur foret huic nocumento mederi cum ſalutifero remedio Reum vinculis in Eccleſia ligandi de utriuſque Judicis conſenſu adhibitis etiam compedibus, cùm ambiguum eſt, àn Reus immunitate gaudeat, ut tenent Jul. Clar. *lib.* 5. *Sentent.* §. *fin. quæſt.* 30. *num.* 21. Paz, *tom.* 1. *Prax. Eccleſ. part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *num.* 3. *&* 8. P. Pichler in *Jus Canon. lib.* 3. *t.* 49. *num.* 21. D. Covarr. *lib.* 2. *Variar. cap.* 20. *num.* 17. in verſ. *Cæterum*, finali, Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 235. *pag.* 80. hodiè autem poſt Bullam incip. *Alias Nos*, nullo remedio opus eſt, quia traditio rei brachio Sæculari, nèc indubiis caſibus differenda eſt, ut

ht præcipit Pontifex in *dict.* Bull. §. 4. *Sin que por eſſo ſe retarde aſſegurar entre tanto al delinquente, lo que ſe ha de hacer tambien por el Juez Lego en nombre de la Igleſia, à cuya diſpoſicion podrà, y deberà tenerle haſta que ſe haga la expreſſada declaracion.* Et §. 9. cum *duob. ſeqq.* Cùm verò clarum eſt, quòd reus immunitate non gaudet, non infringit illam in extractione Laicus, Guid. Papæ in *Deciſſ. quæſt.* 121. *num.* 1. circ. *fin.* & vidimus à *num.* 2. ex aliis DD. & expreſsius *num.* 7.

Sequitur modò Regia Ordinatio promiſſa in *num.* 5. in *fin.* proptèr rationem ibidem expreſſam.

ORDENANZA,

QUE HA EXPEDIDO S. M. EN EL PARDO à ocho de Febrero de mil ſetecientos quarenta y ſeis, con el fin de ocurrir à los inconvenientes, que ſe experimentan por el aſylo, que encuentran en los Conventos, y Lugares Sagrados las perſonas deſtinadas para el ſervicio de la Guerra.

EL REY.

13 „ SIendo indiſputable la civil, „ y natural obligacion, que „ contrahen todos mis Vaſſallos, „ por el miſmo hecho de vivir, „ y habitar las Tierras de mis Rey„ nos, y Señorìos, de preſtarme „ los actos de ſujecion, y obe„ diencia correſpondientes à la „ Soberanìa de la Corona, y ſe„ ñaladamente de ſervirme por ſus „ perſonas en las ocaſiones de Guer„ ras, que ſe ofrecieren, quales al „ preſente ſe ofrecen, no ſolo con„ tra los enemigos del Eſtado, ſino „ es tambien contra los que lo ſon „ de nueſtra Santa Fè Catholica, „ y de la Igleſia; y no haviendo pro„ ducido la gente neceſſaria para la „ continuacion de la Guerra los me„ dios, que haſta ahora ſe han prac„ ticado para conſeguir eſte impor„ tante fin: He reſuelto facilitarle, „ reconviniendo, como reconvengo „ à todos mis Vaſſallos habiles para „ el exercicio de las Armas en los „ Exercitos de Tierra, ò para el „ ſervicio de la Marina, con la re„ ferida obligacion, mandandoles, „ como les mando, cuiden de ſu „ cumplimiento à los tiempos, y „ en la forma, que reſultare por „ mis Reales Reſoluciones, dando„ ſe deſde luego por llamadas pa„ ra el ſervicio Militar de Mar, y „ Tierra todas las perſonas ocioſas, „ vagamundas, y mal entretenidas, „ que tengo mandado, y mando de „ nuevo paſſen à incorporarſe con „ mis Reales Tropas, à que deſde „ luego las aplico, en fuerza de ſu „ natural, y primitiva obligacion, „ y de la que por ordenacion Di„ vina, y Leyes de eſtos Reynos „ tienen de obedecerme, ſin tratar „ de imponerles pena alguna, por „ no ſerlo en eſtos terminos el pre-

,, ciſarles à cumplir en primer lu-
,, gar , con conocido beneficio, y
,, alivio de las Republicas, lo que
,, havràn de cumplir, ſiempre que
,, fuere de mi Real agrado proſe-
,, guir en eſte genero de mandatos,
,, y declaraciones, todas las claſſes
,, de perſonas, aunque carezcan de
,, ſemejantes calidades nada conve-
,, nientes al bien comun , ſin que la
,, preſtacion del ſervicio perſonal
,, Militar, à que unos, y otros eſ-
,, tàn obligados por Leyes funda-
,, mentales de las Monarquìas, pue-
,, da ſervir de embarazo al con-
,, cepto de la naturaleza libre de
,, que gozan con eſta, y otras car-
,, gas proprias de la regalìa de los
,, Soberanos, que los conſervan en
,, ſus Tierras, y Dominios, defien-
,, den de ſus enemigos, y mantie-
,, nen en paz, y juſticia, lo que no
,, podrian executar, ſi los Vaſſallos,
,, como Miembros de eſte Cuerpo
,, Politico, no ſe expuſieſſen al pe-
,, ligro de la Guerra, para conſer-
,, var la Cabeza, empleandoſe en
,, la defenſa de ſus Reyes, y Rey-
,, nos : à lo qual es conſiguiente el
,, que ſiendo, como deben ſer, ver-
,, daderos Soldados, ſiempre, y
,, quando ſon llamados, y reque-
,, ridos, como por la preſente mi
,, Real Reſolucion los llamo, y re-
,, quiero para ſervir en mis Rea-
,, les Exercitos, no puedan, por me-
,, dio del refugio à los Templos,
,, y demàs Lugares Sagrados, eva-
,, dirſe del cumplimiento del ſervi-
,, cio perſonal Militar, à que en
,, eſte caſo eſtàn obligados por to-
,, dos Derechos, Divino, Natural,
☞ ,, y Poſitivo; porque la Santa Igle-
14 ,, ſia ſolo atiende à preſervar, como
,, Madre piadoſa, à ſus hijos, que
,, ſe refugian à ſu regazo, de los
,, caſtigos correſpondientes à los
,, delitos no exceptuados, que por
,, la fragilidad humana huvieren
,, cometido, ſin empeñar el derecho
,, del aſylo, è immunidad local à
,, favor de los que le imploran, ha-
,, llandoſe ligados, por la calidad de
,, ſus perſonas, à los ſervicios per-
,, ſonales de ſus Dueños, ò Sobera-
,, nos, para no perjudicar tan califi-
,, cados derechos, mayormente ha-
,, llandoſe aſſegurada, de que no
,, ſe les ha de imponer caſtigo, ni
,, pena alguna, sì ſolo hacerles cum-
,, plir las obligaciones contrahidas
,, por ſu nacimiento, ù habitacion,
,, ò todo junto, en eſtos mis Rey-
,, nos, y Señorìos, inſeparables del
,, derecho del Vaſſallage : y debien-
,, do conſiderar, que lo contra-
,, rio ſerìa una turbacion manifieſ-
,, ta del Cuerpo Politico Monar-
,, quico, quitandole los medios con
,, que poder mantenerſe, y auxi-
,, liar lo que los Sagrados Canones
,, no permiten, y exercitar el exer-
,, cicio de mi Real poteſtad econo-
,, mica, y tuitiva, para remover
,, tan injuſtos embarazos, como los
,, que ſe han empezado à experi-
,, mentar, con conocido eſcandalo,
,, y perjuicio de la cauſa publica;
,, en cuya atencion, y teniendo
,, preſente lo expueſto por el mi
,, Conſejo en Conſulta de dos de
,, Marzo del año paſſado de mil ſe-
,, tecientos y ocho, * y los demàs
,, antecedentes, que
,, precedieron à la
,, formacion, y pu-
,, blicacion de los
,, Articulos 22. y
,, 23. *del lib.* 2. *tit.* 14. de las Or-
,, denanzas Militares, que pacifica-
,, mente, y ſin quexa, ni recurſo
,, del Eſtado Ecleſiaſtico ſe eſtàn
,, practicando : He reſuelto tam- 15
,, bien declarar, como declaro, que
,, qualquiera de mis Vaſſallos, que
,, ſe refugiàre à la Igleſia para no
,, cumplir el ſervicio Militar perſo-
,, nal, à que Yo le tuviere aplicado
,, general, ò particularmente, fal-
,, tando à ſu natural obligacion, pue-
da

** Refiereſe en las Remiſsiones num. 2. t. 2. lib. 1. de Autos Acordados.*

,, da ſer ſacado de ella por la via
,, economica , ſolo para el fin de
,, que obedezca mis Reales man-
,, datos , y deſtinos , en defenſa de
,, la cauſa publica , y aumento de
,, la Religion Catholica , haciendo-
,, ſe por parte de los Cabos Milita-
,, res , Miniſtros , ò qualeſquiera
,, Juſticias Ordinarias , ò Delegadas,
,, que intervinieren en la extrac-
,, cion , caucion juratoria en mi Real
,, nombre , de que no ſe les impon-
,, drà pena alguna , ni caſtigo , pues
,, no ſe debe entender ſerlo el que
,, cumplan el ſervicio Militar perſo-
,, nal , de que perſona alguna Secu-
,, lar eſtà libre en eſtos mis Reynos,
,, y Señorìos , por revocar , como
,, deſde luego revoco , qualeſquiera
,, eſſempciones temporales , en que
,, ſe pudieſſen fundar , por preci-
,, ſar à ello las urgencias del Eſtado:
,, (comprehendiendo en dicha cau-
,, cion el que ſeràn reſtituìdos à ſu
,, naturaleza , y domicilio dentro de
,, cinco años , ò antes , ſi ſe hiciere
,, la Paz General , à cuyo cumpli-
,, miento empeño mi fé , y palabra
,, Real) Bien entendido , el que di-
,, cha extraccion ſe ha de practicar
,, ſobre la accion , precediendo la
,, noticia del Ecleſiaſtico Secular , ò
,, Regular mas authorizado , que
,, pudiere ſer habido de prompto en
,, las Igleſias , y Lugares Sagrados,
,, donde ſe huvieren refugiado los
,, llamados para Soldados de mis
,, Reales Tropas , ſin aguardar à
,, los diſtantes , ò auſentes , ni à ſus
,, ordenes , haciendoles incontinenti
,, ſaber dicha caucion , y entregan-
,, doſela por eſcrito à los que la pi-
,, dieren , enterandoles por mayor
,, del contenido de eſta mi Real Re-
,, ſolucion , y paſſando à la efecti-
,, va extraccion , ſi los tales Ecleſiaſ-
,, ticos no quiſieſſen conſentir à ella
,, con el reſpeto debido à los Tem-
,, plos , y Lugares Sagrados , evi-
,, tando eſcandalos , y ſobreſeyen-
,, do en la execucion con las cau-
,, telas neceſſarias , ſi contra toda
,, Juſticia , y razon experimentaren
,, reſiſtencias armadas , dandome in-
,, continenti cuenta por la via re-
,, ſervada de Guerra , para que Yo
,, tome las providencias correſpon-
,, dientes al eſcarmiento de tan irre-
,, gulares exceſſos , puramente vo-
,, luntarios , y ſubſtancialmente con-
,, trarios à lo que ſin ruidos , ni
,, embarazos ſe eſtà obſervando con
,, los deſertores de las Tropas refu-
,, giados à Sagrado ; cuya particu-
,, lar obligacion contrahida en el Aſ-
,, ſiento de Soldados , que por lo
,, regular no es voluntario en los que
,, incurren en tan feo delito , sì ſo-
,, lo correſpondiente à la Leva for-
,, zada , Quintas, y Sortèos involun-
,, tarios , con que entran en la Mi-
,, licia , no puede tener mayor fuer-
,, za , que la general , que todos
,, los Vaſſallos contrahen à favor
,, de ſus Soberanos , de acudir à ſus
,, llamamientos Militares , como
,, proveniente de los mas ſagrados,
,, y poderoſos derechos , ſegun que-
,, da inſinuado : ademàs de que
,, quando en los Deſertores ſe quie-
,, ra conſiderar alguna mas duplica-
,, da obligacion , no podrà por eſſo
,, deſtruirſe la fuerza de la univer-
,, ſal , que concurre en los no de-
,, ſertores , ni aliſtados , ſiendo to-
,, dos Vaſſallos mios , y debiendo
,, obedecer mis Reales preceptos,
,, y llamamientos ; bien compre-
,, hendido, de que ſemejante extrac- 16
,, cion no puede cauſar deſpojo , ni
,, fundar en ningun tiempo reinte-
,, gracion , por executarſe para fines
,, juſtos , y en que no gozan las ta-
,, les perſonas de immunidad algu-
,, na para evadir el cumplimiento
,, de ſu obligacion. Todo lo qual
,, hago notorio por la preſente mi
,, Real Cedula , y Ordenanza à los
,, Reverendos Arzobiſpos , y Obiſ-
,, pos , y à los Padres Generales , y
,, Pro-

„ Provinciales, y à los demàs Superiores del Clero Secular, y Regular de todos mis Reynos, y Señorìos, para que inteligenciados de las poderoſas, y legales razones, que mueven mi Real animo para mandarlo, ſe dediquen à ſu mas puntual obſervancia, y à dàr las ordenes convenientes, para que ſus reſpectivos ſubditos executen lo proprio, ſin mezclarſe en dàr favor, ni auxilio à los contraventores de eſta mi Real Reſolucion, que han de executar los Miniſtros, y demàs perſonas, que al preſente tengo, y en adelante tuviere nombrados para el conocimiento, y direccion de las providencias tomadas en beneficio, y aumento de la Recluta general, y de las particulares, de que neceſsitan mis Reales Exercitos de Mar, y Tierra, con inhibicion de todos mis Conſejos, Tribunales, y Juzgados particulares, los que ſin embargo hàn de dàr el auxilio que ſe les pidiere, ſin limitacion alguna, à los Miniſtros, y Jueces privativos comiſsionados para la execucion de la preſente, y de las demàs Ordenanzas dirigidas, y que ſe dirigieren en adelante ſobre el miſmo aſſumpto: preſtando eſpecialmente dicho auxilio todos los Oficiales Generales, y Particulares de mis Reales Tropas, que para ello fueren requeridos, que aſsi procede de mi voluntad, y el que al traslado de eſta mi Real Cedula, colacionado con qualquiera de los originales, que de ella ſe han de formar, y firmado por mi Comiſſario titulado de Guerra, ſe le dè igual fè, y credito, que à los miſmos originales. Dada en el Pardo à ocho de Febrero de mil ſetecientos quarenta y ſeis. YO EL REY. Don Zenon de Somodevilla. Es copia de la Original.

QUÆSTIONIS IV.

SUMMARIUM.

1 *Methodi exactè ſervati argumentum ſit*, num. 1.

2 *Sacrilegium, blaſphemia, uſura, & alia delicta, quæ referuntur, mixti fori ſunt*, num. 2.

3 *Blaſphemus immunitate non gaudet*, num. 3.

Grave delictum committens in Eccleſia, ejus immunitate privatur, ibid.

Facti contingentia refertur, & judicium, ibid.

4 *Referuntur DD. tenentes poſſe Judicem Laicum propria authoritate extrahere reum in Eccleſia delinquentem*, num. 4.

Reus in Eccleſia delinquens, regularitèr illa non gaudet, niſi quibuſdam caſibus, ibid.

Laicus Judex punire poteſt reum ad Eccleſiam confugatum, ſi ejuſdem immunitate non gaudet, ibid.

5 *In Eccleſia delinquens Divina Officia perturbando, ejici ab illa violentèr poteſt manus etiàm in illum imponendo, abſquè metu excommunicationis*, num. 5.

Limitatio quædam refertur, ut non niſi occidens, vel membrum mutilans in ſolo ſacro ipſius immunitate privetur ex cujuſpiam Doc. *ſententia*, ibid.

Contra Eccleſiam delinquens, immunitate non gaudet, ibid.

Cog-

Cognitio delicti Sæcularis in Eccleſia commiſsi, privativè pertinet ad Judicem Laicum, non reſpectu ſacrilegii, quod mixti fori eſt, ibid.

6 *Utrum Judex Laicus poſsit reum armis ſpoliare etiàm intrà Eccleſiam?* num. 6.

7 *An poſsit extrahere falſam monetam, inſtrumenta illam cudendi, & quæcumque prohibita?* n. 7.

8 *Frangenti fidem, fides etiàm jurata frangatur eidem* num. 8.

9 *Arma in Eccleſia retinens, àn quoad principale delictum òb quod ad ipſam confugavit immunitate gaudeat?* num. 9.

Contrariorum eadem eſt ratio pèr contradictionem, ibid.

Doc. Cortiadæ opinio impugnatur, ibid.

10 *Judex Laicus extrahere nequit ab Eccleſia reum prò teſtimonio ferendo abſquè licentia Judicis Eccleſiaſtici, & cautione præſtita de illo reſtituendo*, num. 10.

QUÆSTIO IV.

UTRUM JUDEX LAICUS POSSIT propria authoritate extrahere reum in Eccleſia delinquentem, & àn poſsit ad illam cum armis confugientem ſpoliare etiam intrà ipſam.

1 Quæſtionis propoſitæ materiam ex utroque capite frequentèr in praxi contingere evenit, & aliquoties vidimus, àc audivimus ommiſſam fuiſſe legalem executionem cenſurarum metu: cùm autèm firmitèr credamus, nunquàm formidoloſiorem Divi Numinis Laicum Judicem eſſe, quàm cùm debitæ Templorum venerationi perſpiciat, quin pèr hoc molitèr ſe gerere debeat in recta juſtitiæ adminiſtratione, sèd quàm efficatius ubiquè poſsit; propterea nè contrarium exiſtiment Eccleſiaſtici Judices, cùm viderint Laicos extrahere delinquentes intrà Eccleſiam, & armis ſpoliare ad illam confugientes, conveñientiſsimum putavimus, præſentem differere quæſtionem, eò quòd egrè Eccleſiaſtici aliqui ferant, Laicos Judices quemcumque juriſdictionis actum in Eccleſia facere, nulla ab illis diſtinctione facta, citò què inhibitiones mittant ſi id Laici exequantur quod in noſtra queſtione proponitur, cum præjudicio concordiæ ambarum juriſdictionum, adversùs *noſt. text.* præceptum, in verbis illis: *Non ad præjudicandum, sèd potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum*, quod maximo ſtudio quantùm ex nobis eſt vitare intendimus.

2 Si prædictos Eccleſiaſticos Judices interrogaremus de fundamento, àc ratione hujuſmodi inhibitionum in propoſitis *noſt. quæſt.* caſibus, non dubitamus reſponſuros eam eſſe, quia ad eos ſpectat ſacrilegii punitio, & quia Judex Laicus juriſdictionem in Eccleſia, aut ſacro loco exercere nequit; sèd prætèrquàm quòd utrumque ſic abſolutè prolatum falſum eſt, ut notum facie-

ciemus, nàm ſacrilegium ſicut, & blaſphemia, uſura, perjurium, adulterium, concubinatus, & ſimilia ſunt mixti fori delicta, de quibus tàm Eccleſiaſticus, quàm Sæcularis Judex cognoſcere poſſunt, ut tenent Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 37. *num.* 6. & *quæſt.* 38. *num.* 18. Carlev. *lib.* 1. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 2. *num.* 771. Caniſ. in *Summ. Jur. Canon. t.* 16. *lib.* 1. in *Notat. pag.* 74. Miñan. in *Baſi Pontif. Juriſd. pag.* 235. *num.* 167. *in fin.* Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent Eccleſ. libert. quæſt.* 82. pèr *tot.* ſignantèr ex *num.* 2. P. Pirhing. *h. noſt. text. ſect.* 3. §. 3. *num.* 4. *not.* 2. Guid. Papæ in *Deciſſ. quæſt.* 178. *num.* 1. ubi allios allegat. D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 76. *à num.* 4. Ayll. cum multis, in *Addit.* ad Gom. *tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. & *cap.* 5. *num.* 12. verſ. *De ſacrilegis autem*, Paz *t.* 2. *Prax.*
3 *Eccleſ. prælud.* 2. *num.* 47. † & blaſphemus immunitate non gaudet, juxtà *eund.* Curtell. *lib.* 1. *quæſt.* 39. pèr *tot.* nèc in Eccleſia grave delictum committens, ut dicemus in *num. ſeq.* non experti ſumus talia delicta ab ipſis puniri, sèd dumtaxàt ſummo ſtudio curari quomodo reus aufugiat, (ut probavimus in *anteced. quæſt.* ſub *num.* 3. ex Jul. Clar.) & Judex Laicus à ſuo propoſito cadat cum defraudatione boni communis Reipublicæ, ex quo ſequitur juſtitiæ cauſam, & delictorum punitionem Deo acceptam illudi in odium Divini cultus, & juriſdictionis Sæcularis, & hoc ad literam contigit in homicidio alevoſo perpetrato in menſe *Martio* hoc anno 49. in hac Matritenſi Urbe, cujus reum, cùm aſſecuratum Miniſtri Laici haberent in quodam Religioſo Collegio dùm auxilium Eccleſiaſtici Judicis expectabatur, arreptus fuit ab illorum præſentia, & auxilio præſtito non inventus; propterea autèm noſtri D. Regis indignationem meruit illius Rector, & exterminatus fuit, ut innuimus in *anteced. quæſt. num.* 10.

Affirmativa igitur ſententia prò Regia juriſdictione firmiter eſt tenenda, & firmatur authoritate D. Covarr. *lib.* 2. *Var. cap.* 20. *num.* 18. verſ. *Triceſsimo quinto*, Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 30. *num.* 15. *ſeqq.* verbis: *Sempèr enim vidi indiſtinctè ſervari, quòd qui in Eccleſia delinquit, reputatur indignus, ut ejus immunitate ſe defendat,* Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 97. *Y ſi algun Lego delinquiere en la Igleſia, puede ſer ſacado de ella por el Juez Seglar, y caſtigado, ſin embargo de que el Eccleſiaſtico lo quiſieſſe hacer.* Guid. Papæ in *Deciſſ. quæſt.* 121. *num.* 3. verſ. *Item*, ex *cap. fin. de Immunit. Eccleſ.* Ayll. cum multis, in *Addit.* ad Gom. *tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *num.* 82. ubi quamplurimos allegat prò noſtra ſententia D. Math. *de Re Crim. controv.* 7. *num.* 11. Herrer. *lib.* 1. *Prax. Crim. cap.* 15. §. 3. *num.* 2. & producit Curiam Philip. in §. *Fuero Secular*, P. Pirhing. in *Jus Canon. lib.* 3. *t.* 49. *num.* 43. Ant. Sabel. in *Summ. tom.* 1. §. *Immunitas* 4. *numer.* 5. pèr *tot.* & probatur etiam ex *cap. ult. de Immunit. Eccleſ.* quia reus in Eccleſia delinquens, regulalitèr illa non gaudet, niſi quibuſdam exceptis caſibus, juxtà *eund.* Sabel. ubi proximè, aut niſi leve delictum ſit, Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 2. pèr *tot.* ſignantèr *num.* 11. & 14. àc *quæſt.* 21. *num.* 8. ubi allegat prò ſua D. Covarr. *lib.* 2. *Var. cap.* 20. *num.* 12. verſ. *Vigeſsimo quinto*, & Sylveſtrum in *Summ.* verb. *Immunitas* 3. *num.* 2. Clarum, *dict. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 30. verſ. *Item quæro*, & Farinacium *quæſt.* 28. cum aliis; & ubi foro non gaudet reus, à Laico Judice puniendus eſt, ex *eod.* Curtell.

lib. 1.

5 *lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 23. † nec mirum ſit, quoniam delicta ratione loci fiunt graviora, idem *lib.*1.*quæſt.* 17. *num.* 2. Adeò igitur grave fit quodcumque delictum in Eccleſia commiſſum, quòd Divina Officia perturbans ejici etiàm violentèr poſſit cum manuum inectione quin ita faciens, in excommunicationem incidat, *cap. Veniens* 16. *de Sentent. Excomm.* Graſſ. de *Cleric. effect.* 9. *num.* 285. quem ſequitur D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 76. *num.* 19. reproductis *ſupr.* dictis *h. m. quæſt.* 2. *num.*68. circ. *fin.* tamètſi P. Pichler, dumtaxàt conſentiat in occidente, vèl mutilante in Eccleſia, vèl Cemeterio, non verò in eo qui furtum, vèl aliud delictum grave in Eccleſia commiſsit, *lib.*3. *t.* 49. *num.* 15. Sic etiam, contrà Eccleſiam delinquens immunitate non gaudet, Guid.Papæ, *quæſt.* 121. *num.* 3. ex *cap. Conqueſti, de Sent. Excom.* quibus perſpectis, in dubium vocari non debet, quòd in Eccleſia delinquens, extrahi à Laico propria authoritate poſsit, nam cognitio delicti Sæcularis in Eccleſia commiſsi, (ſecluſo ſacrilegio, quod eſt mixti fori, ut probavimus *num.* 2.) privativè pertinet ad Judicem Laicum, ex *eod.* Sabel. *tom.* 1. §. *Delinquens* 14. *num.* 7. conducunt quæ tradit D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 3. in 5. *Illat.* & *part.* 2. *obſerv.* 76.

6 Eandem poteſtatem habere Judicem Laicum ad ſpoliandum armis, etiàm intra Eccleſiam, & abſquè licentia, reum ad illam cum ipſis confugientem, certi juris eſt, docente D. Covarr. *lib.*2. *Var. dict. cap.* 20. verſ. *Triceſsimo ſexto*, Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 214. *pag.* 78. *ſeqq.* verbis: *Ni el que tiene armas prohibidas en la Igleſia, porque ſe las pueden quitar dentro de ella*, & expreſsius, atquè latius in *num.* 243. Cortiad. *deciſ.* 226. *à num.* 10. & *deciſ.* 228. *num.*29. Sabel. in *Summ. tom.*1. *dict.* §. *Immunitas* 4. *num.* 5. verſ. *An autem*, & §. *Judex* 41. *num.* 28. verſ. *Quod Judices Sæculares*, Curtell. *lib.* 1. *quæſt.* 8. per *tot.* ſignantèr *à num.* 3. verſ. *Nam ex antiquioribus*, ubi producit prædictum D. Covarr. & Villad. (quos prius legeramus) cum multis aliis.

Extrahere etiam poteſt ab Eccleſia Judex Laicus falſam monetam, ſimul què inſtrumenta illam cudendi, & paritèr poteſt à Reis confugatis auferre omnia quæcumque prohibita, ex Sabel. ſententia *dict.* §. *Judex* 41. *num.* 28. † nàm ſi frangenti fidem, fides ſervanda, non eſt etiàm jurata, *cap. Sicut* 29. *de Jur. Jur.* Valer. *de Differ. utriuſq. for.* in verb. *Obligatio, differ.* 7. & in verb. *Tranſactio*, cum multis ab eo productis juribus, Minſing. cum aliis, *cent.* 4. *obſerv.*7.*n.*1. Caniſ. in *Summ. Jur. Canon. lib.* 6. *Decretal. in Regul. Jur. Reg.*38.*pag.*568. quomodò ex adverſo ſubſtineri poterat, Eccleſiam talia nefanda operire, & ſalvi conducti fidem præſtare illi, qui permanentèr, & cum tractu ſucceſsivo eandem offendere inſiſtit cum retentione armorum, cæterorum vè prædictorum, fide venerationis, àc cultus, hoc ipſo ab eodem injuſtiſsimè denegata; † & quanquàm Cortiad. dixerit in *num.* 20. Eccleſiaſtici Judicis licentiam neceſſariam eſſe, ſuadetur contrarium ex dictis in *princ. num.* 4. & expreſsius in *præcedent. quæſt. à num.* 2. nàm reus qui cum armis ad Eccleſiam confugit, prætérquàm quòd non tàm de iſta, quàm de illis confidit, in quo ſatis offendit Eccleſiam, atquè indignus fit, ut ab ea tueatur, illam quoquè violat cum armorum delatione intrà ipſam, ideoquè iterùm indignus fit ejuſdem immunitate, adminùs, ut arma ab eo avelli poſsint, *l.* 3. §. *Arma, cap. De His qui ad Eccleſ. confug. Arma quoquè in quovis telo, fer-*

ferro, *vèl ſpecie eos*, *qui confugiunt minimè intrà Eccleſias habere præcipimus*, tamètſi Villad. in *dict. cap. 3. num.* 214. amplioti judicio tenet, nequè ipſum armorum delatorem quoàd ſuum delictum immunitate gaudere : nèc mirum eſt, ſi meditamur, quòd actu in Eccleſia delinquit : ergo cùm Judex Laicus arma reo aufert propria authoritate in Eccleſia, potius eſt fautor venerationis ejuſdem, quàm immunitatis violator, immò illam accuratè tuetur : ergo Judices Eccleſiaſtici, & Clerici malè de hoc ſentientes, nequam putant, Eccleſiam offendunt, & juriſdictionem Sæcularem odio habent, nàm ex Dialectica, & Legali regula, *contrariorum eadem eſt ratio pèr contradictionem*, *l.* 1. *ff. de His qui ſunt ſui*, *vel alien. jur.* Barboſ. *axiom.* 58. *num.* 11. Rota apùd Gregor. *deciſ.* 517. *numer.* 34.

Sin verò reus extrahendus ab 10
Eccleſia ſit prò teſtimonio ferendo, Judicis Eccleſiaſtici licentiam hoc caſu neceſſariam eſſe non ambigimus, & Laici Judicis cautionem, ſic què, & non aliàs ſubſtineri poſſe Cortiadæ ſententiam, in *num. anteced.* prolatam arbitramur.

QUÆSTIONIS V.

SUMMARIUM.

1 *Ordinis*, *àc methodi ſervati ratio allegatur*, num. 1.

2 *Laicus Judex poteſt Clericum armis ſpoliare*, *illaquè retinere*, *& referuntur hujus ſententiæ DD.* num. 2.

3 *Judex Laicus competens eſt contrà omnes exemptos in quæſtionibus facti*, num. 3.

4 *Quid Juris ſit versùs idem circà Equites Ordinum Militarium?* num. 4.

5 *Judex Laicus competens eſt adversùs Equites Militares ad Pragmaticarum Sanctionum implementum*, ſub num. 5.

6 *Qui ſint caſus in quibus Equites Militares foro privantur*, *& Ordinario Judici ſubjiciuntur?* n. 6.

7 *Quid juris ſit cum Militibus Veteranis?* num. 7.

8 *Cujuſdam facti contingentia*, *& judicium referuntur*, num. 8.

9 *Qui ſint caſus in quibus Milites foro non gaudent*, *& ab Ordinario Judice puniri poſſunt ex* Jur. Reg. numer. 9.

10 *Judex Ordinarius Granatenſis*, *quomodo procedere debeat adverſus Milites Regii Palatii*, *vulgo* Alhambra? num. 10.

11 *Milites auxilium præbere debent Ordinario Judici*; *& àn aliquod intereſſe prætendere poſſint in quacumque fraudis apprehenſione ab ipſis facta?* num. 11.

12 *Proſequitur relatio caſuum in quibus Milites Judici Ordinario ſubjiciuntur*, num. 12. & 13.

14 *Quid juris ſit cum Militibus Militianis òb armorum geſtationem?* num. 14. *& quid quoàd cauſas Civiles*, *& Criminales?* num. 15.

16 *Quid juris cum Militibus Maritimis*, *& cunctis Marinæ foro gaudentibus?* num. 16.

17 *Qui ſint caſus in quibus Matriculati*, *foro nudantur*, *& Ordinario Judici ſubjiciuntur? Quid facere debeant eorum Duces*, *ex Regia Ordinatione*, *in hujuſmodi*

di caſibus, & quomodo formari debeat contentio, & à quo decidi? num. 17.

18 *Quid juris ſit cum Officialibus S. Inquiſitionis?* num. 18. *& noſtra exprimitur ſententia*, num. 19.

20 *Equitibus Ordinum Militarium, Militibus, & Familiaribus Inquiſitorum prohibetur à* Jur. Reg. *armorum uſus; & quibus pœnis?* num. 20.

Armorum geſtatio capitalem pœnam habebat de Jure communi; & quæ ſit hodiè de Jur. Reg. dict. verſ.

21 *Qui ſint caſus in quibus Familiares, fori privilegio nudantur, & Ordinario Judici ſubjiciuntur?* num. 21.

22 *Quid juris cum Scholaribus òb armorum delationem, & òb reſiſtentiam Ordinario Judici?* numer. 22.

23 *Nullus omninò arma alba parva deferre poteſt hodiè ex Regio Decreto*, num. 23.

24 *Armorum alborum parvorum uſus, etiam Cultrorum, & Novacularum quarumcumque cuſpidatim factorum, cunctis omnibus, nullo dempto, etiam Judicibus ſub gravibus pœnis abſolutè prohibetur ex* Jur. Reg. num. 24.

In delicto delationis armorum, Ordinario Judici privativè, & cum cæterorum omnium inhibitione cognitio competit, & competentia formari à nemine valet, nèc adhùc à S. Inquiſitionis Tribunali, ibid.

Ordinarius Judex compellere poteſt quoſcumque teſtes cujuſvis fori ſint, in cauſa apprehenſionis armorum, nullius invocato brachio, tanquam ſi Ordinariæ juriſdictionis ſubditi abſolutè eſſent, quin ullus Judex ullo prætextu immiſceri valeat, ibid.

QUÆSTIO V.

UTRUM JUDEX LAICUS POSSIT Clericum armis ſpoliare; & àn etiam Equites Ordinum Militarium Milites Veteranos, Militianos, & Matriculatos, Officiales Sanctæ Inquiſitionis, Scholares, &c.

1 PRimus propoſitæ quæſtionis caſus paſsim obvius eſt, & Eccleſiaſticos plures diſſentire à vera, àc legali reſolutione non ignoramus; quapropter opportunum erit, illos ad ſanam reducere mentem, atquè ſententiam, & concordiam: porrò cæteri, ſummè nexi ſunt ratione materiæ, & privilegii, exemptionis vè ab Ordinaria juriſdictione; quamobrem non abſonum videtur, illos ſimùl diſcutere, iiſdem impellentibus motivis, quos in *anteced. quæſt.* expoſuimus *num.* 1. nè cum caſus evenerit, lavatur illarum juriſdictionum concordia cum Regali Ordinaria. De unoquoque igitur ſuo ordine agemus.

À Clericis tanquàm digniori- 2

bus incipiendo, magis recepta ſententia eſt poſſe Judicem Laicum illos armis ſpoliare, ea què retinere; & quælibet rejicitur dubitatio authoritate D. Covarr. *lib.*2. *Var. cap.*20. *num.* 18. verſ. *Triceſsimo ſexto*, ubi ſic loquutus eſt: *Apùd Hiſpanos uſus obtinuit, ut Clerici cum armis ipſis deprehenſi à Miniſtris Judicis Sæcularis, armis ſpolientur, quod juſtè fieri poteſt, cùm alioqui, ſi à Judicibus Sæcularibus id non fieret, liberam haberent Clerici facultatem arma vetita deferendi, àc deindè maxima ab his ſcelera liberius perpetrarentur in Reipublicæ injuriam, & Eccleſiaſtici ordinis, àc dignitatis opprobrium*, & *Pract. QQ. cap.* 33. *num.* 7. Eandem tenent Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 26. Ludov. Carrer. *Prax. Crim. in tract. de Vi public. num.*4. Bobad. *lib.* 1. *Polit. cap.* 13. *num.* 87. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 83. & *cap.* 18. *num.* 66. 69. & *duob. ſeqq.* & in hoc *ult.* loco allegat prò ſua ſententia innumeros DD. Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 243. verſ. *Y no puede el Juez Eccleſiaſtico*, *in ultim. verb.* Herrer. *lib.* 1. *Prax. Crim. cap.* 15. §.3. *num.*2. ad *med.* Congruit *l.* 5. *t.* 4. *lib.* 1. *Recop.* & diximus *ſup. in Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 134. & latius ex *num.* 151. *ad* 177. ſignantèr *num.* 155. & 156. firmat Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 10. pèr *tot.* præcipuè à *num.* 76. 81. & 94. ubi in hoc ultimo, ſic ait: *Ad leges à Principibus latas obſervandas, ètſi juris ordine cogi non debeant, Bellarminus putat*, (loquitur de Clericis) *non tamen omninò proceſſum facti* (*ut ità dicam*) *effugere poſſunt, ut eſt retentio armorum, quæ nullum juris effectum, sèd facti tantùm habet.*
3 † Porrò in quæſtionibus facti competens eſſe poteſt Judex Laicus contrà omnes exemptos, juxtà *eund. dict. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 26. & quod magis eſt, poteſt Clericus in pœnis pecuniariis à Judice Laico puniri òb armorum geſtationem, ut *ſup.* probavimus *dict. Memb.* 1. *quæſt.* 2. *à num.* 155. & hæc quoàd Clericos ſufficiant.

Idem procedit circà Equites Ordinum Militarium arma prohibita deferentium, nàm non gaudent fori privilegio, ut expreſsè proviſum fuit in *l.* 17. *t.* 23. *lib.* 8. *Recop.* & *numer.* 22. *remiſſ. t.* 1. *lib.* 4. *Recop.* D. Creſp. *part.*2. *obſerv.* 53. pèr *tot.* & æedem rationes, quæ in Clerico militant, nè gaudeat, quæ videri poſſunt in DD. proximè allegatis, etiam obtinent, & paritèr procedunt in Equitibus Militaribus. 4
5 † Deindè, quia armorum uſus prohibitus eſt ex Regiis Pragmaticis, omnibus notis, quas in *num.* 7. 20. & 24. expendemus; ità eſt, quod Judex Laicus competens eſt adversùs Equites Militares ad Pragmaticarum ſanctionum adimpletionem, pœnarum què impoſitionem òb illarum violationem, ut defendunt Bobad. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 27. Villad. *cap.* 5. §. 20. *num.* 117. & Carlev. *lib.* 1. *t.* 1. *diſp.* 2. *num.* 433. ubi refert caſus in quibus, cujuſdam Concordiæ virtute prædicti Equites foro non gaudent, intèr quos, hic exprimitur *ſeqq.* verbis: *Violationis Regiorum reſcriptorum*, & expreſſius, atquè in terminis terminantibus in *ead. diſp. lib.* & *t. num.*456. *Limita tertiò prædictam concluſionem tertiam, ut ſi Eques Ordinis Militaris violet Pragmaticas Regias, & earum pœnis ſe obſtringat, poſsit à Judicibus Sæcularibus puniri, & non gaudeat privilegio fori, sèd ſubjaceat ſæculari juriſdictioni*, ubi producit prædictos Bobad. & Villad. omiſſo §. *Qui*, *ut diximus* 20. eſt, & itèm in *num.* 457. ubi ſic inquit: *Sed oportet diſtinguere, nàm aut lex, vel pragmatica imponit pœnam amiſ-*

amiſsionis ipſo jure alicujus rei, volens, ut incidat in commiſſum in caſu contraventionis, veluti ſi prohibeantur portari veſtis, aut arma, aut extrahi, vèl introduci merces in Regnum : : : etiam ſinè pœna commiſsi, ut portatio armorum, vèl veſtium prohibitarum, òb publicum, & commune bonum. Aut, &c. : : Primo caſu dicendum eſt, poſſe Religioſum Militarem quantumvis exemptum puniri à Judice Sæculari, quoàd rem ipſam, quæ incidit in commiſſum, auferente illam, & declarante incidiſſe in commiſſum, aut auferente arma vetita, vèl veſtem prohibitam Religioſo; quemadmodum poſſet iiſdem caſibus puniri Clericus gaudens privilegio fori, & ſpoliari armis, aut veſte prohibita, juxtà tradita à nobis ſuperius quæſt. 3. n. 155. 157. 158. *&* 159. ergo noſtra ſententia firma eſt.

6 Si alios caſus ſcire deſideras in quibus contrà ipſos Equites Laicus Judex procedere poteſt, vide in *num.* 21. *remiſſ. t.*1. *lib.*4. *Recop.* & apùd *eund.* Carlev. ubi proximè, *num.* 453. *&* 455. junɛto *num.* 417. & & in *dict. lib. t. & diſp. ſect.* 4. pèr *tot.* D. Larr. *alleg.* 64. *num.* 24. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 232. *& cap.* 19. *à num.* 9. uſquè ad 28. Villad. *cap.* 5. §. 20. *à num.* 112. *ad* 117. & Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 50. vide dicenda *infr.* in *Bull.* 1. *not.* 2. ad §. 1. & in *Bull.* 2. *not.* 2. ad §.7. Conſuetudini tamèn ſtandum fore tenent Caſtr. Palaus, *Oper. Mor. tom. tract. de Cenſur. diſp.* 3. *punct.* 23. §. 1 *num.* 16. Jul. Capon. *diſcept.* 121. *num.* 29. Cardin. de Luc. de *Juriſdict. diſc.* 92. *num.* 16. Delbene de *Immunit. cap.* 1. *dub.* 1. *ſect.* 1. in *fin.*

7 Ità paritèr poteſt Judex Laicus armis ſpoliare Milites Veteranos ex Regia diſpoſitione, *l.* 17. *t.* 23. *lib.* 8. *& num.* 28. *remiſſ. t.* 1. *lib.* 4. *Recop.* & quod adhùc magis eſt, ſi Miles fuerit realitèr apprehenſus cum armis parvis albis, aut etiam ignis, forum Militarem amittit, & Judex Laicus competens eſt adversùs illum ex Regio Decreto D. Don *Philipi V.* relato in *Aut.* 13. *t.* 6. *Aut.* 10. *cap.* 1. *Aut.* 11. *t.* 4. *lib.* 6. non enim alitèr armis uti Miles poteſt, quàm cùm in aliquo actuali miniſterio eſt, vulgò, *quando eſtà de ordenanza*, ex *artic.* 18. *t.* 16. *lib.* 2. *Ordinat. Milit. Ni permitirà, que ſe ſaquen armas de fuego, ni coſa, que pertenezca à ſu montadura*, & expreſsius in *artic.* 19. *No podràn ſalir de ſus Quarteles con otras armas, que ſus eſpadas*, (& adhùc hoc, ex decentia dumtaxàt permitti putamus, nam multoties prohibitum vidimus) *excepto los dias que eſtuvieren mandados para nueſtro ſervicio*, & in *Aut.* 8. *t.* 6. *lib.* 6. paulò poſt principium : *Pero no eſtando en viaje, ò en exercicio, ò en otra funcion militar, no podràn traer las piſtolas de arzon, y particularmente en la Villa, ò Lugar donde eſtuviere alojado, ſino es yendo à caballo, pues ſi uſare de ellas en otra forma, ſerà incurſo en las penas del Vando.* Militibus peditibus, vulgò, *de Infantería*, etiàm prohibetur extrà prædictos caſus uſus Sicæ, vulgò, *de la Bayoneta*, ut experientia docet, quia quotidiè oculis illos, abſquè ea cernimus, & ità ſervari vidimus, tàm in hac Matritenſi Urbe, àc in cæteris in quibus degimus, ut nullo unquàm caſu, nèc unus Miles cum Sica deambulet niſi ſit ſpecificæ ordinationi, aut miniſterio deſignatus; † & ità 8
quoquè fuit judicatum in quadam facti contingentia criminalis cauſæ, quam contrà duos Milites fulminavimus, àc in publicum carcerem detrudi fecimus in Opido Exitani, vulgò *Salobreña*, proptèr apprehenſionem Sicæ in uno eorum facta, & alterius reſiſtentiam, qui cùm vidiſſet

ſet ſocium ſuum capi, eximere eum voluit de manibus Alguazelorum, cæteros què Milites ipſi ambo invocarunt vocibus magnis clamantes: *Aqui de mis Soldados*, & Regio Granatenſi Prætorio à nobis illicò conſulto ſupèr hoc graviſsimo dubio, an ſcilicèt procedere contra prædictos Milites poſſemus, eò quòd Milites eſſent, & conſequentèr ab ordinaria juriſdictione exempti, & àn ſica æſtimari deberet comprehenſa inter arma alba parva, (cavens, nè forſán Generalis Dux, & ad ejuſdem inſtantiam Conſilium Militare, vulgò *de Guerra*, in me irruerent, ut de facto evenit) Regiam emiſsit Proviſionem, qua nobis juſsit, ut in cauſa procederemus, uſque ad definitivam incluſivè, & illos damnavimus cum ſuperiori approbatione Senatus prædicti, àc Dominus Fiſci Patronus, qui ea tunc erat *D. D. Franciſcus del Rallo Calderòn de la Barca*, in Supremo Caſtellæ Conſilio competentem pro nobis, ſui muneris vi, fecit defenſionem, & contentio formata fuit cum ſupremo Militari, nè ab iſto moleſtarer, ut conabatur prædictus Generalis Dux: noſtra ſententia cum effectu executa fuit in Reorum perſonas, æſtimataque fuit ſica Militaris, extra caſum miniſterii, de genere armorum alborum parvorum, quatenus voluntariè delata, & extra caſum Ordinationis Militaris.

9 Alii quoque ſunt caſus in quibus Milites Regiæ juriſdictioni ſubjiciuntur, quos hac occaſione tranſeunter attingere non renuimus, nempè proptèr uſurpationem Jurium Fiſcalium, & rerum prohibitarum introductionem, *Aut.* 12. *tit.* 4. *lib.* 6. *&* *num.* 2. *remiſſ.* circ. *princ.* verſ. *Se exceptùan*, *dict. tit. &* *lib.* ubi multi ſunt congeſti. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 42. *num.* 24. Item in caſu reſiſtentiæ, *ex dict. num.* 2. *& à num.* 23. *uſque ad* 28. *remiſſ. tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil.* ubi plurima videri poſſunt hanc in rem.

10 Quomodo autem Judex Ordinarius Granatenſis Civitatis procedere debeat contrà Milites Regii Palatii, vulgò dicti *Alhambra*, *vide in num.* 10. *Remiſſ. dict. tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.*

11 Nota quoque, quòd ſi Milites, cujuſdam fraudis apprehenſionem fecerint, privativè ſpectat cognitio ad Judicem Ordinarium ad quem referre debent (limita niſi alius ſubdelegationem habeat Jurium Fiſcalium) illique auxilium præbere, quim ipſi aliquod intereſſe habeant, *dict. Aut.* 12. *tit.* 4. *lib.* 6. *Recopil. artic.* 7. *t.* 12. *lib.* 2. *Regiar. Ordinat. Milit. Aut.* 49. *tit.* 21. *lib.* 5. *Aut.* 16. *tit.* 11. *lib.* 8.

12 Item ſcias tàm fœdum eſſe reſiſtentiæ crimen, quòd ſi Milites reſiſtentiam fecerint Judici Ordinario, Forum Militarem amittunt, ita ut competentia formari nequeat, nec alius recurſus intentari, *Aut.* 24. *&* 27. *cap.* 1. *tit.* 6. *lib.* 2. † Sic ſimilitèr, ſi contumeliam juſtitiæ Officiali fecerint, aut quovis modo injuriam intulerint, ſi obviam exierint in publicis viis, aut in platea panem portantibus, ad illum per vim capiendum, etiamſi ſit neceſsitatis tempore, aut alitér in Officiis Sæcularibus deliquerint, ſi aliqua ſimul exercuerint, & in omni cauſa contraventionis legum municipalium, vulgò *de Ordenanza de la Ciudad*, *ò Villa*, etiam Forum amittunt, & Ordinario Judici ſubjecti manent, *ex dict. Aut.* 27. *cap.* 1. D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 35. *numer.* 52. ubi allegat Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *numer.* 99. Carlev. *lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 453. *&* 454. *cum multis ab eo relatis*, Dian. *Reſol. Mor. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 19. & ab argumento Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 19. D. Salgad. *de Reg. Protect. part.* 4. *cap.* 14. 13

num.

num. 90. *&* 91, D. Larr. *allegat.* 86. *num.* 26. *tom.* 2. ſicut, & in Cauſis Civilibus, *ex eod. Aut.* 27. *cap.* 7. *tit.* 6. *lib.* 2. Et quod magis eſt, ſi quemcumque vaſſallum vexaverint, aut injuria affecerint, quidquam vè ſurripuerint, puniri poſſunt ab Ordinario Judice, quin Forus quidquam illis proficiat. *Art.* 5. *tit.* 13. *lib.* 2. *Regiar. Ordinat. Milit.*

14 Pariformitèr, Milites Militiani armis ſpoliari poſſunt à Judice Ordinario, quoniam illa deferre prohibiti ſunt ex iiſdem rationibus, quas antecedentèr in *num.* 2. ex D. Covarrub. retulimus; in omnibus etenim, & in quibuſcumque perſonis, ſignantèr in privilegiatis, eadem militat ratio, nè vaſſallorum pax turbetur, nec Reipublicæ commune bonum periclitetur. Inſupèr, quia in Pragmaticorum contraventionibus, foro non gaudent, Regiæ què juriſdictioni ſubjiciuntur, *ex Aut. fin. &* *num.* 2. *remiſſ.* verſ. *Se exceptùan*, ibi: *En los caſos de Pragmaticas*, *tit.*4. *lib.* 6. & ita abſque ulla contradictione ſervavimus in Opido *Exitani*, ubi abuſus erat à Militianis, & ab univerſis vicinis introductus, enſes nudos, die, ac nocte deferendi, quem delevimus, †

15 nam ſubjecti ſunt Militiani in criminalibus cauſis, Judicibus Ordinariis in prima inſtantia, ut conſtat ex *num.* 24. *remiſſ. tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil.* quanquam hoc reformatum eſt, ut ex *eod. num.* conſtat, atquè innovatum eſt hodiè in *Artic.* 79. *& duob. ſeqq. pag.* 123. *Regiar. Ordinat. Militiar. in Addit.* ad Ordinationem expeditam 31. die *Januarii*, anni 1734. & in *Artic.* 19. *pag.* 185. in Regia Reſolutione 25. Octobris, anni 1743. Præoculis tamen habere convenit. *Artic.* 82. *pag.* 126. prædictæ Additionis, quia quandam continet limitationem, videlicèt, ut hoc non fruantur privilegio antiquæ Militiæ, ſed dumtaxàt illi, qui actu inſerviunt: in Civilibus autem Cauſis, Regiæ ſubſunt juriſdictioni. *Artic.* 26. *Regiæ Ordinat.* 31. *Januarii* 1734. *pag.* 28.

Pari modo, armis ſpoliari poſ- 16
ſunt ab Ordinario Judice Milites Maritimi, & etiam Nautæ omnes naviculariæ operam dantes, vulgò dicti *Matriculados*, & quicumque omnes hujus fori privilegio gaudentes, cujus fori ſunt Piſcatores omnes, & òb armorum delationem ſuum forum amittunt, & Regiæ ſubjiciuntur juriſdictioni, ut expreſsè deciſſum legitur in cap. 24. *Regiæ Inſtructionis Marinæ*, expeditæ à Sereniſsimo D. Infanti Caſtellæ Don *Philippo* anno 1737. quam in Regia Bibliotheca non invenimus, ſed inſertam reperimus ad finem Operis in lucem editi *Quæſt. Juris public. pag.* 435. *à D. Don Egydio Joſeph Ortega & Cotès*, Regio Senatore in Ordinum Militarium Regali Conſilio.

Simili modo exuti manent præ- 17
dicto privilegio, Matriculati (ſicut & Milites Veterani) in multis aliis caſibus comprehenſis ex cap. 22. uſque ad 25. incluſivè, *dictæ Inſtructionis*, & continuò præſcribitur ibidem modus ordinandi proceſſum, & recurſum competentiæ, cum inter Ordinarium, & Marinæ Commiſſarium contentio evenerit, & declaratur *ſeqq.* verbis: „ En todos los caſos, que dexo exceptuados, y „ ſeparados de el conocimiento de „ mi juriſdiccion, como os queda „ advertido, no haveis de embarazar, que procedan las Juſticias „ Ordinarias ſin competencia, ni altercacion de fuero, ni juriſdiccion, „ conſtandoos primero, que los matriculados, de qualquiera grado, „ ò condicion que ſean, han delinquido, y cometido exceſſos, por „ los quales deban perder el fuero „ de Marina; y ſi ſobre ſer comprehendidos en los delitos exceptuados los que cometan los matricu-

„ lados, ocurriere competencia con „ las Juſticias Ordinarias, deberà „ determinarſe en el Supremo Tribunal del Almirantazgo, à quien „ debe pertenecer la declaracion de „ las competencias, y à donde deberàn acudir las Partes, que intentan evadirſe de la Juriſdiccion „ Ordinaria.

18 Quæro nunc, àn Familiares Sanctæ Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, armis ſpoliari poſsint ab Ordinario Laico Judice; ſed prius inveſtigare oportet àn arma illi defferre poſsint? Negat Carena *de Offic. S. Inquiſ. part.* 1. *tit.* 14. §. 4. *per tot.* Cortiad. *deciſ.* 30. *per tot.* Ant. Sabel. *tom.* 1. §. 40. *num.* 13. *&* *tom.* 2. §. 6. *num.* 9. verſ. *Et idem eſſe quoad Familiares*: contra autem affirmat, quacumque lege Sæculari non obſtante Miñan. *in Baſi Pontif. Juriſd. pag.* 191. *num.* 45. allegans Salced. *in Addit. ad Prax.* Bernard. Diaz *cap.* 154. *num.* 25. *& alios.*

19 Salva tamen horum DD. authoritate, pro ipſorum opinionum pace, hæc videri noſtro, ſtatui poteſt concluſio verſus prædictos privilegiatos, & armorum geſtationem, quòd nempè, illis uti debent ad eum unicè finem, qui ad hujuſmodi privilegium expediendum, concedentis animum impulliſſe rationabilitèr creditur, alioquin abuſus erit; nam ſi Milites illa deferre nequeunt, Regiis Ordinationibus vetantibus, niſi cùm in actuali miniſterio ſunt, ut vidimus à *num.* 7. eò non obſtanti, quòd nihil tàm proprium Militum ſit, quàm armorum uſus; quomodò, qua vè ratione aliis non militibus plus ultra permitti poterit? Si enim armorum uſus eſt de genere rerum prohibitarum, ideòque non conceditur niſi ad talem, vel talem functionem, ad hoc, vel illud miniſterium; quæ ratio allegari poterit, ut extra illam, vel illud, armis quivis Familiaris abutantur, dùm abſit conceſsionis finis? Hunc porro eſſe exiſtimamus, ut meliùs, & tutiùs munus ſuum exerceant cùm actu Familiares ſerviunt, ita ut in actuali deſignato ſint miniſterio, hoc eſt, dùm actualitèr, atquè ſpecificè miniſtrant, ſeù in Officio officiando; non verò ſemper, & pro ſemper.

Deciſsionem hanc, & cunctas 20 quas *h. q.* retulimus firmat noſtrum jus Regium ſtatuendo generalem prohibitionem delationis armorum *per leg.* 17. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopil.* cujus Rubrica, utpotè brevior, hæc eſt: *Que manda guardar la ley precedente, y las demàs, que prohiben los Piſtoletes, y que ſu obſervancia comprehenda à los Cavalleros de las Ordenes Militares, Soldados, y Familiares, y ſe acrecientan las penas*; & *num.* 20. *remiſſ. tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil.* Sempèr enim ita deteſtabilis fuit armorum portatio, quòd de Jure Communi habebat pœnam capitalem, Guid. Papæ *in Deciſ. quæſt.* 437. *num.* 7. *ex leg. Quoniam multa, C. Ad Leg. Jul. de Vi*, ſed hodiè mitior eſt, ut *num.* 24. circ. *princ.* dicemus.

Aliis etiam in caſibus Familiares 21 Inquiſitorum, fori privilegio carent, ut videre eſt in *remiſſ. tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. à num.* 16. *ad* 20. *& dicemus infr. in Bull.* 1. *not.* 2. *ad* §. 1. *& in Bull.* 2. *not.* 2. *ad* §. 7.

Idem ex prædictis Juribus in 22 Scholaribus procedit; & nota, quòd ſi hi Ordinariis Judicibus reſiſtentiam fecerint, ut viciſsim contingit, fori privilegium amittunt; *leg.* 28. *tit.* 7. *lib.* 1. *& num.* 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* & in hoc delicto procedi poteſt, etiam ad inſtantiam Fiſci, D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 4. *num.* 257.

Præterea multis ex privilegiatis 23 hucuſque relatis, & aliis *h. q.* non memoratis, nec in quavis Pragmatica inventis, recentius prohibitus eſt armorum uſus ex Regio Decreto N. D. Regis *Don Ferdinandi VI.* quod

quod publicè in hac Matritenſi Urbe promulgatum fuit, ædicta què in conſuetis locis fixa, ut ad omnium perveniret notitiam; & ut pleniorem eam adquiras, hùc inſerere illud decrevimus tenore, qui ſequitur.

VANDO.

24 „ MAnda el Rey nueſtro Señor, y en ſu Real nombre los Alcaldes de ſu Real Caſa, y Corte: Que en conformidad de lo que ſu Mageſtad ſe ha ſervido reſolver, a Conſulta de el Conſejo, de cuya Orden ſe ha participado à la Sala en aviſo de veinte y uno del corriente, y de lo que, ſegun la citada Real Reſolucion, ſe ha mandado prevenir al Miniſtro de Hacienda, y Guerra: Ningun Juez, Alguacil, Eſcrivano, y Miniſtro de Juſticia de los Conſejos, Audiencias, y Tribunales, aunque ſea el de la Inquiſicion, Guardas de todas Rentas, Miniſtros, y Dependientes de ellas, ni otra ninguna perſona, de qualquier eſtado, empleo, calidad, ò diſtincion que ſea: No pueda uſar, ni uſe de Armas cortas blancas, de las que eſtàn prohibidas, en que ſe comprehenden las Navajas de virola, o muelle, y de golpe ſeguro, * pena al que ſe le aprehendiere, ò uſare de eſtas Armas, ſi fuere Noble, de ſeis años de Preſidio; y ſi fuere Plebeyo, ſeis años de Galeras, en que deſde luego ſe les dà por condenados, ſolo por el hecho de la aprehenſion, y ſe executaràn irremiſiblemente, como eſtà prevenido en la Real Pragmatica, promulgada en el año de mil ſetecientos veinte y dos, * prohibiendo el uſo de Armas blancas cortas, la que aora nuevamente ſe manda obſervar riguroſamente, y ſin diſpenſacion alguna: Que para las Cauſas, que en razon de eſte delito ſe fulminaſſen, quedan privados los Reos de ellas de todo fuero, aunque le tengan privilegiado; de modo, que no ſe ha de poder formar competencia por ningun Conſejo, ni Tribunal, aunque ſea el de la Inquiſicion, pues privativamente ha de conocer de eſte delito la Juſticia Ordinaria, cuya privacion de fuero es, y ſe entiende tambien para los Teſtigos, que ſea neceſſario examinar en la juſtificacion de eſtas Cauſas; de forma, que no no ha de ſer neceſſario pedir permiſſo alguno à ningun Gefe de Caſas Reales, ni otro Superior del fuero del Teſtigo; y que puede el Juez de la Cauſa apremiarlos conforme à Derecho, ſin que antes, ni deſpues de la depoſicion, ni del permiſſo, pueda, con ningun pretexto, el Tribunal de cuyo fuero ſea el Teſtigo, mezclarſe en ello, ni proceder judicial, ni extrajudicialmente, pues ſolo correſponde, y lo ha de hacer en eſte aſſumpto la Juſticia Ordinaria, como ſi los Teſtigos fueſſen abſolutamente ſujetos à ella: Que eſte delito de uſo

„ de

** El uſo de Cuchillos (que es mas todavia) eſtuvo muy anteriormente prohibido, con la pena de 10ꝟ. mrs. por la ley 18. tit.23. lib. 8. de la Recopil. y el Real Acuerdo de la Real Chancilleria de Granada les tiene años hace declarados por comprehendidos en las Reales Pragmaticas de S. M. como tambien las Navajas, y que ſu aprehenſion ſe caſtigue con las penas, que las miſmas ordenan; de cuya declaracion ſe expidiò Real Proviſion antes del año de 39. que à mi coſta hice llevar al Archivo de la Villa de Salobreña, del territorio de la referida Chancilleria.*

** La Pagmatica del año de 22. ſe halla trasladada al Aut.9. tit.6. lib.6. y mandada ſu publicacion por el Aut. 10. de los miſmos tit. y lib.*

,, de Armas cortas blancas , que
,, quedan prohibidas , es abſoluta-
,, mente exceptuado de qualeſquier
,, indulto , y que no ſe ha de poder,
,, con ningun motivo , ni pretexto,
,, commutar la pena , que và im-
,, pueſta , y es la miſma , que lo eſtà
,, por la yà citada Real Pragmatica,
,, cuya debida obſervancia ſe deſea;
,, y para que lo referido llegue à no-
,, ticia de todos , y que ninguno , en
,, el caſo de contravencion , pueda
,, alegar ignorancia , ſe manda pu-
,, blicar por Vando , y que de èl ſe
,, fixen Copias en los ſitios acoſtum-
,, brados de eſta Corte ; y lo ſeñala-
,, ron en Madrid à veinte y ſeis dias
,, del mes de Marzo de mil ſetecien-
,, tos quarenta y ocho. Eſtà rubrica-
,, do. Es copia del Vando original,
,, que queda en la Secretarìa de Ca-
,, mara , y Govierno de la Sala , à
,, que me remito : Y para que conſ-
,, te , de orden de los Señores de
,, ella , yo Don Roque de Galda-
,, mes , Eſcrivano de Camara del
,, Rey nueſtro Señor en el Crimen
,, de ſu Corte , Oficial Mayor en el
,, de Govierno de la Sala de los Se-
,, ñores Alcaldes de ella , y de au-
,, ſencias , y enfermedades del Pro-
,, pietario de eſta Eſcrivanìa , lo fir-
,, mo en Madrid à veinte y ſeis de
,, Marzo de 1748.

QUÆSTIONIS VI.

SUMMARIUM.

1 *ORdinis ratio producitur*, n. 1. *Corpore delicti non probato, procedi nequit ad Rei punitionem, nec datur cauſa, nec Reus*, ibid. *Et proceſſus eſſet nullus* , n. 4. ad fin.

2 *Judex Laicus requiſita licentia Judicis Eccleſiaſtici , vel Rectoris Eccleſiæ , & injuſtè denegata, poteſt exhumare cadaver ad juſtificationem corporis delicti propria authoritate , & referuntur hujus ſententiæ DD.* num. 2.

3 *Defunctorum corpora ſepeliri à Clericis nequeunt , niſi præcedente Judicis inſpectione , & permiſſu, cùm mors naturalis non fuit , aut dubitatur* , num. 3.

Quid à Judice faciendum ſi morte violenta defunctum Clerici de facto ſepelierint , abſquè juſtitiæ inſpectione? ibid.

Quid faciendum ad probationem corporis delicti? ibid. & ſub num. ſeq.

4 *Cùm delicti veſtigia remanent, quid facere debeat Judex accedendo ad delicti locum pro corporis delicti probatione?* num. 4. & 5.

QUÆS-

QUÆSTIO VI.

UTRUM JUDEX LAICUS POSSIT exhumare cadaver ad juſtificationem delicti, abſquè licentia Judicis Eccleſiaſtici.

1 GRaviſsimis ſcandalis, multoties propoſitæ quæſtionis materia occaſionem præbuit, non conniventibus utriuſque juriſdictionis Officialibus : quis autem à zelo juſtitiæ ſemotus ſit, àn Laicus volens cadaver exhumare ad juſtificationem corporis delicti ; (ſine qua ad admodùm neceſſariam Rei punitionem procedi non poteſt, quia nèc datur cauſa, nèc reus, *l.* 1. §. *Itèm illud*, *ff. Ad Silan.* Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 15. *num.* 91. Herrer. *lib.* 1. *Prax. Crim. cap.* 5. §. 1. *num.* 25. Regia Hiſpal. Academ. *in Diction. lit. C.* verb. *Cuerpo de delito*, *pag.* 689. *col.* 1.) àn verò Eccleſiaſticus permittere nollens, quamobrèm, ut hìc, cùm caſus contigerit, ſua utatur juriſdictione, *non ad præjudicandum, ſed potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum*, præſentem operi noſtro ſubjicimùs quæſtionem.

2 Affirmativam prò Regia Juriſdictione, Laico que Judice probant Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. q.* 55. *num.* 11. *ad med. ult. col.* P. Dian. *tom.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 129. §. 1. Emmanuel Themud. *in Deciſ. tom.* 2. *deciſ.* 131. *num.* 6. Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 15. *dict. num.* 91. *n.* 94. *&* 95. àc congruunt, quæ tradit in *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 294. Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 15. *pag.* 60. Herrer. *lib.* 1. *cap.* 5. *Prax. Crim.* §. 1. *num.* 12. & multi relati ab Ayll. *in Addit.* ad Gom. *tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 30. Cortiad. *deciſ.* 228. *à numer.* 18. *ſignantèr num.* 29. ubi defendit, quòd Laicus exhumare poteſt propria authoritate, quin fundamenta ab iſto *Doc.* expoſita, ab aliquo benè impugnata legerimus, ad quem pro tua pace te remittimus; & Anton. Sabel. *in Summ. diverſor. tract. tom.* 1. §. *Cadaver*, 1. *num.* 4. *& tom.* 2. §. *Judex*, 41. *num.* 29. *&* 33. tenet, quòd ſufficit licentia Rectoris Eccleſiæ, nàm venia, ex urbanitate petenda eſt; àt illa denegata, ad exhumationem à Laico propria authoritate faciendam, ex dictis proceditur, reproductis quæ diximus *ſup. h. m. q.* 3. *num.* 6. ubi probavimus, quòd conſenſus requiſitus, & injuſtè denegatus prò præſtito habetur.

Obitèr autem ſcias, quòd cadavera 3
defunctorum morte violenta, non ſunt per Clericos ſepelienda, niſi prævia inſpectione juſtitiæ, Sabel. ubi proximè, *dict.* §. *Cadaver*, 1. *num.* 4. verſ. *Cadavera defunctorum*, Cortiad. *dict. deciſ.* 228. *num.* 22. verſ. *Undè exiſtimo*, & ſi de facto, atquè attentate Clerici occiſſum ſepelierint antè inſpectionem, poteſt Judex Laicus ex officio illum effodi, & exhumari jubere ad inſpiciendum, & videndum ſi extent vulnerum veſtigia, & àn ſint læthalia ad probationem corporis delicti; Jul. Clar. *lib.* 5. *Sent.* §. *fin. dict. quæſt.* 55. *num.* 11. Farinac. *in Prax. part.* 1.

quæſt.3. num. 5. *Cur. Philip. tom.* 1. *part.* 3. §. 10. *ſub num.* 7. Conciol. *Variar. Reſol.* verb. *Recognitio, reſol.* 2. *num.* 2. Cortiad. *ead. deciſ.* 228. *num.* 5. Bobad. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 91. *&* 93. *cum duob. ſeqq.* Cæterùm revera fidem facimus, aliquoties contra factum fuiſſe, & ante inſpectionem cadaver ſepultum: non igitur mirentur Superiores, cùm viderint concordiam ambarum juriſdictionum frangi, nàm hujuſmodi in Civilis procedendi modus, Laicos Judices neceſſariò conſtringit, ut ſua juriſdictione Regia, quam fidelitèr miniſtrare debent, acritèr, & potentèr viribus cunctis utantur, potiùs quàm in illius vituperium conſentiant, ut diximus *ſup. in Præfat. num.* 60. *&* 63. melius enim Clerici feciſſent, ſi cum debito temperamento proceſsiſſent, debitamquè àc conſuetam juſtitiæ requiſitionem expectaſſent, àc ita populi expectationem, & ſcandalum vitaſſent.

4 Nullus etenim hanc praxim ignorat, quia frequentiſsimè videtur, & experitur, quòd in delictis facti permanentis, cujus certa remanent veſtigia, accedere tenetur Judex, ſeù ipſius Curia ad delicti locum ad videndum corpus defuncti, aut vulnera in homicidio, oſtii fractionem in furto, combuſtionem in incendio, & ſic de cæteris, aliàs legitimè non conſtaret de corpore delicti; Jul. Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 4. *num.* 4. Herrer. *lib.* 1. *Prax. Crim. cap.* 5. §. 1. *à num.* 21. *ad* 27. ubi refert quomodò, quibuſque ex cauſis, aut ſignis, & circunſtantiis probetur delicti corpus in variis delictorum generibus; Paz *part.* 5. *Prax. Eccleſ. tom.* 1. §. 1. *num.* 2. Villad. *cap.* 3. *Inſtruct. num.* 15. *ad med. pag.* 60. & aliàs proceſſus eſſet nullus, Franc. Caſon *in tract. de Maleſic. tom.* 11. tractatuum DD. *part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 2. *ad* 3. *pag.* 281. † Ideòque 5 ſtudioſè fieri per peritos debet cadaveris inſpectio, & in Actis referri qualitas, quantitas vulnerum, & in qua parte corporis ſint, quo armorum genere illata fuerint, & quæ vulnera mortis cauſam præſtiterint, quia per multitudinem, magnitudinem, geminationem vulnerum, & per modum vulnerandi arguitur propoſitum, & itèm apparere debet occiſsionis locus, *ex eod. Doc. ibid.* & ita paritèr in cæteris delictis. Hinc noverint univerſi, ſummo deſiderio nos deſideraſſe utriuſque juriſdictionis concordiam, & hoc opere, quantùm ex nobis eſt, eam procuraſſe.

QUÆSTIONIS VII.

SUMMARIUM.

1 *Methodi ſervati ratio allegatur*, num. 1.

2 *Judex Laicus competens eſt ad confectionem inventarii Clericorum ab inteſtato decedentium, & referuntur hujus ſententiæ DD.* num. 2.

3 *Judex Laicus poteſt inventarium, & ſequæſtrum facere per mortem Epiſcopi*, n. 3.

Hiſpaniæ noſtræ DD. Reges ſpoliis Epiſcoporum antiquitus fruebantur, & à ſe jus iſtud abdicavere in beneficium ſucceſſorum, ibid.

Cui plus licet, & quod minus eſt licere debet, ibid.

4 *Per Clerici obitum, bona deſinunt eſſe de foro Eccleſiæ*, num. 4.

Bo-

Bona defuncti ſequuntur hæredis conditionem, ibid.

Bona mutant naturam ex conditione perſonæ domini, ibid.

5 *Clerico cum teſtamento decedente, àn inventarium faciendum ſit à Laico Judice?* num. 5.

Inventarium eſt ſequela teſtamenti, & illius naturam ſequitur ut pars, ſub num. 4.

6 *Publicatio teſtamenti Cleri, coram Laico Judice fieri debet, non coram Eccleſiaſtico*, num. *6*.

7 *Clericus hæres defuncti, citari poteſt, & debet à Laico Judice inventarium conficiente*, num. 7.

QUÆSTIO VII.

AN JUDEX LAICUS SIT COMPETENS ad confectionem inventarii Clericorum ab inteſtato decedentium.

1 SCandaloſas rixas inter utriuſque juriſdictionis Judices in mortuoriis domibus ſuper inventario faciendo aliquoties audivimus, àc certiorati fuimus contigiſſe in Populis, quos regimus; quapropter ad confuſionem Judicis, qui à verò juris tramite ambitionis cauſa deviare præſumpſerit, nequè *ad præjudicandum, ſed potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum*, ut inquit *noſt. text.* unuſquiſque ſua juriſdictione utatur, ſic què concordia, & pax ſplendeant, inſcriptæ quæſtionis veram reſolutionem quærere ſtuduimus.

2 Affirmativam tenent Farinac. *de Crim. t. de Inquiſit. quæſt.* 8. *n.* 89. Azeved. *in leg.* 15. *num.* 9. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* Girond. *de Gabell. part.* 4. §. 1. *num.* 18. Guid. Pap. *quæſt.* 26. Joann. Gutierr. *lib.* 2. *Pract. q.* 49. *num.* 3. verſ. *Nihilominùs*, Bobad. *lib.* 2. *Politic. cap.* 18. *num.* 179. *& ſeq.* Carlev. *lib.* 1. *de Judic. diſp.* 2. *à num.* 337. *ſignantèr* 431. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 106. Ant. Sabel. *in Summ. diverſor. tract. tom.* 2. §. *Judex*, 41. *num.* 36. *in fin. &* §. *Inventarium*, 36. *num.* 2. & ità ſervavimus in contingentia obitus dilectiſsimi nobis Don *Emmanuelis Gonzalez de Villadiego* Preſbyteri exemplaris vitæ, perfecti Advocati, eò non obſtanti, quòd aderat quidam Clericus Presbyter unus ex hæredibus ab inteſtato.

Nàm ſi Judex Laicus poteſt inventarium, & ſequeſtrum facere per mortem Epiſcopi, ut probatur ex *Aut.* 1. *cap.* 11. *tit.* 6. *lib.* 3. & defendit Villad. *in cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 107. cum multis aliis DD. atquè Regiis Juribus *infr.* referendis in *Bull.* 2. *not.* 1. ad §. 28. quod magis eſt, & Hiſpaniæ Reges noſtri, ſpoliis fruebantur uſquè ad annum 1254. quòd illa conceſſerunt in beneficium ſucceſſorum, juxtà D. Abreu *Victim. Real*, *pag.* 74. *num.* 136. ubi multos DD. junxit, & videri poſſunt apùd *eund. n.* 218. 281. 286. *&* 333. potiori jure facere poterit inventarium Clerici, quia cui plus licet, & quod minus eſt licere debet ex *Reg. Jur.* 21. *&* 110. *ff. de Reg. Jur.* & Caniſ. *in Reg. Jur. lib.* 6. *Decretal. Reg.* 35. *pag.* 563. 3

† Deindè, quia cum hæres Clerici 4

Lai-

Laicus eſt, nihil eſt quod impediat Judicem Laicum inventarium facere, eò quòd bona deſierint eſſe de Foro Eccleſiæ, qui cum perſona expiravit, nàm ſequuntur hæredis conditionem, cùm defuncti bona jam non ſint Eccleſiaſtica, juxtà Mart. *de Juriſd. part.* 4. *caſ.* 122. *num.* 14. & 16. & Guid. Pap. *in Deciſ. q.* 261. *num.* 1. *in princ.* quia bona mutant naturam ex conditione perſonæ, *leg. Paulus*, §. 1. *ff. de Adquir. hæred.* & idem Mart. *part.* 4. *caſ.* 11. *n.* 38. & *caſ.* 125. *num.* 18.

5 Ex teſtamento autem decedente Clerico, tametſi hæres ſit alius Clericus, vel Locus Pius, inventarium faciendum etiam eſt per Judicem Laicum, Guid. Pap. ubi proximè, *dict. quæſt.* 261. *per tot.* Carlev. *lib.* 1. *de Judic. tom.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 345. & 346. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 106. Quia inventarium eſt ſequela teſtamenti, & illius naturam ſequitur tanquàm
6 pars; † teſtamentorum autèm publicatio Judici Laico privativè competit; *leg. Repetita*, 39. *Cod. de Epiſc. & Cler. leg. Conſulta divalia*, *Cod. de Teſtam. leg.* 15. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* Paz *tom.* 2. *Prax. Eccleſ. prælud.* 2. *num.* 42. Eſcaños *de Teſtam. cap.* 6. *num.* 67. *in fin.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 168. Carlev. *lib.* 1. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 332. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 99. † Et propterea Cle- 7
ricus citari poteſt, & debet à Judice Sæculari inventarium conficiente; Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 179. & facit *num.* 169. Maſtrill. *deciſ.* 79. Hævia, Gironda, Ceball. & Vico allegati à Diana, *reſol.* 21. & à Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 21. *à num.* 2. & per *tot. q.* in qua ex profeſſo hanc controverſiam diſcuſsit, & in *num.* 8. Martam reprehendit, atquè illum erraſſe oſtendit in *num.* 12. cùm contrarium Author iſte defenſaverit: ergo cùm ſequela teſtamenti inventarium ſit, ejuſdem competens erit Judex Laicus, qui teſtamenti Judex eſt. Quidam tamen ſunt caſus in quibus inventarium non pertinet ad Ordinarium Judicem, quos vide in *remiſſ. ad finem t.* 4. *lib.* 6. *num.* 2. *in princ. in tom. Aut. Acordad.*

QUÆSTIONIS VIII.

SUMMARIUM.

1 *ORdinis ſecuti ratio deducitur*, num. 1.

2 *Judex Laicus competens eſt ad executionem ultimarum voluntatum, & referuntur hujus ſententiæ DD.* num. 2.

3 *Doc. Carlevalii diſtinctio traditur inter legata pia, & profana pro Regia juriſdictione*, num. 3.

Eccleſiaſticus Judex immiſceri nequit in profanis, ibid.

Ordinaria juriſdictio, mater, & fons eſt cæterarum juriſdictionum, ibid.

Judex Ordinarius prævenire poteſt in ſuo territorio quodcumque negotium, ibid.

Cauſa executionis teſtamenti, mixti fori eſt, ibid.

4 *Contraria ſententia* Doc. *Eſcaño exprimitur, & refellitur*, n. 4.

Cauſæ piæ, merè ſpirituales non ſunt, ſed mixti fori, ibid.

Exempla piæ cauſæ referuntur, & demonſtratur mixti fori eſſe, ibid.

5 *Utrùm Judex Laicus poſsit diſtri-*

buc-

buere Quintum prò funere defuncti ab inteſtato decentis? numer. 5.

Judex Laicus inventarium faciens, eſt Judex cauſæ præparantis, ibid.

Judex cauſæ præparantis, etiàm Judex eſt cauſæ præparatæ, ibid.

6 *Judex Laicus poteſt cognoſcere de rebus Eccleſiaſticis in poſſeſſionis judicio, etiàm intèr Eccleſiaſticas perſonas, & de incidenti ſpirituali*, num. 6. & 7.

7 *Quod plus eſt, in ſe continet quod eſt minus, & cui plus licet, & quod minus eſt licere debet*, n. 7.

8 *Invectiva fit Judicibus Eccleſiaſticis*, num. 8.

Juriſdictio temporalis apùd duos in ſolidum eſſe nequit, niſi in cauſa præventionis, ibid.

9 *Nèc Eccleſiaſtici res temporales tractare debent, nèc ſpirituales Laici, & exempla referuntur Divinæ indignationis*, num. 9.

10 *Præſules ſic peccant in committendo, quàm in omittendo*, n. 10.

Boni Judicis eſt, nèc aliam invadere juriſdictionem, nèc ſuam uſurpari permittere, ibid.

QUÆSTIO VIII.

UTRUM JUDEX LAICUS SIT COMPETENS ad executionem ultimarum voluntatum.

1 MAgnum diſcordiis pabulum juriſdictionis utriuſque Officialibus offerre conſuevit pictæ quæſtionis dubitatio, quas omnes, quantùm ex nobis eſt amputare deſiderantes, opere pretium duximus iiſdem rationibus quibus in præcedentibus quæſtionibus, præſentem diſcutere.

2 Magna nititur authoritate affirmativa ſententia, primùm ex *l. Regia* 10. *t.* 4. *lib.* 5. *Recop.* & antè ipſam ex *Conſtit. Imper.* Conſtitutio *menſe autem Martio Manuelis Comneni, ſivè Emmanuelis* I. in verbis illis: *Præfectus Urbis*, & in Indice C. I. legitur: *De Executoribus Teſtamentorum*, quæ concludens eſt, & re vera à nemine allegatam vidimus. Deindè, tenent Paz in *Prax. tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 46. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 120. & *cap.* 17. *num.* 102. & allegat *Novell.* 131. *cap. Si quis ædificationem* 10. *de Eccleſ. Tit.* Carlev. *lib.* 1. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *à num.* 335. cum magna DD. turba, Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 88.

Cæteris DD. melius, diſtinctionem facit prædictus Carlevalius intèr legata pia, & profana, nàm iſtorum executionem ad Judicem Laicum privativè pertinere defendit in *dict. quæſt.* 5. *num.* 334. ad *med.* cum *ſeq.* illorum verò, mixti fori eſſe tenet *ibid.* in *princ.* quem in hac ſecunda parte ſecutus fuit Eſcaño de *Teſtam. cap.* 6. *num.* 69. & ſanè diſtinctionem iſtam rationi conſonam cenſemus, nàm in profanis Judicem Eccleſiaſticum immiſceri non poſſe, conſtans eſt veritas ſatis demonſtrata *infr. num.* 8. nè illud ſequatur abſurdum quod odio habuit Imperator Juſtin. in *l. Conſulta divalia, cap. de Teſtam.* benè 3

verò in piis queit Laicus Judex præventionalitèr agere, cognoſcere, & exequi, ità exigente pietate ipſa, quæ Judices quoſcumque vocat ad ejuſdem exercitium, & cunctos Catholicos: (non intendimus comprehendere in *quoſcumque* relativo, alios quàm Eccleſiaſticum, & Ordinarium Laicum, qui cùm Laicam juriſdictionem Regiam Ordinariam exerceat, & hæc ſit mater, & fons in jure noſtro cæterarum juriſdictionum Sæcularium, *l.* 5. cum *Gloſſ. ff. de Juriſd. l.* 1. §. 1. *l.* 2. 4. & 5. *ff. de Offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* non mirum ſi facultates omnes potiùs in ipſo, quàm in cæteris Sæcularibus Judicibus inſint, nàm propterea prævenire in ſuo territorio poteſt in omni negotio, *l.* 59. *t.* 4. *lib.* 2. *Recop.* Bobad. *lib.*3. *cap.* 2. *num.* 1. & 10. D. Salg. *de R. P. part.* 2. *cap.* 17. D. Solorzan. *lib.* 5. *Polit. cap.* 1. *pag.* 750. verſ. *Y eſtos.*) Eandem ſententiam defendunt Gonz. in *Repet. cap. Si hæres 6. de Teſtam.* in 6. D. Caſtill. de *Aliment. cap.*7. & 4. *num.* 54. quoàd legata pia; & meritò, quia, prætèr dicta, cauſa executionis teſtamenti, mixti fori eſt, & datur locus præventioni, ut tenet P. Pichler in *Jus Canon. lib.* 3. *t.* 26. *num.* 86. communem opinionem eam eſſe defendens ex Abb. in *cap.* 6. *dict. t.* 26. *num.* 3. & *cap.* 17. cum jam allegata *Novell.* 131. *cap.* 10. Bob. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 102.

4 Contrariam opinionem quoàd primam partem, ſcilicèt, piorum legatorum reſpectu, tenet dict. Eſcaño de *Teſtam. cap. 6. num. 69.* ea motus ratione, quòd Judex Laicus immiſceri non poteſt in cauſis piis merè Spiritualibus: Verùm ſalva illius pace, minùs benè dixit, quòd cauſæ piæ, merè Spirituales ſint, ut doctiſsimè ſenſit Bobad. in locis allegatis *ſup. num.* 2. nàm piæ cauſæ dici poſſunt, & utiquè ſunt cauſa Blaſphemiæ, Perjurii, violationis Feſtorum, & punitio cujuſcumque peccati mortalis, & hæ non ſunt cauſæ ſpirituales, sèd mixti fori, nèc quiſquam dicere ſomniavit, Laicum Judicem de his omnibus cognoſcere non valere, immo tutè poteſt, & ità debet, ut ſic facere in conſcientia teneatur, ut probavimus *ſup. h. Memb. quæſt.* 2. *num.* 69.

Non tantùm ergo poteſtatem habet Judex Laicus ad teſtamentorum executionem, inſpiciendo, & cognoſcendo, àn adimpleta ſit à teſtamentariis, aut commiſſariis, defunctorum voluntas ad rationes ab eiſdem expetendas, & ad illos compellendos, ut exequantur intrà certum terminum ab ipſomet præfiniendum, quanquàm Clerici ſint, ut probavimus *ſup. in Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 117. sèd & quod magis eſt, ad Quintum diſtribuendum prò funere defuncti cùm inteſtatus deceſsit, quamvis hoc ægrè ferunt Eccleſiaſtici Judices; neſcimus quà ratione legali, nàm prætèrquàm quòd Laicus competens eſt ad executionem ultimarum voluntatum, ut probatum reſtat *num.* 2. ex quo, eo ipſo inferri jam valet poteſtas diſtribuendi Quintum; probatur etiam à ratione, quia Judex Laicus, competens Judex eſt cauſæ præparantis, inventarii nempè, & deductionis Quinti prò funere in cauſis Laicorum àb inteſtato decedentium, ut notum facit praxis univerſalis, & reſpectu Clericorum inteſtato etiam morientium, ſatis probavimus in *præced. quæſt.* pèr *tot.* neceſſario erit quoquè cauſæ præparatæ Judex, videlicet diſtributionis ejuſdem Quinti, ex ſimili argumento deducto *à Doc.* Paz *tom.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 9. Poſt. de *Manut. obſerv.* 6. *num.* 3. D. Covarr. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. in *fin.* Sabel. *in Summ. tom.* 2. §. *Judex* 41. *numer.* 35. 5

Ve-

6 Verumtamen alio veritatem detegemus argumento ex regula dialectica, & juridica, quòd à majori ad minus tenet conſequentia, nàm qui poteſt ad majus, & ad minus poteſt; ità eſt, quòd Judex Laicus poteſt cognoſcere de rebus Eccleſiaſticis in poſſeſsionis judicio, & ſupèr incidenti ſpirituali, & quod adhùc magis eſt, intèr Eccleſiaſticas perſonas: ergo potiori jure poterit diſtribuere Quintum ab ipſo deductum ex hære defuncti in inventario, & partitionibus ab illo confectis, quod multò minus eſt.

7 Major conſtat ex *l.* 21. *in ff. de Reg. Jur. Non debet cui plus licet, quod minus eſt non licere*, & Reg. 110. *eod. t. In eo quod plus ſit, ſemper ineſt, & minus, leg. Nec in ea*, §. *Jus occidendi, ff. de Adulter.* Dinus in *cap. Plus, de Reg. Jur.* in 6. Caniſ. *in Reg.* 35. *lib.* 6. *Decretal.* Minor probatur cum D. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 78. *num.* 14. & 42. Alter Barboſ. de *Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. *& de Privileg. Cler.* §. 2. *num.* 170. *& in l.* 35. *ff. Solut. Matrim. num.* 31. Cened. ad *Decretal. collect.* 4. *numer.* 4. *& collect.* 17. idem ad *Decret. collect.* 5. idemmet *Canon. QQ. lib.* 1. *quæſt.* 45. Guid. Pap. *in Deciſſ. quæſt.* 1. *num.* 1. cum aliis, *& quæſt.* 85. *num.* 1. Bernard. Laurent. *tom.* 11. *tract. DD. num.* 17. *pag.* 329. Gregor. Lop. *in l.* 13. *t.* 13. *part.* 2. verſ. *Nin fuerza*, D. Salced. *lib.* 2. *de Leg. Polit. cap.* 13. *à num.* 47. D. Solorzan. *de Jur. Indiar. cap.* 5. *num.* 38. Cevall. *de Cognit. per viam viol. in Proem. cap.* 10. *à num.* 36. *& Contr. Comm. quæſt.* 822. *num.* 108. Menoch. *de Interdict. remed.* 3. *de Retin. Poſſ. num.* 323. 336. 343. & 381. *ac remed.* 15. *de Recup. Poſſeſſ. num.* 210. Seſſe, *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 8. §. 3. *num.* 5. 8. & aliis, D. Salg. *de R. P. p.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 5. *num.* 217. *& p.* 4. *cap.* 15. *num.* 78. *& de Retent. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 26. Iiaſ. *de Reg. Patron. cap.* 41. pèr *tot.* ſignantèr *num.* 47. Paz *in Prax. part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 1. *num.* 23. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *num.* 102. *& cap.* 18. *num.* 71. ad *med. & num.* 141. Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 20. *num.* 120. cum *duob. ſeqq.* & in terminis noſtræ quæſtionis Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 67. *num.* 17. ubi multos junxit, ſua tamèn ſententia eſt, quòd ſtandum ſit conſuetudini, quæ varia eſſe ſolet, tametſi neget Pichler *lib.* 2. *t.* 12. *num.* 34. conſequentia eſt neceſſaria.

Curent igitur Eccleſiaſtici Ju- 8
dices, & accuratè ſtudeant, àc pervigili ſtudio ſatagant abſtineri à temporali juriſdictione, quæ apùd duos in ſolidum eſſe nequit, *l. Si ut certo*, §. *fin. ff. Commodat.* Narbon. *part.* 1. *num.* 66. D. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 54. *numer.* 31. niſi in cauſa præventionis intèr Judices, quorum ſinguli parem habent juriſdictionem in ſolidum competentem ad illam faciendam, Carlev. *lib.* 1. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 2. *num.* 872. cum multis ab eo productis; † ea enim perpendere 9
potiùs debent Eccleſiaſtici Judices, quæ aliorum, quàm quæ ſua ſunt, juxtà D. Ambroſii monitum, nè aliena invadant jura, *lib.* 1. *de Offic. cap.* 27. aliàs Eccleſiaſtici vigoris ordo confunditur, & aliis illicita temerè præſumendo exceſſus via aperitur, Can. *Loci*, 35. *quæſt.* 9. alioquin ad eorum exemplum, fortè Laici auſum habebunt paritèr tractandi res Eccleſiaſticas, ut ſylogizavit Beyerlinc. in *Theatr. Vitæ Hum. tom.* 1. *lib.* 3. his verbis: *Nam cùm Epiſcopus noſtram meſem, ſuam fecerit, ſupereſt, ut nos, ipſius noſtram eſſe ducamus.* Qualiſcumque

ergo

ergo Judex hanc ſtuduerit confuſionem, metuere poteſt, quòd Domini experiatur ultionem, ut ſuadetur ex verbis S. Damiani *lib.* 4. *epiſt.* 9. ad Oldericum: *Azarias Rex, quia Sacerdotale uſurpavit officium, lepra perfunditur: & ſi Sacerdos arma corripit, quod utique Laicorum eſt, quid meretur?* Can. *Nos ſi*, 2. *quæſt.* 7. in hæc verba: *Sicut Oſias à Domino lepra percuſus eſt quia Sacerdotum officia uſurpare voluit, ſic Sacerdotibus, & Prophetis, Regum officia uſurpare non licuit.* †
10 Fines ergo ſuæ juriſdictionis, nullus Judex tranſgredi deſideret, & incorruptam cum cæteris pangere concordiam non dubitet, nàm juſtitiæ miniſtri non tantùm peccant contrà juſtitiam cùm ea committunt, quæ vetita ſunt, sèd & cùm facere negligunt quæ officii ratione debuerunt, & damna reſarcire tenentur, ut ex D. Thoma, Gabriele, Sylveſtro, Adriano, & multis aliis tenet Sairus de *Clav. Reg. lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 3. *num.* 6. quamobrem mirum nemini ſit quòd adversùs Eccleſiaſticorum Judicum invaſiones, Regiam Laici defendant juriſdictionem ſicuti debent, & tenentur; boni etenim Judicis eſt, nèc alienam invadere juriſdictionem, nèc propriam uſurpari permittere.

QUÆSTIONIS IX.

SUMMARIUM.

1 *Methodus ſervatus oſtenditur, & ratio aſsignatur òb quam tranſcriptæ ſint ad literam quorundam AA. ſententiæ*, num. 1.

2 *Judex Laicus incapax omnino eſt inſtituendi proceſſum adversùs Clericum, & juriſdictionis in Eccleſiam, & Clerum, atquè judicialis cognitionis, & poteſtatis: sèd dumtaxàt extrajudicialis, & œconomicæ, àc directivè*, num. 2.

3 *Judex Laicus poteſt informativum facere ſuper exceſsibus Clericorum, Judicum vè Eccleſiaſticorum quibuſdam caſibus, & ſub certa forma, & referuntur AA. hujus ſententiæ*, num. 3.

4 *Regia Schedula refertur licitam faciens quibuſdam caſibus, & ad certum quæmdam effectum informationem Laici adversùs Eccleſiaſticas perſonas*, num. 4.

5 *Dictum Principis, prò lege eſt habendum*, num. 5.

Nemo Principis litteris, aut verbis confidens decipi debet, ibid.

Conſuetudo abſolutè dans Laicis cognitionem in Clericos non valet, sèd in particulari caſu valebit, ibid.

6 *Non omnes actus Judicis, judiciales ſunt*, num. 6.

Informatio contrà Clericum recipi poteſt ad juſtificandum illius exilium, & expulſionem, ibid.

Probatur noſtra affirmativa ſententia ex traditis à Mario Curtelli, ibid.

7 *Refertur ſententia P. Souſa prò noſtra affirmativa*, num. 7.

8 *Narratur ſententia P. Avendaño prò affirmativa*, num. 8.

9 *Producitur ſententia Jacobi de Graffis prò affirmativa*, num. 9.

Informatio de nudo facto, quomodo

modo recipienda ſit? ibid.

10 *Aſſertur ſententia P. Delbene prò affirmativa*, num. 10.

11 *Traditur ſententia Petri Fraſſo, pro affirmativa*, num. 11.

Superiori non legitimè informatur ab inferiori de gravi facto pèr ſimplices epiſtolas, ibid.

Acta judicialia Sæculari prohibita ſunt adversùs Eccleſiaſticas perſònas, ibid.

12 *Quicumque actum facit in criminalibus contrà Eccleſiaſticas perſonas, incurrit excommunicationem Bullæ In Cœna Domini, & hæc in parte ad literam refertur*, num. 12.

Summariæ informationes ad inſtruendum animum, non ſunt actus judiciales ex ſententia D. Mathei, ibid.

Præmente neceſsitate, omnes juris regulæ excluduntur, nèc Eccleſiaſtica Immunitas attenditur ubi publica utilitas, & neceſsitas urget, ibid.

13 *Verus exprimitur ſenſus clauſulæ Bullæ In Cœna Domini*: Quomodolibet ſe interponentes, *ex ſententia ejuſd. Fraſſ.* num. 13.

14 *Extrajudicialitèr procedi dicitur ubi ceſſant citationes, termini judiciales, & probationes*, num. 14.

15 *Prædicta informatio Summaria licita eſt cùm adiri non poteſt Prælatus Clerici, aut remedium adhibere non vult: facienda eſt non tamquam à Judice, sèd extraordinariè, defenſivè, & extrajudicialiter: præſentari debet proprio Clerici Prælato, & Superiori Regio Senatui*, num. 15.

16 *Allegatur ſententia D. Solorz. prò affirmativa ſententia*, n. 16.

17 *Verba procedere, & proceſſare, ut in ſenſu juridico accipi poſsint, quæ requirant?* num. 17.

18 *Probatur affirmativa ſententia, & licitudo cognitionis contrà Clericos abſquè figura judicii ab argumento retentionis Bullarum*, num. 18.

Supremum Conſilium jus, & poteſtatem habet retinendi Bullas Pontificias proptèr publicum Reipublicæ damnum, vèl òb præjudicium juris tertii, & privatæ perſonæ, vèl òb vitium ſubrreptionis, ibid.

19 *Examen juſtæ cauſæ retentionis, opus non habet judiciali cognitione, sèd extrajudicialis ſufficit*, num. 19.

20 *In retentione Bullarum Princeps gerit vicem defenſoris*, num. 20.

Paterna, àc naturalis Principum poteſtas pèr nullum Canonem derogata invenitur, & à Deo Naturæ authore provenit, ibid.

Princeps in omnes quamvis exemptos exercere poteſt tuitivam poteſtatem dùm adeſt neceſsitas, ibid.

21 *Judex Laicus defenſor eſt Civitatis cui præeſt, & itèm pater*, n. 21.

Summaria informatio contrà Eccleſiaſticas perſonas, quando, & quomodo ſit à Laico Judice facienda, ibid.

Judicialis cognitio contra Eccleſiaſticas perſonas ſublata eſt, sèd non extrajudicialis, ſub ibid.

22 *Laicos Judex quibuſdam caſibus citare ad notitiam Clericum poteſt; & quare?* num. 22.

23 *Laicus Judex poteſt ſuam juriſdictionem etiàm cum armis tueri adhùc in Clericos, & illis, quibuſdam caſibus reſiſtere; & quid de conſilio?* num. 23.

24 *Facti cujuſdam notabilis contingentia refertur, & judicium*, num. 24.

25 *Affirmativa ſententia probatur à ratione; & Judex, àc Judiciale undè dicantur? & quid ſit Judicium?* num. 25.

Quæ voluntariæ ſunt juriſdictionis, ſinè ulla judicii forma ex-

pediuntur, ſub num. 7.
26 *Non omnes actus Judicis, judicium conſtituunt*, num. 26.
27 *Judicialia, & extrajudicialia multum differunt*, num. 27.
Extrajudicialia non tranſeunt in rem judicatam, ibid.
Actus omnes voluntariæ, ſivè non contentioſæ juriſdictionis, extrajudiciales ſunt, ibid.
Authores referuntur de extrajudicialibus agentes, ibid.
Quædam fiunt à Judice non in forma judiciali: Aliud eſt judicialitèr Acta producere, & aliud Acta dumtaxàt exhibere extrà judicii formam pro animi informatione, ibid.
Quædam partialis clauſula ſententiæ P. Avendañi reſſellitur, ibid.
28 *Probatur affirmativa ſententia à ratione, & modo procedendi in retentione Bullarum*, num. 28.
29 *Exprimitur differentia intèr actus judiciales, & extrajudiciales à paritare confeſſionis Sacramentalis; & dumtaxàt verbalis, & in vim conſultationis extrà Sacramentum*, num. 29.
30 *Probatur itèm affirmativa ab inconvenienti*, num. 30.
31 *Nulli teſti niſi jurato, quantumcumque Religioſus exiſtat fides adhibetur*, num. 31.
32 *Argumentum contrà affirmativam proponitur, & ſolvitur*, num. 32.
33 *Nudæ Judicis aſſertioni non ſempèr creditur*, num. 33.
Officiali jurato creditur in his quæ pertinent ad officium, ibid.
34 *Verus exprimitur ſenſus legum noſtri Regni objectarum in* num. 32. & *itèm reſpondetur*, num. 34. & 35.
36 *Probatur affirmativa ex jure Regio*, num. 36.
37 *Probatur itèm affirmativa ex jure Regio*, num. 37.
38 *Probatur deindè affirmativa ab argumento*, num. 38.
Judex Laicus habet non tantùm cognitionem, sèd etiàm judicium rei ſpiritualis in his quæ facti ſunt, sèd non juris, ibid.
In his quæ ſunt facti competens eſſe poteſt Judex Laicus contrà omnes exemptos, ibid.
Pax eſt primarium Judicis objectum, & illius cauſa Monarchia inducta eſt, ibid.
Hodiè non debet eſſe quæſtio de poteſtate faciendi informativum, sèd de caſibus in quibus fieri valebit, ibid.
39 *Prò pace conſequenda, nemini jus ſuum auferendum eſt, & mandatum, àc Reſcriptum Principis ſempèr intelligendum abſquè tertii præjudicio, etiamſi verba ſint generalia*, num. 39.
Princeps, aut ejuſdem Tribunalia tollere non volunt, nèc poſſunt jus tertii, ibid.
Innocens, nèc in aliquo ſpeciali caſu occidendus, ibid.
40 *Occidi homo poteſt vèl in vita, vèl in honore, & maximè cavendum nè quodcumque ex his vulneribus Judex inferat*, numer. 40.
Juſtitia eſt anima Civitatis, & in integra illius adminiſtratione conſiſtit recta gubernatio Reipublicæ, ibid.
Officia inſtituta ſunt ob Reipublicæ commodum, ibid.
Judex miniſtrare juſtitiam debet abſquè omni humano reſpectu, & ita magnum judicare ſicut parvum, abſquè munerum acceptione, nèc precibus auditis, ibid.
Judex fingere non debet attrocitatem delicti in uno, & levitatem in alio, nèc æquitatis motivos, ibid.
Judex unicuique reddere tenetur quod meretur, ibid.
Judex puniens aliquem, miſeri-

ricordiam facit, ibid.

Lex fingit delinquentis conſenſum ad coërcitionem, ibid.

Judex abſolvens ex æquitate ficta, crudelis eſt, àc nimis injuſtus, ibid.

Simulata æquitas non eſt æquitas, sèd iniquitas duplex; & quarè? ibid.

Æquitas ut ſequi à Judice poſſit, debet eſſe ſcripta, ibid.

Æquitas non ſcripta, cerebrina eſt, & juris rigorem non temperans, sèd vulnerans, àc duplicem iniquitatem continens, & crudelitas eſt, ibid.

Judex ex cerebrina æquitate abſolvens, falsò manſuetus eſt, ibid.

Quærere officium non debet, qui non valet virtute irrumpere iniquitates, aut extimeſcens potentis faciem, nè ſcandalum producat ſua æquitas, ibid.

Nemini favendum cum alterius jactura, ibid.

41 *Difficilis eſt accuſatio in majorem: ſi peccaverit, non creditur, & ſi convictus fuerit, non punitur*, num. 41.

Non litigues cum homine potente; & quarè? ibid.

Multi colunt perſonam potentis, & pecuniæ obediunt omnia, ibid.

42 *Ad Principes Sæculares ſpectat, pacem, àc quietam publicam tueri, & omnia media ſcandali nutritiva evellere*, num. 42.

Pontificalis poteſtas ad temporalia porrigi non debet niſi indirectè prò directione Spiritualium, in arduis, & ex gravi cauſa, ibid.

43 *Eccleſiaſtici obedire Principi neceſſario debent, & tenentur, & impoſtores vocantur à D. Bernard. Scriptores contrarium docentes*, num. 43.

Prælati obedientiam Principi debent ſub præcepto, ibid.

Princeps tenetur juſtos Judices creare, ibid.

Judex nèc perſonarum, nèc munerum acceptionem habere debet, nèc cuiquam lædere, ibid.

44 *Judex debet invincibilitèr juriſdictionem exercere, atquè inexorabilis, erectus, & arduus eſſe*, num. 44.

Bonus Judex, multos adverſarios habet, ibid.

Officium Judicis, diſplicendi officium eſt, ibid.

Judici non ſufficit multa benè geſsiſſe, ut calumniatores ſileant, ibid.

Multi labores circumeunt bonum Judicem, & contradici, àc perſequi à Civitate ſuæ præfecturæ ſolet, ibid.

45 *Multæ minantur pœnæ Civitatem contradictionis ſpiritu adversùs Judices poſſeſſam*, num. 45.

Civitas Judicem perſequens, rebellis eſt, & multas pœnas incurrit, quæ referuntur, ibid.

46 *Decuriones, & ipſorum exemplo cæteri Cives, ſæpè reſpiciunt Judicem tamquam extraneum, & illum perſequuntur*, num. 46.

47 *Novum non eſt, quod inimicus maledicat, sèd miratione dignum eſt, quòd hoc faciat amicus, & commenſalis*, num. 47.

48 *Difficile eſt cavere ab his, qui ſub nomine amicorum hoſtes ſunt, & Sacræ Paginæ exemplo comprobatur*, num. 48.

Quibus pœnis minetur Dominus homines protervos? ibid.

Judicis inimici ſæpè ſunt, & adversùs illum jurare ſolent, qui primitus amici fuerunt, & illum laudarunt, ibid.

Prævaricatores odit Dominus, & niſi emendam fecerint, ſeverè illos puniet, ibid.

Dominus ſolet retardare vindictam, ut gravius puniat, ibid.

49 *Judex debet eſſe magnanimus, &*

& conſtanti animo præditus, numer. 49.

Dominus cum ſpeciali providentia auxiliatur Judices, cum illis eſt, & in ipſorum ore, ut ſciant quid loquantur, atquè prò illis pugnat, ibid.

Judex ſperare debet in Domino confidentèr, quòd illius clamores exaudiet, & ipſius juſtam cauſam proteget, ibid.

50 *Falsò accuſatus, multis opprimitur laboribus interim dùm apparet veritas*, num. 50.

Calumniis oppreſſus, copioſius à Domino mercedem accipiet, ibid.

51 *Quoddam refertur Regium Decretum relevationis à judicio ſindicationis, & habilitationis*, numer. 51.

Illa eſt magis glorioſa victoria, ubi fuerunt laborioſa certamina, ibid.

Exitus, acta probant, ibid.

52 *Tamètſi bonus aliquandiu opprimatur, nemo diu poteſt eſſe infelix*, num. 52.

Tempeſtatem ſerenitas ſuccedit, & fletum exultatio, ibid.

Veritas ad eos, qui operantur illam revertetur, ibid.

53 *Judex mundas manus, & rectum cor habens, acceptus eſt Deo*, num. 53.

Judex, qui mundis fuerit manibus, vocem coràm omnibus gentibus exaltare poterit, & quoddam producitur Sacræ Paginæ exemplar, ibid.

Judex rectus corde, plaudere, & gloriari poterit, ibid.

54 *Dùm honoris contentio pendet, maximis angoribus Judex conteritur*, num. 54.

55 *Judex perſecutus, quomodo implorare debebit Divinum auxilium ad exemplum Chriſti Domini, Eccleſiæ, & Davidis?* num. 55.

Melior eſt mors, quàm vita amara, & quædam referuntur Sacræ Hiſtoriæ exempla, ibid.

56 *Judicum perſecutiones, undè oriantur?* num. 56.

57 *Multitudo conjuratorum, Judicem terrere non debet, & exempla referuntur*, num. 57.

Multitudo modum non ſervat, & nemo eſt, qui furentis populi rumorem non paveat, ibid.

Hominum opprobrium, & blaſphemiæ, metuendæ non ſunt, ibid.

Judex facere debet, & tenetur quod juſtum eſt òb Dei timorem, qui corpus, & animam occidere poteſt, potius quàm injuſtum proptèr gratiam hominum, qui dumtaxàt corpus occidere queunt, ibid.

Judex debet eſſe multum paciens, aut officium non quærere, ibid.

Quæcumque fortuna, ſivè proſpera, ſivè adverſa, æquo animo ferenda eſt, ibid.

Unus, & idemmet ſemper eſt Dominus Jeſus Chriſtus pèr omnia ſæculorum ſæcula, ibid.

58 *Decuriones defendere tenentur Judicem ſi à Civibus perſequatur, aut reſiſtatur*, num. 58.

Civitas non defendens Judicem vim patientem, ſeditionis, & læſæ Majeſtatis crimen committit, & multas pœnas incurrit, dict. verſ.

59 *Fœlix, & beatus eſt, qui perſecutionem benignè ſuffert, & è contrariò vè illis, qui irrident hominem in amaritudine conſtitutum*, num. 59.

Qui ruina lætatur alterius immunis à ſupplicio non erit, ibid.

Unum corpus ſumus in Chriſto, & membra adinvicem ſumus, & uno patiente membro, cætera compatiuntur, ibid.

Beati ſunt ii quos oderint homines, & vè illis qui ab homini-

nibus benedicuntur , ibid.

Perſecutiones juſtos faciunt, & æternæ fœlicitatis diadema ſunt, ibid.

60 *Deus adjuvat benè operantes, & in Domino ſperantes* , num. 60.

Manus Dei eſt ſupèr omnes, qui quærunt eum in bonitate , & furor ejus ſuper omnes qui derelinquunt eum , ibid.

61 *Deus pugnat prò juſto , inimicus eſt inimicis ejus, & affligit affligentes illum* , num. 61.

Deus eripit bonum Judicem à contradictionibus populi, tegit bonos , & diſperdit malos, ibid.

62 *Juſtitia permanet victrix , imperans , & fragrans ſicut aromata* , num. 62.

Quanta ſit veritatis virtus, & potentia ? ibid.

Viam æternæ fœlicitatis graditur , qui adverſitates patientèr ſuffert , ibid.

Omnes qui piè vivere volunt in Chriſto Jeſu , perſecutionem patientur , ibid.

Multæ tribulationes juſtorum, & quem Dominus diligit , corripit , ibid.

Homines juſtos tentatio tribulationis probat , ibid.

63 *Fortuna adverſa , probatio virtutis eſt , non judicium reprobationis* , num. 63.

Quæ ſit differentia intèr juſtos, & impios ? ibid.

64 *Puſillanimis* corde, *aptus non eſt ad Officium* , num. 64.

Non omnia omnibus expediunt, ibid.

Noli quærere fieri Judex , niſi valeas virtute irrumpere iniquitates , ibid.

Noli eſſe puſillanimis in animo tuo , ibid.

Judex removere debet patrocinia , quæ favorem , & auxilium Reis præbent , nè crimina impunita relinquendo coaleſcere , & maturari faciat , ibid.

65 *Judex in hunc creatur finem , ut faciat judicium , & juſtitiam*, num. 65.

Beati ſunt qui cuſtodiunt judicium , & faciunt juſtitiam in omni tempore , ibid.

Prò juſtitia agônizare debet Judex prò anima ſua , & uſquè ad mortem prò illa certare , & Deus prò illo expugnavit inimicos ſuos, ibid.

Qui operatur juſtitiam , exaltabitur , ibid.

Judex debet eſſe fortis , ibid.

Bonus paſtor animam ſuam dat prò ovibus ſuis , ibid.

Judex multum cavere debet, nè ad ſuam cum ſubditis conſervationem potiùs attendat , quàm ad juſtitiam rectè miniſtrandam, ibid.

Supremus Magiſter, & Judex, terrenos Judices docuit quæ facere deberent ; illos ſeriò monuit , & graviſsimis ſuppliciis minatus eſt, ſi ſuam non ſervaverint diſciplinam , & ſermones , ibid.

Judicium duriſsimum his , qui præſunt fiet : exiguo conceditur miſericordia , & potentes , potentèr tormenta patientur , ibid.

Qui cuſtodierint juſta juſtè, juſtificabuntur, & invenient quid reſpondeant , ibid.

Omnes , qui populis præſunt, diligere debent lumen ſapientiæ, ibid.

66 *Judex excelſitatem tenet , & omnia ſuo judicio ſubjecta habet: extolli non debet* , num. 66.

Judex , & omnis homo cavere debet , nè in honore conſtitutus non intelligat , & ſimilis fiat jumentis , & inſipientibus , ibid.

67 *Judex removere debet cupiditatem augendi opes , aggregandi pecunias , occupandi poſſeſsionibus terras , & præſtandi divitiis, nè juſtitia in ipſo non ſit , & cauſam*

ſam publicam derelinquat, n.67.
Juſtitia ſervanda eſt in bello, sèd maximè in pace, ibid.
Judex contentus debet eſſe ſtipendiis ſuis, & ad omni cavere avaritia, ibid.
Judex omnis diligere debet juſtitiam, ibid.
68 *Maximè dignum eſt, quòd Judex quicumque ſuam tueatur juriſdictionem, & pœnali judicio, ſi opus fuerit defendat, & paritèr nihil indignius quam ſi aliquid pèr vim, aut injuriam faciat, præſertim ad vindicandam ſibi, & arrogandam juriſdictionem quam non habet*, num.68.
Quædam refertur Nehemiæ imprecatio adversùs eos qui polluunt Sacerdotium, & jus Sacerdotale, ibid.
69 *Injuſta juriſdictionis contentio, quos peſsimos effectus producat?* num. 69.
70 *Bonus Judex, odio habere debet arrogantiam*, num. 70.
Judex ſapiens, benè reget, & plebi ſuæ benefaciet, & laudabitur, & ſi comtemptus fuerit, mœrore dignum erit, ibid.
71 *Bonus Judex ſi à pravis hominibus fuerit inſultatus, firmitèr ſuſtinere debet, nèc imminui fortitudo ejus, nequè in die anguſtiæ deſperare, nèc tribulationes vereri debet*, num. 71.
Judex perſecutus, Divinum invocare debet auxilium, & Sacræ Hiſtoriæ referuntur exempla, ſub dict. verſ.
Judex debet eſſe in tribulatione patiens, eod. verſ.
Melior eſt patiens viro forti, & viro arrogante, eod. verſ.
72 *Anima cunctis rebus, & perſonis debet anteponi, & cunctis rebus eſt præferenda*, num. 72.
Judex perſecutus, undè ſolatium accipere poterit, & diſciplinam, & quomodo ad Dominum clamare oportebit? ibid.
Bonus Judex, parvi habere debet mundi dilectionem, quæ mundanis pluris eſt, ibid.
73 *Bonus Judex ſalutem à Domino confidentèr ſperare debet, & quòd eum à calumniis redimet*, ibid.
Inimici Judicis Divinam experientur ultionem, & multis pœnis illos afficiet, ibid.
74 *Judex ab inimicorum inſidiis, Dei auxilio redemptus, gratias agat; & quomodo?* num. 74.
Dominus forte certamen Judici permittit fieri, ut victoriæ gloriam reportet, ibid.
75 *Dominus mortificat, & vivificat, flagellat, & ſalvat, & non eſt, qui effugiat manum ſuam*, num. 75.
Dominus vulnerat, & ſanat, percutit, & medetur, & retribuit facienti malà juxtà malitiam ſuam, ibid.
Dominus reddit unicuique juxtà opera ſua, ibid.
76 *Judex, & omnis homo orare ſub præcepto charitatis debet prò perſequentibus, & calumniantibus illum, non ſuſcitans in memoriam ipſorum injurias*, ibid.
Univerſa delicta operit charitas, ibid.
Judices jucundi eſſe poſſent ſi prò beneficiis non munera Cives redderent, sèd honorem dumtaxàt, ibid.
Dominus retribuet unicuique ſecundùm juſtitiam, & fidem ſuam, ibid.
Domini ultio eſt, & ipſe retribuet in tempore, ibid.
Quomodo deprecare Dominum debeat Judex, qui populo benefecit? & refertur Sacræ Paginæ Nehemiæ exemplum, ibid.
77 *Judex innocens victus in judicio, quam diſciplinam accipere debeat? & traditur Zachariæ exemplar*, num. 77.

Do-

Dominus judicabit eos, qui innocentem judicaverunt, & ejus filios ſalvabit, ibid.

78 *Juriſperitus debet eſſe Judex, ex* Jur. Roman. & Reg. num.78.

Experientia Judicibus eſt ſummè neceſſaria, ibid.

Homo in Officiis expertus, poteſt Magiſtralitèr loqui, ibid.

Vir in multis expertus, cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum, ibid.

Judices inferiores ſequi debent Superiorum exempla, uti fontes rivulos aquæ, ibid.

79 *Boni, & mali perfecta, àc vera cognitio, & diſcretio, præ cæteris cunctis optima eſt*, num.79.

Scientia, & experientia juvare nos debent ad agnoſcendam mundi fallaciam, & ſummam Dei bonitatem, ejus què dilectionem, & illius averſionem, ibid.

80 *Quæcumque facit homo, ad Dei honorem, & gloriam dirigere debet, & ipſius Eccleſiæ Sanctæ*, num.80.

Laudes Domini, & Sanctæ Matris Eccleſiæ canuntur, ibid.

Debita ſit hujus operis ſubmiſſio cenſuræ, & judicio S. R. E. ibid.

QUÆSTIO IX.

UTRUM JUDEX LAICUS POSSIT informativum facere ſuper exceſſibus Clericorum, Judicum vè Eccleſiaſticorum.

1 CUM ſæpè contingere ſoleat, Regiam juriſdictionem à Prælatis Eccleſiaſticis uſurpari, ut hucuſquè vidimus in Operis diſcurſu, ſignantér *h. Memb. quæſt.* 2. *num.* 19. circ. *fin.* & 21. ut præconio declarat lex Regia ibi producta, aut ſcandala alitèr exurgi contingat Clericorum occaſione, in grave Reipublicæ nocumentum, contraria què ſint hæc omnia ad proſecutionem eorum, quæ Deo ſunt placita, ut præcepit Pontifex in *noſt. tex.* conſequentèr què adverſentur, juriſdictionum optatæ, & per quàm utili concordiæ, quam ſtabilire intendimus, efficaci què remedio opus ſit, maximè in Populis ubi non adeſt Vicarius Ordinarius Eccleſiaſticus; ideò, prò illo conſequendo, cùm oporteat, & caſus evenerit, inſcriptam ſuſcitavimus quæſtionem, quæ vix invenitur funditùs tractata; ſed cùm ardua ſit, cogimur quorundam DD. ad literam tranſcribere ſententias, nè forte quis exiſtimet, eorum mentem nos extorquere voluiſſe.

Satis diximus, atquè probavimus *ſup. in Præfat. num.* 43. & 2
Memb. 1. *quæſt.*2. *num.* 166. quòd Judex Laicus incapax omninò eſt inſtituendi proceſſum criminalem adversùs Clericum, & quòd incapax omninò eſt juriſdictionis in Eccleſiam, & Clerum, & quòd judicialem cognitionem, atquè contentioſam, & coactivam poteſtatem in Clericos non habet, benè verò œconomicam, directivam, tuitivam, & extrajudicialem, ut diximus in *Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 28. Nunc difficultas vertitur, nùm informativum,

vum, de quo in præſenti quæſtione, neceſſariò requirat poteſtatem judicialem, àn extrajudicialis ſufficiat, & utrùm ſit expreſsè vetitum in Bulla *In Cœna Domini*, virtute illius univerſalis, & abſolutæ clauſulæ: *Quomodolibet ſe interponentes*, quam referemus *num.* 12.

13 Reſolutio ſit, quod in arduis, & gravioribus caſibus, in quibus ſcandala, & pacis Reipublicæ perturbatio imminent, poteſt Judex Laicus directò contrà certam Eccleſiaſticam, àc criminoſam perſonam informationem recipere, omni ſemoto Judicii ſtrepitu, & ſolemnitate judiciali, abſquè citatione, & partis querela, de facto dumtaxàt, tanquàm privata perſona, cum proteſtatione non producendi, nec cauſandi inſtantiam, ad eum ſolummodò finem inſtruendi Superiorem, ut Competens adhibeat remedium, abſquè Bullæ offenſione. Noſtra concluſio fulcitur authoritate Regia proprio ipſius ore, P. Ant. de Souſa in *Bull. Cœnæ, cap.* 20. *diſp.* 95. *concl.* 2. *num.* 2. P. Avendañus *in Theſaur. tom.* 1. *tit.* 7. *cap.* 3. P. Dian. *Reſol. Mor. part.* 1. *tract.* 2. *de Immunit. Eccleſ. reſol.* 53. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 52. Jacob. de Graffis Monachus, *Deciſ. Aureæ caſuum conſc. lib.* 4. *cap.* 18. *in explicat. Bullæ Cœnæ*, *n.* 135. *pag.* 624. P. Thom. Delben. *tom.* 1. *de Immunit. cap.* 9. *dubit.* 31. *num.* 7. Petrus Fraſſ. *de Reg. Patron. tom.* 1. *cap.* 48. *pag.* 367. D. Solorzan. *lib.* 4. *Polit. tom.* 2. *cap.* 27. *pag.* 745. *col.* 1. *in fin.* cum aliis pluribus ab his relatis.

Primum, quod propoſſuimus fuit, à Catholica Majeſtate deciſſum eſſe, has poſſe fieri informationes; & opere complendo, quod verbo promiſsimus, notum facimus cum quadam Schedula Regia expedita die 27. *Octobris*, anni 1662. emiſſa ad Regiam Audientiam Quiritenſem, vulgò *de Quito*, ſupèr competentiis, & differentiis cum Epiſcopo, & ejus Officialibus habitis, referente *dict.* Fraſſ. ubi proximè *num.* 52. quæ ad literam traditur ab *eod.* A. in *num.* 53. & in ſumma ſic ſe habet: „ EL REY. Preſidente, y Oìdores de mi Audiencia de la Ciudad de San Franciſco en la Provincia de Quito, &c. Haviendoſe viſto, &c. excediſteis de lo que *os es permitido por Derecho*, *y Cedulas mias dadas*, en orden à eſcrivir ſobre los procedimientos de Ecleſiaſticos, con gran rieſgo, y conocido peligro de haver incurrido en la excomunion de la Bula in Cœna Domini; *pues pudiendo* ſolamente *en caſos de eſcandalo*, *y perturbacion de la quietud*, *y paz publica*, *hacer proceſſo informativo*, *ſin pedimento*, *ni querella de Parte*, *para darme cuenta de ello*, *y al Juez Ecleſiaſtico*, *y los demàs efectos eſtablecidos por Derecho*, *y las dichas Cedulas*, paſſaſteis à recibir las dichas Informaciones en la forma que ſe hicieron :: y aſsi lo tendreis entendido para los que adelante ſe ofrecieren, para conteneros en los limites de vueſtra juriſdiccion, ſin exceder de lo que por Derecho, y las dichas Cedulas mias eſtà diſpueſto, y os toca. Fecha, &c. „ Id ipſum latius probatur ex quatuor aliis Regiis Schedulis, quas idem Fraſſ. ad literam refert à *num.* 43. *ad* 51. *in dict. cap.* 48. En ubi Regium exemplum canit, quòd Judex Laicus poteſt informativum facere ſupèr exceſsibus Clericorum, Judicum vè Eccleſiaſticorum, cùm ſcandalum generant, aut Reipublicæ quietem impediunt, & nota, quòd fidem facit de juris diſpoſitione ſic permittente, † & dictum Principis, 15
prò lege eſt habendum, Inſtit. *lib.* 1. *t.* 2. §. 2. Maſcard. *de Probat. concl.* 1228. *num.* 30. *& concl.* 845. *n.* 14.

Bald.

Bald. *in leg. Humanum, C. de Legg.* Felin. *in cap. Rodulphus, num.* 26. *de Reſcript.* Afflict. *deciſ.* 253. *n.* 5. D. Molin. *lib.* 2. *de Primog. cap.* 7. *num.* 52. & ipſius Principis dicto fore obediendum Divina præcipit Scriptura pèr Apoſt.ad Tit.3.verſ.1. *dicto obedire*, & nemo Principis literis confidens, aut ejuſdem verbis, decipi debet, D. Salgad. *de Retent. part.* 2. *cap.* 20. *num.* 60. Decius *conſ.* 51. *num.* 12. Giurb. *conſ.* 57.
6 *ſub num.* 2. † Hæc eadem facultas ſuadetur ex doctrina *Doc.* Seſsè *de Inhibit. Juſt. Aragon. cap.* 8. §. 3. *num.*115. *ſeqq.* verbis : *Quod licèt abſolutè non valeat conſuetudo dans Laicis cognitionem in Clericos, in particulari caſu valebit*, & *n.* 153. teſtatur etiam D. Creſp. *part.* 2. *obſerv.* 53. *ſignantèr num.* 50. *cum aliis*, quos allegat, & facit *part.*1. *obſerv.* 3. *à num.* 10. ubi quædam de extrajudiciali cognitione tradit, ut intelligas non ſempèr judiciales eſſe actus Judicis, & à *num.* 17. ubi ſignantèr de Laici decretis, & cognitione extrajudiciali adversùs Clericum affatur, & expreſsius in *n.*20. *ibid.* ubi ex D. Solorzan. *tom.* 2. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 27. *per tot.* probat, poſſe recipi informationem extrajudicialem ad juſtificandum exilium, & expulſionem Clerici. Firmat Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 10. *n.* 94. 100. & 101. *àc quæſt.* 53. *pèr tot.* cujus Rubrica hæc eſt : *An Judex Sæcularis proceſſans occultè Eccleſiaſticum in Cauſa Criminali, cum intentione poſteà proceſſum præſentandi Prælato, faciat contrà libertatem Eccleſiaſticam, & incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ?* Et in *num.* 2. docet, quòd informatio extrajudicialis in delictis exemptorum, quorum Superior abeſt, uſu recepta eſt, & in *num.* 6. tenet, quòd prædicta informatio, nullibi in Jure Canonico reperitur prohibita, in *num.* 8. quòd neceſsitas imminens dat fidem proceſſui informi, in *num.* 14. quòd Scriptura ad memoriam ſervandam facta, judicialis non eſt, & in *num.* 15. quòd Romana Curia nunquam reſpuit extrajudiciales Principum informationes adversùs Prælatos.

Sèd his non contenti, referemus 7
prò tua pace, ut promiſsimus, verba uniuſcujuſque illorum DD. eo ipſo ordine, quo *ſup.* produximus, *num.* 3. P. Souſ. in *dict. diſp.* 95. *concl.* 2. *num.* 2. docet „ Quòd „ Laicus Judex poteſt informativum „ facere contrà Clericum, quandò „ non eſt additus ad Prælatum, qui „ juridicè ſe informare poſsit de „ facto criminali alicujus Eccleſiaſti- „ ci, & in eo continuatur, & eſt „ periculum in mora; ut illud Præ- „ lato præſentet, non verò in aliis „ caſibus. Quando verò in aliquo „ facto criminali, Eccleſiaſtici, & „ Sæculares ſimùl convenerunt, ea- „ tenùs Judex Sæcularis poterit circà „ Eccleſiaſticos, teſtium dicta reci- „ pere, quatenùs ad procedendum „ contra Laicos neceſſarium fuerit, „ & quòd hujuſmodi informatio ver- „ balis ſit, non verò judicialis, & „ ſequitur Dian. *part.*1. *tract.* 2. *de* „ *Immunit. Eccleſ. reſol.*53.

P. Didac. Avendañ. *in dict.* 8
*t.*7. *cap.* 3. quærens, quibus caſibus Commendatarii inquirere valeant de Cura Parrochorum ergà Indos, & informationem capere, ſequentia tradit verba in *num.* 14. *pag.* 265. „ Conſtat ergo ex dictis, Com- „ mendatarios in ordine ad bonum „ ſpirituale Indorum ſuæ Commen- „ dæ, Inquiſitionem circà Parro- „ chos omninò extrajudicialem fa- „ cere poſſe : judicialis enim non „ licet ex defectu juriſdictionis, & „ erit illa contrà Eccleſiaſticam im- „ munitatem. Non eſſet tamen talis, „ ſi in ordine ad informandum Epiſ- „ copum aliquorum dicta *ſcripto* ex-

„ ciperentur, *etiamſi firmata jura-* „ *mento* : quia judiciale non eſt, „ quod Judicis authoritate non fit, „ ut ex nomine ipſo liquet, & eſt „ recepta doctrina. Unde *etſi Tabe-* „ *lionis fides*, talem informationem „ *roborarit*, idem etiam dicendum, „ quia Tabelio non eſt Judex, & ea „ etiam, quæ judicialia non ſunt, „ ſua poteſt atteſtatione firmare, ut „ paſsim accidit in teſtamentis, do- „ nationibus, contractibus, & aliis. „ An autem ad hoc poſsit authori- „ tas Judicis interponi, communis „ quæſtio eſt, de qua poſt alios Dian. „ *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 53. *&* *part.* „ 3. *tract.* 1. *reſol.* 52. *ubi pro utra-* „ *que parte Authores congerit*, & „ licèt prò negativa ſtet, *oppoſitam* „ *non judicat eſſe improbabilem.* Et „ quidem Doctores illam tenentes „ ut ſunt, & tantæ authoritatis, *ut* „ *meritò debeat ſatis probabilis ju-* „ *dicari*. Pro caſu autèm noſtro fa- „ vet apertè Souſa in Bullam Cœ- „ næ, *diſp.* 95. *num.* 3. quam doctri- „ nam ait Dian. *reſol.* 53. valde eſſe „ notandam à Judicibus Laicis.

9 Ommiſſo P. Dian. jam ſatis ab his DD. allegato, transeamus ad Jacob. de Graff. qui in *dict. cap.* 18. *num.* 135. „ Docet, quòd poteſt „ Judex Laicus capere informatio- „ nem prò aliquo facto, in quo ſint „ Clerici nominati, & quod hoc non „ eſt proceſſare Clericos, & conſe- „ quentèr talem recipiens informa- „ tionem, non incidit in excommu- „ nicationem, quia non eſt proceſ- „ ſare, ſed recipere informationem „ de toto facto; „ & hoc eſt quod diximus in *Memb.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 6. quòd recipiatur à Laico informatio de nudo facto, illo ſimplicitèr relato, nulla nominata perſona ad inquirendum criminis Reum, quia tamètſi Judex conſcius illius ſit, cùm tamèn ſua privata ſcientia ad nihil proficiat, ſempèr ità, pèr viam nempè Inquiſitionis procedere, qualis Judex tenetur; & ſemèl, quòd Clericus unus, aut plures ex Inquiſitione Rei reſultent pèr duos, aut tres teſtes, ſuperſedere tenetur, & Superioribus Eccleſiaſtico, & Laico referre, & ſic nulla erit occaſio, ut in judicium, àc quæſtionem vocetur, eo prætextu quòd immunitatem violaverit, & in excommunicationem in Cœna Domini incurrerit.

P. Delbene in *dict. cap.* 9. *dubit.* 31. *num.* 7. docet, quòd Judex Laicus informationem contrà perſonas Eccleſiaſticas recipere poteſt, ſi injuria eidem in perſona, aut bonis fiat, ſed non ut Judex, & ex vi Officii, ſed ut privatus, & ex vi facultatis privatæ, ſicut quilibet privatus poteſt apud Scribam, aut Notarium teſtes producere, non ut fidem in judicio faciant, ſed ut Judicis animum inſtruant. 10

Fraſſ. *de Reg. Patron. in dict.* *tom.* 1. *cap.* 48. *pag.* 367. exproſeſſo hanc diſcuſsit quæſtionem, quam ſic propoſuit: *Summaria informatio in cauſa expulſionis Eccleſiaſtici*, *VEL ALIO*, *àn*, *&* *quando à Regio Senatu*, *AUT SECULARI JUDICE recipi valeat*, *ut Superiori mittatur*, *maximè in Indiis*? Author iſte cognovit, & benè reflexit, quòd pèr ſimplices Epiſtolas non legitimè Superiori refertur expulſionis cauſa, ut apùd *eund.* videre eſt *dict. cap. num.* 3. *&* *cap.* 44. *num.* 46. (idem què, & nos cenſemus de quocumque alio gravi caſu) & quòd acta judicialia, quæ neceſſaria videntur, penitùs prohibita Sæculari ſunt adversùs Eccleſiaſticas perſonas, cùm incapax, & omninò incompetens ſit, ut in *num.* 4. apùd ipſum *ibid.* *&* *cap.* 37. *num.* 45. *&* 46. & diximus *num.* 2. atquè expreſsè, & in ſpecie damnata, & vetita in Bulla *in Cœna Domini*, *cap.* 20. cujus verba refert *num.* 5. & ad tui inſtructionem, & pleniorem notitiam tranſcribere li- 11

bui-

12 buimus. † ,, Itèm excommunica-
,, mus, & anathematizamus omnes, & quoſcumque Magiſtratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores *quomodolibet ſe interponentes* in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contrà perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contrà illas proferendo, vel exequendo. ,, His viſis à *prædict. Doc.* & quòd Urrutigoit. *de Compet. quæſt.* 37. *à n.* 19. poſt D. Solorzan. Villarr. & D. Creſp. quos omnes allegat cum D. Math. *de Regim. Valent. cap.* 7. *num.* 143. docuit, ut ipſe Fraſſ. refert in *dict. cap.* 48. *num.* 8. *Summarias informationes ad inſtruendum animum, non eſſe actus judiciales*, reſolvit à *num.* 9. ,, Quòd non obſtat præfata Bullæ clauſula, quæ ſolùm intelligi poteſt, & debet, quando ad hoc procedunt Sæculares Judices *juriſdictionalitèr*, & tanquam Judices, ut advertunt D. Solorzan. *dict. cap. fin. num.* 54. comprobat què ex verbis ejuſdem Bullæ, *Can.* 12. (apùd me 15.) ibi: *Ac ſe de illarum cognitione tanquam Judices interponunt.* Non verò, quando jure defenſionis, *extrajudicialitèr*, & irregulari modo, in vim politicæ, & œconomicæ poteſtatis, ſibi, & ſuis ſuccurrit Princeps, damnum imminens avertendo, Reipublicæ què, ut debet, conſulendo. ,, Et in *num.* 12. uſquè ad 14. ſatisfacit argumento P. Avendañi *in Theſaur. t.* 2. *num.* 119. *&* 120. *ſeqq.* verbis: *Quia præmente neceſſitate, omnes juris regulæ excluduntur, & quoties publica utilitas, & neceſſitas urget, & exigit, non attenditur Eccleſiaſtica immunitas*, ad quod allegat Iſern. Afflict. Ancharran. Oſſaſc. & D. Guevar. àc dixit *ſup. cap.* 46. *num.* 13. *& ab illis receditur*, ut fundavit in *num.* 32.

† Item à *num.* 18. inſiſtens in magna vi verborum clauſulæ illius in præfata Bulla contentæ: *quomodolibet ſe interponentes*; reſolvit ex innumeris, quos allegat ,, Quòd licèt prædictum adverbium idem valeat, quòd, quoquomodo, vèl quomodocumque, & comprehendat omnes modos excogitabiles, ex quò importat modum realem, perſonalem, directum, & indirectum, cùm ſit dictio univerſalis, quæ importat idem, àc, quocumque modo: tamèn hoc loco intelligendum eſt authoritativè, atquè ita Judices Sæculares ſe interponant in cauſis capitalibus Eccleſiaſticorum, àc ſi ad ipſos pertineret de illis cognoſcere, ut benè notat hic Sayr. *lib.* 3. *Theſaur. tom.* 1. *cap.* 33. *ſub num.* 2. hæc Duard. *in Comment. ad dict. Bull. Cœnæ, lib.* 2. *Can.* 19. *quæſt.* 5. *num.* 3. *&* 4. ,, Et in *num.* 23. idem cenſiſſe refert Marium Alter *de Cenſur. lib.* 5. *diſp.* 20. *cap.* 1. verſ. *Quomodolibet*, atque illud intellexiſſe, *quandò judicialitèr cognoſcere intentant Sæculares* cum P. Fragoſ. *de Regim. Reipub. part.* 2. *lib.* 1. *diſp.* 3. §. 19. *num.* 330. verſ. *Dicendum tamen.* P. Pellizar *in Manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 6. *n.* 10. Villarr. *Goviern. Eccleſ. part.* 2. *quæſt.* 18. *art.* 3. *num.* 60. D. Creſp. *obſerv.* 3. *num.* 20. Gabr. à Sanct. Vincent. *de Cenſur. diſp.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 310. §. 24. D. Montemayor *in Propugn. prò Reg. juriſd.* §. 29. *à num.* 5. §. 22. *à num.* 3. §. 24. *à num.* 1. §. 25. *&* §. 26. *à num.* 45. Duard. *dict. lib.* 2. *de Cenſur. Can.* 19. *quæſt.* 5. *num.* 2. Delbene *de Immunit. cap.* 9. *dubit.* 31. *num.* 6. Aloiſ. Ricc. *in Prax. part.* 4. *reſol.* 60. *num.* 5. Jacob. de Graff. *lib.* 4. *Deciſ. cap.* 18. *á num.* 135. P. Didac. Avend. *in Theſaur. in dict. t.* 7. *num.* 14. † Etenim prædicta 14
ſummaria informatio extrajudicialis eſt,

eſt, nam ex ſententia Merlini, *deciſſ. 991. num.* 10. producti à Fraſſ. ubi *ſup. num. 37.* extrajudicialitèr procedi dicitur ubi ceſſant citationes, termini judiciarii, & probationes, ex Rota in Calagurritan. Beneficii 28. *Junii* 1604. coràm Penia, & 15. *Februarii* 1610. coràm Ortembergo, & ſub die 18. *Maii* 1620. coràm *bon. memor.* Patr. Manzanedo.
15 † Cæterum hujuſmodi informatio, juxtà omnium ſententiam, præſentanda eſt Summo Pontifici, aut proprio Prælato, ex *eod.* Fraſſ. *dict. cap.* 48. *num.* 25. & utique licita eſt, ſi non adeſt Prælatus, quod quidem intelligitur non tantummodò quandò adiri non poteſt, sèd etiàm cum non vult remedium adhibere, cùm in ordine ad hoc, verè non ſit, teſtante *eod.* Fraſſ. *num.* 30. *&* 31. Notandum verò ex *eod. Doc.* ut in *dict. cap.* 48. *num.* 8. verſ. *Igitur*, & in *num. 69.* quòd prædicta informatio ſemper conſiderari debet tanquàm facta à non Judice, sèd à Poteſtate extraordinariè, defenſivè, & extrajudicialitèr procedente, vèl ſcribente, ut Sancta Apoſtolica Sedes, ſivè proprius Prælatus, & noſter Catholicus Rex, seù ejuſdem Miniſtri certiorentur.

16 D. Solorz. in *dict. tom.* 2. *lib.*4. *Polit. cap.* 27. *pag.* 745. *col.* 1. in *fin.* ſic loquutus eſt: „ Pero todavia yo fui de parecer, *que ſe podia* „ *hacer la informacion referida*, como no fueſſe en forma judicial, „ ni à eſſo ſe enderezaſſe, ſino ſolo „ para efecto de que pudieſſe conſtar „ à la Mageſtad Real, ò à la Santa „ Sede Apoſtolica de las cauſas, „ que movieron, ò por mejor decir „ obligaron, y forzaron al Secular „ à uſar de eſte extraordinario remedio. „ Et in verſ. immediatè *ſeq.* allegat *leg.* 20. verſ. *Otroſi*, *t.*7. *part.* 1.
17 † Et in *pag.* 746. *col.* 1. in *princ.* hæc protulit: „ Con que nos „ dà à entender, que eſte genero „ de informaciones no ſe comprehende debaxo de la palabra, Proceder, ò Proceſſar, porque eſta, „ ſegun Derecho, ſe aplica à Proceſſos formados, que conſtan de citacion, conteſtacion, concluſion, „ acuſador, y acuſado, y Juez, y „ ſentencia difinitiva, de donde „ ellos toman el nombre, *text.* & „ DD. in *cap. Quoniam contra falſam, de Probat. cap. Forus, de V.S.* „ Alberic. verb. *Proceſſus*, cum „ aliis apùd me, *dict. cap.*27. *num.* „ 77. „ & idem declarat in verſ. *ſeq.* *Y aſsi en nueſtros proprios terminos.*

Quod hujuſmodi facultas Laico 18
inſit Judici, manifeſtum eſt, ſi reflectamus ſupèr Bullarum retentione, quæ permiſſa, immò de jure fundata eſt in Supremo Senatu ex publico damno Reipublicæ, D. Salg. *de Retent. part.* 1. *cap.* 1. *num.*161. *& cap.* 8. pèr *tot.* ſignantèr ex *numer.* 11. *ad* 22. D. Salced. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 51. *&* 60. in *fin. cùm ſcandali vitandi, àc ſeditionis cauſa, liceat virtute politicæ juriſdictionis intèr Eccleſiaſticos extrajudicialitèr à Laico Principe cognoſci*, Cancer. *lib.* 5. *Variar. cap.* 14. *num.* 7. D. Solorz. *tom.*2. *de Jur. Indiar. lib.*3. *cap.*27. *num.* 50. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 13. pèr *tot.* vèl etiàm ex præjudicio juris tertii, & privatæ perſonæ, idem Salg. *de Retent. part.* 1. *cap.* 1. *num.*29. *&* 33. & expreſsius *cap.* 7. pèr *tot.* ſignantèr *num.* 40. 47. *& ſeqq.* vèl etiam òb vitium ſubrreptionis, quod utiquè cedit in obſequium Apoſtolicæ Sedis, Ant. Sabel. in *Summ. tom.* 2. §. 41. ſub *num.* 30. verſ. *De cauſis*, Seſſe *de Inhibit. cap.* 8. §. 4. *a num.* 3. & dicemus *infr. in Bull.* 2. *not.* ad §. 29.

Hæc namquè cognitio retentio- 19
nis, eſt extrajudicialis, ſinè proceſſu, & ſinè citatione, ideoquè talis, vulgò, & latè loquendo proceſſus, judi-

dicialis nèc dicitur, nèc dici valet, nèc à judicio, nèc à Judice, quia examen juſtæ cauſæ retentionis, juriſdictionale non eſt, nèc juriſdictione ad illud opus eſt, sèd ſufficit extrajudicialis cognitio, D. Salg. *dict. cap.* 8. *de Retent. num.* 22. *&* 23. *& cap.* 1. *à num.* 152. *ad* 154. *&* 159. àc *cap.* 16. *num.* 17. *&* 19. *& de Reg. Protect. part.* 1. *cap.* 1.
20 *prælud.* 5. pèr *tot.* † quia in hoc Princeps gerit vicem defenſoris, quod in immutabili jure naturali fundatur ex *eod.* Salg. *dict. cap.* 1. *num.* 185. & Seſſe *dict. cap.*8. §. 4. *num.* 4. & paterna, àc naturalis Principum poteſtas, pèr nullum Canonem derogata invenitur, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 11. nam hæc tuitiva poteſtas, juriſdictionalis non eſt, sèd naturalis, quam Rex accepit à Deo, Naturæ authore, & illam in omnes quamvis exemptos, dùm opus eſt, exercere valet, eò quòd à naturali jure eſt, Arauj. in *Diſp. Deciſſ.diſp.*4. *diffic.*3. *num.*23. Si igitur præmiſſa ſunt vera, quarè iiſdem de cauſis fieri non poterit proceſſus (ut ità dicam) informativus, non alia interveniente cognitione, quàm extrajudiciali hucuſque viſſa, ut Princeps conſcius ſit damni publici imminentis, aut cum effectu eventi, ut competens remedium adhibeat?

21 Ità ergo Judex Laicus, qui defenſor eſt Civitatis, cui præeſt, ut patet ex *tot. t.* 55. *lib.* 1. *cap. de Defenſorib. Civit.* atquè illius Pater, *leg. In Defenſoribus* 4. *cap. dict. t. ſcilicèt, ut in primis parentis vicem plebi exhibeat*, hanc ſummariam facere poterit in caſibus prædictis in *num.* 3. ex officio, ſinè partis querela, ſinè proceſſu, & abſquè citatione, cum proteſtatione non formandi judicium, nèc inſtantiam, nèc quovis modo lædendi immunitati Eccleſiaſticæ; his enim concurrentibus, extrajudicialitèt abs dubio procedit, quod non eſt Judici vetitum, ut ſatis vidimus, quia tamètſi judicialis cognitio ſublata eſt, ex *cap. Qualiter, de Judic.* non verò extrajudicialis, Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 37. † Proptèr eandem ratio- 22
nem poteſt Laicus quibuſdam caſibus Clericum citare ad notitiam, quia hujuſmodi citatio in extrajudicialibus ſinè juriſdictione fit, ex *eod. lib.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 9. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 131. *&* 169. ac juſtà dicta *ſup. h. m. quæſt.* 7. *num.* 7. † & quid mirum quòd 23
hoc queat in memoratis caſibus, ſi poteſt quod adhùc magis eſt, ſuam nempè juriſdictionem etiàm cum armis tueri adhùc in Clericos, ut tenent Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 3. *num.* 14. ex *leg.* 1. *ff. Si quis Jud. non obtemp.* Gloſ. in *cap. Supèr his, de Majorit. & Obed.* Guid. Pap. in *Deciſſ. quæſt.* 706. & Innoc. *in cap.* 1. *de Offic. deleg.* Avil. in *cap. Prætor.* 3. in *Gloſſ.* verb. *Juriſdiccion, num.* 2. *&* 3. & etiam illis reſiſtere in quibuſdam caſibus videndis apùd Segur. *part.* 2. *Director. cap.* 7. *numer.* 12. Gutierr. *lib.*1. *Pract.QQ. quæſt.*20. Mancin. *de Jur. Sacr. diſſet.* 22. Torreblanc. *de Jur. Spirit. lib.* 14. *cap.* 10. Non autèm conſulimus, quòd arma Judex arripiat ullo unquam caſu, nèc quòd arripere, aut faciat, aut permittat, nèc adhùc contrà Laicos illum turbantes, præſertim ſi oculos non avertimus à recentiori Regia reſolutione *ſup.* relata *h. Memb. quæſt.* 3. *num.* 15. poſt *med. evitando eſcandalos, y ſobreſeyendo en la execucion con las cautelas neceſſarias, ſi contra toda juſticia, y razon experimentaren reſiſtencias armadas, dandome cuenta por la via reſervada : : : para que Yo tome las providencias correſpondientes al eſcarmiento de tan irregulares exceſſos*; & conſcii ſumus, multoties Judices in perditionem incidiſſe, eò quod ſuam juriſdictionem

cum armis tueri voluerunt, & è contrà præmium alios accepiſſe quia patientèr ſubſtulerunt, & conſuluerunt,

24 † ut nos fecimus in quodam graviſsimo caſu in certo Vico ditionis Oppidi Exitani, vulgò *Salobreña*; contigit enim, quòd conſultò quidam Milites Militiani, corpore formato, militari more, præcidium fecerunt de Ducis Commandantis ordine cuſtodiendo oſtia domus habitationis Vexilliferi ejuſdem cohortis, & quamprimum acceſsimus cum Audientia noſtra, reſiſtentiam fecerunt armati cum Sica Sclopeto adnexa, nè illius Vexilliferi domum ingrederemur cum Curia, sèd aut ſolus Tabellio, aut ſolus ego; & quamquam illius Loci chariſsimi Vicini, ſimùl què ejuſdem publici Officiales Pedanei, àc Decuriones arma arripere deſiderabant contrà prædictos Militianos, tamètſi ſuos convicinos, ad illos repellendos, Campanam què pulſare voluerunt ad populi commotionem contrà illos: minimè permiſsimus, sèd Tabellio ingreſſus fuit, & declaratione, cum commiſsione, ab eo ſumpta ſupèr quodam negotio, ſtatim de hoc incidenti Generalem Ducem conſuluimus, qui diſtrictiſsimè corripuit, & punivit prædictum Commandantem, & cæteros factionis Reos, ità ut ab illorum memoria non deleatur.

25 Deindè, probatur à ratione noſtra affirmativa ſententia, nàm hujuſmodi informativus proceſſus (proceſſus dico, non quia ſit propriè talis, sèd ex communi, àc vulgari loquendi forma) non eſt judicialis, utpotè non eſt in judicio; itidem, non eſt in contentione; ulterius, neguè à poteſtate Judicis, quia poteſtatem nullam exercet, sèd tantummodò veritatem perquirit extrà judicium, & abſquè judicio, ut de illa informare, & conſulere poſsit Superiorem, aut Regem, prout præcipitur à plurimis legibus Regiis in hoc opere diſperſis, ſignantèr *numer.* 32. 34. *& trib. ſeqq.* Nomen enim, Judiciale, vèl à Judicio dicitur, vèl à Judice: à judicio non eſt judicialis informatio prædicta, quia judicium non eſt; hoc enim eſt, *Actus trium perſonarum in judicio contendentium*, Caniſ. *in Summ. Jur. Canon. lib.* 4. *t.* 1. *pag.* 369. Paz *Prax. Eccleſ. annot.* 1. *num.*6. *&* 11. ità talitèr, quòd in his conſiſtat judiciorum eſſentia, *cap. Forus, de V. S. leg. Quidam referunt, ff. de Jur. Codicillor. leg. Non ignorat, cap. Qui accuſ. non poſſ. leg.* 47. *t.*18. *part.* 3. *Quæ enim voluntariæ ſunt juriſdictionis* (inquit Caniſ. ubi proximè) *ſinè ulla Judicii forma, nullo què partium conflictu expediuntur*; propterea judicium etiam definitur: *Miniſtratio Juſtitiæ, & diſcutio juris partium*, ſecundùm Sabel. in *Summ. tom.*2. §. *Judicium* 42. *num.* 1. *&* 2. & itèm judicium eſt, *quaſi juriſdictio, quòd in eo jus dicatur, vèl reddatur à Judice, dict. cap. Forus*, §. 1. *de V. S.* Caniſ. *dict. lib.* 4. *t.*1. in *princ.*

Hinc eſt, quòd non omnes actus Judicis, judicium conſtituunt, Paz in *dict. annot.* 1. *num.* 7. *& duob. ſeqq.* Caniſ. ubi *ſup.* Neque itèm eſt judicialis prædicta informatio à Judice, quia Judex dicitur à juſtè judicando, ut ex Vulgatis: ergo ſi non judicat, nèc benè, nèc malè, sèd præſcindit, non ſe habet tanquàm Judex, nam Judex appellatur, qui de re aliqua, vèl jure ſuo cognoſcit, & judicat, ex Libio, & Judex dicitur, *quaſi jus dicens*, *leg.* 1. in *princ. ff. de Juriſdict. dict. cap. Forus, de V. S.* & Judex non dicitur is in quo juſtitia non eſt, Seſſe *de Inhibit. cap.* 1. §. 1. *num.* 24. ergo ſi cùm Judex Laicus in caſibus memoratis in *num.* 3. informationem capit de Clerico, de illo non judicat, utpalàm eſt, neguè jus dicit, 26

nèc

nèc juſtitiam facit, sèd ab his omnibus ſe abſtinens, dumtaxàt veritatem perquirit, ut illam Superioribus Eccleſiaſtico, & Sæculari nuntiet; non ſegerit ut Judex, sèd ex-
27 trajudicialitèr agit, † & magnopere à judicialibus extrajudicialia differunt, nàm hæc non tranſeunt in rem judicatam, D. Salg. *de R.P. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. Parej. *de Inſtrum. Edit. t.* 2. *reſol.* 6. *num.* 334. & extrajudicialia ſunt omnia voluntariæ juriſdictionis, id eſt, non contentioſæ, D. Salg. *de Retent. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 37. & Caniſ. *dict. lib.* 4. *Summ. t.* 1. *pag.* 369. atquè de extrajudicialibus, videndus Garc. *de Nobilit. gloſſ.* 5. *num.* 11. *&* 20. Gonzal. in Reg. *Poſſeſſor. gloſ.* 9. in *Addit.* poſt §. 1. à *num.* 14. D. Salg. *de R. P. part.* 2. *cap.* 14. *& de Retent. cap.* 5. §. 2. *à num.* 10. *& cap.* 23. Quædam igitur fiunt à Judice, non in forma judiciali, Guid. Pap. in *Deciſſ. quæſt.* 564. *num.* 2. ſicut aliud eſt judicialitèr acta producere, aliud extrà formam judicii exhibere prò animi informatione; ut inquit idem Guid. *quæſt.* 241. *num.* 1. latius unumquodque declarans. Ex quibus omnibus ſatis improbata manet ſententia illa P. Avendañi ſub *num.* 8. allata, in verbis illis: *Quia judiciale non eſt quod Judicis authoritate non fit, ut ex nomine ipſo liquet*: undè inferri poſſet, quòd judiciale ſit, quod Judicis authoritate fit, ut ex nomine ipſo liquet; & hæc non eſt bona conſequentia, ut jam ex dictis patet, quia cùm nomen Judicis, quid materiale ſit, capax pèr ſe non eſt conſtituendi judicium, ubi forma judicii à jure requiſita abſit, immò incapax omninò eſt, ex ſui præciſſa virtute, faciendi, ut judicialis ſit actus ille, qui à jure prò extrajudiciali habetur, nam homo Judex, incapax non eſt illarum omnium operationum, quæ cuicumque alio homini permiſſa ſunt, ſiquidem nihil eſt quòd impediat ut operetur ut homo privatus, quin immiſceatur officium, quod non inheret hominis oſsibus, nèc ità conexum eſt cum perſona, ſicut Anima cum corpore, licèt enim iſtud operari nequeat abſquè Animæ conſenſu; non ità homo Judex, cùm facilimè poſſit operari ut homo, quin ſe gerat tanquàm Judex: nèc probat, quòd ut Judex ſe gerat cùm teſtes, & Tabellionem adhibet, & juramentum recipit, quia hæc omnia cuiquæ privato permiſſa ſunt in tàm gravibus caſibus, ut ſunt relati *ſup. num.* 2. prò jure ſuo ſervando, ſi aliud non adeſſet remedium, ut ex P. Delbene vidimus ſub *dict. num.* 2. & tamètſi verum eſt, quòd privatus juramentum recipere nequit; tamèn cùm homo Judex perſona ſit magnæ authoritatis quomodocumque conſideretur, & ſibi commiſſa populi conſervatio, ut probavimus in *Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 20. illud ceſſat inconveniens, quod in alio quocumque homine abſolutè, & utcumquè privato, illa repræſentatione, & caractere deſtituto militaret. † Deindè, quia ſi Supremi Se- 28
natores non procedunt judicialiter cùm Bullam quandam Sanctæ Sedis retinere decernunt prò Tribunali ſedendo, non òb aliam rationem, niſi quia omnis judicii figura abeſt, ut vidimus *num.* 18. cum *duob. ſeqq.* cùr omnis actus ab homine Judice factus, etiàm non ſedente pro Tribunali, æſtimandus eſt judicialis, nemine dempto, nulla què diſtinctione facta àn judicialiter, àn potiùs extrajudicialiter fecerit? † Nonnè 29
ſemper quòd peccata Pœnitentiario narramus, Pœnitentiæ Sacramentum adhibemus, ſi iſtius abeſt forma à S. Eccleſia præſcripta? Nulli dubium eſt, quòd non, quia aliud eſt illo ſedente, pœnitente autem ad ejuſdem pedes demiſſo, peccata confiteri, Sacramenti forma ſervata; aliud

aliud verò ambobus cohærentibus in Cubiculo, etiàm clauſo, peccatum quodcumque pèr viam conſultationis referre, quin minimè dici abſquè hæreſi valeat, Pœnitentiæ Sacramentum eò tunc adfuiſſe, ex quò peccatum Pœnitentiario fuit narratum; non enim illi tanquàm Pœnitentiario fuit dictum, aut relatum, sèd tanquam homini cuidam experto, docto approbato, & ſuæ obligationis conſcio, maximè in his, quæ ad animæ ſalutem ſpectant: ſic ſimilitèr cùm Judex in caſibus prædictis, omni forma judiciali omiſſa, informationem recipit ad effectum dumtaxàt conſultationis Superioribus faciendæ, non ut Judex, ſed ut privatus procedit, ea expediendo, quæ ad populi temporalem ſalutem pertinent, & conducunt, in quo utriquè Majeſtati ſervit.

30 Quòd Judices Laici poſſint in arduis, & gravioribus caſibus informativum ſuſcipere contrà Clericos, & etiam in omnibus illis in quibus leges Regiæ præcipiunt, illorum exceſſus notificari Supremæ Majeſtati, aut ejuſdem Conſilio, ut tali, aut tali damno medeatur, manifeſtum fit ex eo quòd notitia ſinè teſtium receptione adquiſita, poteſt falax eſſe, aut falax poſteà affectatè fingi ab illis ipſis qui eandem ſubminiſtrarunt, aliquo temporis ſpatio tranſacto, circunſtantiæ vè facti variari poſſent à pravis hominibus poſteà ex intervallo corruptis, maximè ſuſceptis prima vice eorum dictis in verbo, & juramento non ligatis, nèc pèr conſequens inſcriptum redactis eorum atteſtationibus, quæ omnia vitari debent, adeoquè non alitèr melius certificari Judex inferior poterit, atquè Superiorem inſtruere abſquè fallentiæ metu, quàm cum informativo, etiamſi extrajudiciali, ſcripto tamèn, àc teſtibus ſupèr nudo facto examinatis, & juratis, & ità ſempèr conſtabit de teſtium dictis, cùm aliàs illis non ſcriptis, nèc juratis, vix fides adhiberi poſsit òb hominum inconſtantiam; † quaproptèr introducta fuit inſtrumentorum confectio, nè homines facilè reſilire poſſent à conventionibus, & hoc non obſtanti, lites non deficiunt, cùm quotidiè retractationes, & proteſtationes in contrarium ſecretò fieri nullus ſit qui ignoret, & quamplurimas excogitari cautelas à perfidis hominibus ad illorum fidem enervandam, atquè illudendam; eadem de cauſa, cautè, àc maturè proviſum eſt in jure, quòd nullius teſtimonio quantumcumque religioſus exiſtat credi debet, niſi juratus depoſuerit, *cap.*10. 29. *&* *Nuper* 51. *de Teſtib. leg. Juris jurandi*, 8. *&* 9. §. 1. *C. eod.* Caniſ. *in Summ. Jur. Canon. lib.* 4. *t.* 10. *pag.* 427. Corvin. *in Enchirid. Inſtit. lib.* 4. *t.* 16. *pag.* 591. ubi allegat Clarum, & Minſig. & idem eſt etiamſi ſit Religioſus, Alteſerr. *lib.* 2. *Decretal. t.*20. *pag.* 274. *ex dict. cap. Nuper* 51. 31

Nèc obſtat, ſi in contrarium dicatur, quòd *l.* 24. *t.* 3. *l.* 2. *&* 3. *t.*8. *lib.*1. *l.*17. *t.*5. *l.*16. *t.*6. *lib.*3. *Recop.* & plures aliæ utuntur verbis: *Lo ſupieren: nos lo aviſen: embien relacion: nos lo hagan ſaber, &c.* quæ innuere videntur, ſimplicem notitiam miniſtrari deberi, non verò inſtructam cum informativo: non itèm obſtat; primùm, quia Judices ità ſimplicitèr informantes, in periculo eſſent, dummodò negotium non verteretur circà factum permanens, quod nulla tergiverſatione celari poſſet, ut proximè inſinuavimus, cùm fortè evenire valeret, quòd poſt aliquod temporis ſpatium, probari nequiret id quod informarunt, aut conſuluerunt, proptèr Clericorum reorum aſtutiam, & caliditatem, teſtes in medio temporis intervallo ſubhornantium, aut minis metum illis inferentium, aliis vè reſpectibus, eiſdem 32

dem vacilantibus, & veritatem non detegentibus, & atteſtantibus, aut non ità nudam ſicuti ſciebant, & Judici primitùs revelarunt, immò fortè contrarium aſſerentibus ejus, quod primùm viva voce Judici denuntiarunt, quæ omnia meritò caveri debent.

33 Secundùm, quia Judicis nudæ aſſertioni non creditur, quibuſdam exceptis caſibus collectis à Maſcard. *de Probat. concl.* 951. & à Poſt. *obſerv.* 75. *num.* 8. & *deciſ.* 54. *num.* 12. ut diximus in *Memb.* 1. *quæſt.*2. *num.* 27. & *quæſt.*6. *n.* 23. 24. 25. *&* 37. tamètſi credi debet in his, quæ pertinent ad officium Officiali jurato, *C. Ad Audientiam, de Præſcript. leg. Si quis Decurio, C. Ad leg. Cornel. de Falſ.* Alteſerr. *lib.* 1. *Decretal. t.* 6. *pag.* 90. circ. *fin.*

34 Tertiùm, quia ſupradicta verba, quibus utuntur prædictæ leges Regiæ, informativum non excludunt, quia ſi non affirmant, aut non expetunt illud, tamèn, nèc etiam negant, aut reſpuunt eundem, immò prævìè recipiendum eſſe ſupponitur, ut expreſſum eſt in *leg.*3. *tit.*4. *lib.*8. *Recop. Que la nueſtra Juſticia del Lugar dò eſto acabeciere, haga peſquiſa ſobre ello, y nos embie à hacer relacion de ello, porque Nos lo mandèmos caſtigar, y eſcarmentar.* Clarius autèm pateſit *ex l.* 7. *t.* 3. *dict. lib.*8. ubi notum eſt, quòd hæc locutio: *Se informen*, (etiàm contrà Clericos, circà quos eſt dicta lex) accipi debet de Summaria informatione, ità ut pèr teſtes conſtet, & probari poſsit.

35 Quartùm, quia in aliis caſibus in quibus juſtificatio requiritur, & judicialitèr eſt procedendum, ſolent leges Regiæ uti eadem loquendi formula: *Supieren*, ut in *l.*5. *t.*3. *l.* 5. *tit.*1. *lib.* 8. *Recop.* quoniam ſcientia poteſt eſſe nuda, aut cum juſtificatione inſtructa.

Quintùm, quia tàm procùl eſt à præjudicio, & violatione immunitatis hìc extrajudicialis informativus, ut non ſolùm ſit ab Eccleſia permiſſus, & toleratus à noſtris Hiſpaniæ Catholicisſimis Regibus, verùm etiam expreſsè juſſus, cùm opus fuerit, ut apertè probat *l.*3. *tit.*5. *lib.*1. *Recop.* loquens cum Clericis, & Laicis, & cum univerſis cujuſcumquè conditionis, ſtatus, dignitatis vè ſint: *Y ſi el tal pan no ſe pudiere haver donde ſe hizo el fraude, hayan ſu informacion en el Lugar donde ſe halla, y parece el engaño; y ſi por la dicha informacion ſe hallare ſer aſsi, ſin mas dilacion executen la dicha pena en aquel, que hallaren culpante en el dicho fraude, haciendo execucion en ſus bienes por todas las dichas penas.* Idem ſuadetur ex Aut. 9. cap. 13. tit. 8. lib. 9. Recop. *Haviendo prueba regular, ò ſemiplena extrajudicial probabiliſsima de haverſe introducido, y receptado ſal de mala entrada en caſas de Ecleſiaſticos, Igleſias, y Conventos de Religioſos; ordeno, y mando, &c. y que con la juſtificacion, dèn cuenta al Conſejo de Hacienda :: y con juſtificacion, dàr cuenta al Conſejo*, & in *C. ſeq.* loquendo de fraude introducto intrà Clauſuram Monialium: *Pues quando ſe pruebe, que en ella ſe introduxo el fraude :: y dàr cuenta al Conſejo con juſtificacion.* En ubi non dumtaxàt permittitur, ſed immò præcipitur informativus contrà Eccleſiaſticas perſonas; àt non informativus utcumque, sèd judicialis in toto juris rigore, quia contrapoſita illa prima verba: *Prueba regular*, cum illis aliis: *ò ſemiplena extrajudicial probabiliſsima*, videtur in illis loqui de plena judiciali probatione: ergo noſtrum Jus Regium abſquè Eccleſiæ quærela receptum, non tantummodò non damnat, reſpuit, nec punit hujuſmodi informativum, verùm & illum fieri jubet cùm opus eſt, modo

dicto, ſcilicèt, extrajudicialitèr. Ecce etiam, quod hæc juſtificatio, & regularis probatio, aut extrajudicialis ſemiplena probabilíſsima, de qua in prædicto *Aut.* ſupponit teſtes juratos, & coràm Tabellione examinatos, quia aliàs nullam facerent fidem, nèc probationem, ut probavimus *num.* 31. in *fin.* & Judex què ſecùs faceret, viſis coràm ſuperiore Actis, abſdubio puniretur.

37 Fortius adhùc convincitur ex *Aut.* 1. *tit.* 18. *lib.* 9. *col.* 2. *Y ſi huviere duda :: las dichas Juſticias reciban informacion de Oficio, citadas las Partes, procurando averiguar por todas las vias la verdad, y la embien à ſu Mageſtad :: y no conſientan, que Jueces Eclesiaſticos, de qualquiera calidad que ſean, conozcan, traten, ni pongan en coſa alguna de lo ſuſodicho impedimento, ni eſtorvo alguno*: nota, quòd loquitur de Clericis, & quod magis eſt, circà eorum vitam, ut legitur in *leg.* 2. *tit.* 19. *lib.* 8. *Recop.* circ. *med. hayan de ello informacion.* Cætera verba, quæ huc proximè relata præcedunt in *dict. lib.* 2. tamètſi admodum neceſſaria ad noſtræ ſententiæ probationem, referre omittimus òb ſtatus decentiam, & honeſtatem publicam, quia in idiomatæ vulgari ſcripta ſunt, eò non obſtanti, quòd leges, omnibus ſe exhibent, & à quocumque legi poſſunt; sèd tu videris ſi volueris. Idem quod ſuprà probatur ex *leg.* 3. *dict. tit.* & *lib. Que las nueſtras Juſticias, havida informacion de ello*, & ex *leg.* 7. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recop.*

38 Sextum, quia hic informativus eſt de nudo facto, quod non reſpuit cognitionem, & quod magis eſt, judicium Judicis Laici, etiamſi ſit rei ſpiritualis, Seſsè *de Inhibit. Juſt. Arag. cap.* 8. §. 3. *num.* 11. & 23. cum aliis ab eo productis, quia in quæſtionibus facti Judex Laicus competens eſſe poteſt contrà omnes exemptos; Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & Recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 10. *num.* 94. & *quæſt.* 16. *num.* 26. àc probavimus in *Memb.* 1. *quæſt.* 3. *ſub num.* 6. & 7. ex quibus omnibus clarè evincitur, quòd Judex Laicus valet prædictum informativum facere contrà Clericos in caſibus expreſsis in *num.* 3. publico Reipublicæ damno exigente, prò illo exterminando, pace què inſtituenda, quæ quidem meretur eſſe primarium Judicis objectum; Avil. in *C. Prætor.* 46. *Gloſſ.* verb. *Regir, num.* 1. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 13. *num.* 44. *in fin.* nam pacis cauſa Monarchia inducta eſt, ut latè probat Curtell. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 49. atquè ità, jam hodiè quæſtio non de poteſtate debet eſſe, ſed de caſibus in quibus eſt exercenda, quæ facti potiùs, quàm juris eſt: verba ſunt D. Creſp. *part.* 1. *obſerv.* 3. *num.* 26.

Prò pace tamen conſequenda, 39
nemini jus ſuum auferendum eſt, adeoquè mandatum, & reſcriptum Principis ſempèr eſt intelligendum abſque præjudicio tertii, *l.* 7. *t.* 13. *l.* 2. 3. & 4. àc 10. *tit.* 14. *lib.* 4. *l.* 16. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil. l.* 19. *tit.* 18. *part.* 3. *l.* 2. §. *Meritò*, 10. & §. *Si quis à Principe*, 16. *ff. Ne quid in loc. pub. leg. Nec avus*, *C. de Emancip. liber.* etiamſi verba ſint generalia, *C. Cum tibi*, *de Conſuet.* & etiamſi improprientur; Decius *conſ.* 2. Bellon. *conſ.* 28. *num.* 1. & facit *C. Quamvis*, *de Reſcript.* in 6. *C. Dudum*, 31. *de Privileg. cap.* 2. *de Decim.* & *l.* 16. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* quia Princeps tollere non vult, nec poteſt jus tertii, nec item poſſunt illius Tribunalia, Antun. *de Donat. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 94. & *cap.* 2. *num.* 19. àc 20. *eod. lib.* Mohed. *deciſ.* 97. *num.* 2. & *deciſ.* 350. Rot. *in Recolect.* per Farin. *part.* 1. *deciſ.* 48. *num.* 8. Roman. *conſ.* 436. *num.* 14. Pinel. *in Rubr.*

de

de Reſcind. vend. part. 1. *cap.* 2. *col. ult.* & minimè in vitæ præjudicium, cùm in Jure Divino ſcriptum ſit: Innocentem non occidendum, *Exod.* 23. *verſ.* 7. *&* *Dan.* 13. *verſ.* 53. & argumento eorum, quæ tradit D. Covarr. in *Reg. Peccatum*, *part.* 2. §. 11. *num.* 3. verſ. *Quod ſi contra*, antè *med. Etenim dictat Jus Naturale, non eſſe innocentem occidendum, poterit nè aliqua ex parte jure humano innocens occidi, vèl in aliquo caſu ſpeciali? certè qui hoc aſſereret, demens prorſus eſſet, & rationis naturalis ſatis inſcius.*

40 Cæterùm duplex vita eſt in homine, una corporis, & alia honoris, & ſic dupliciter occidi poteſt, & multipliciter honor ammitti, aut minui. Nè igitur hujuſmodi damnum Judex, quicumque ſit, inferat, in prædictis informativis, ſivè contrà Clericos, ſivè contrà quoſcumque alios, multum caveri debet, quarè rectè dixit Nicol. Boër. *de Sedit. tom.* 11. *tract. DD. præſup.* 1. *part.* 1. *num.* 5. *pag.* 89. in dorſo, quòd juſtitia eſt anima Civitatis, recta namque gubernatio Reipublicæ, ad cujus commodum inſtituta ſunt officia, conſiſtit in integra adminiſtratione juſtitiæ pèr publicos Officiales, Carlev. *de Judic. in Apolog. num.* 7. abſquè omni humano reſpectu, Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 1. *à num.* 41. *ad* 44. *&* *num.* 116. ità judicans magnum ſicut parvum, *Levit.* 19. *verſ.* 15. *Deuter.* 1. *verſ.* 17. † 16. *verſ.* 19. *Eccli.* 5. *verſ. ult.* Avil. *in cap.* 1. *Prætor. Gloſſ.* verb. *Derechamente*, *num.* 25. ut latè probavimus in *Præfat. num.* 28. *& Memb.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 215. *&* 216. non abſolvens nocentem, & innocentem, aut miſerum condemnans proptèr potentum preces, aut pecuniæ quæſtum, Avil. *in dict. cap.* 1. *Gloſſ.* verb. *Donacion*, *num.* 22. nèc quemquam ſacrificans in oblationem ut alius extolatur, quod prætextari ſolet fingendo atrocitatem delicti ad condemnationem unius, & levitatem, àc æquitatis motivos ad abſolutionem alterius, sèd unicuique quod meretur reddendo, Avil. in *dict. cap.* 1. *Gloſſ.* verb. *A las partes*, *num.* 1. verè Reum non parcendo, nam miſericordiam facit puniens aliquem, ex *eod. Doc. dict. cap.* 1. *Gloſſ.* verb. *Derechamente*, *num.* 4. delinquentis què conſenſum ad coercitionem lex fingit, Curtell. *lib.* 1. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 12. *num.* 12. *& lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 5. ad *med.* ubi alios allegat, & contra crudelis eſt, àc nimis injuſtus cùm abſolvit ex æquitate ficta, quia juxtà D. Auguſt. ſupèr *Pſalm.* 63. *ſimulata æquitas non eſt æquitas, sèd iniquitas duplex, quia iniquitas eſt, & ſimulatio*; propterea, ut poſsit æquitas ſequi, debet eſſe ſcripta, *leg.* 8. *C. de Judic.* D. Creſp. cum aliis quos refert *part.* 1. *obſerv.* 11. *num.* 23. aliàs cerebrina æquitas erit, quæ juris rigorem non temperat, sèd vulnerat, & duplicem iniquitatem continet, ex *eod. ibid. num.* 25. & crudelitas eſt, teſtante D. Auguſt. in *Epiſt.* ad Bonifacium, in *cap. Ipſa pietas*, 13. *quæſt.* 4. falsò enim manſuetas appellat poteſtates ità facientes, & hoc eſt quod dicitur *Eccli.* 7. *verſ.* 6. *Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: nè fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.* Melius enim eſt potentem diſpliceri, quàm injuſtam fovere cauſam cum alterius nocumento, ex ſententia D. Ambroſ. in Can. *Deniquè*, 14. *quæſt.* 5. *Deniquè ſi non poteſt ſubveniri alteri, niſi alter lædatur, melius eſt, neutrum juvari, quàm gravare alterum*; † magna autèm potentum vis 41
eſt, nam ut notavit S. Hyeron. ſupèr Eccleſiaſt. *Difficilis eſt accuſatio in majorem, etenim ſi peccaverit*

non

non creditur, & ſi convictus fuerit, non punitur. Confirmatur ex *Eccli.* 8. *verſ.* 1. & 2. *Non litigues cum homine potente : : : non contendas cum viro locuplete, nè fortè contra te conſtituat litem tibi*, Eccli. 4. *verſ.* 32. facit *cap.* 8. *verſ.* 15. Eccleſ. 6. *verſ.* 10. in *fin.* & Orat. *ex Faſtor.* 3. *lib.* 2. *Serm.* àc *lib.* 1. *epiſt.* 19. ad Lolium : *Sèd ſatis eſt orare Jovem, qui donat, & aufert*; idcircò multi colunt perſonam potentis, *Prov.* 19. *verſ.* 6. & facit *Eccleſ.* 7. *verſ.* 13. eò quòd pecuniæ obediunt omnia, *Eccleſ.* 10. *verſ.* 19. & ipſa protegit, *dict. Eccleſ.* 7. *verſ.* 13. facit etiam *Jacob.* 2. *verſ.* 6. & 7.

O miſera hominum natura!

42 Ideò Principes Sæculares hanc in rem potiſsimum invigilare debent, & in conſcientia tenentur pacem ſtabilire, & defendere, ac omnia media ſcandali nutritiva evellere etiamſi Eccleſiaſtici ſint, uti pulchrè D. Salg. *de R. P. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 48. & *cap.* 2. *num.* 26. Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 15. *à num.* 17. cum multis *ſeqq.* & uti de Rege Aſſuero Sacra teſtatur Hiſtoria, *Eſth.* 16. *verſ.* 7. & 8. *Undè providendum eſt paci omnium provinciarum*, D. Ramos *ad LL. Jul. & Pap. cap.* 52. *num.* 9. *Expendimus prætereà illud prò eiſdem Laicorum decretis, nempe pertinere ad politicum Principatum proprio, & primevo jure deducto ex fine ad quem inſtitutus eſt, pacem, quietem què publicam curare, & tueri, quippè ad eum primitus finem inſtitutæ Reipublicæ, Principatus, & Regna, &c.* niſi enim Principes Sæculares hac poteſtate fungerentur, pace Regna non fruerentur, ex *eod.* Ramos, *ibid. num.* 11. *Addimus nèc potuiſſe huic quieti, & paci ſatis conſultum iri, habito, & expectato recurſu Supremi Eccleſiaſtici Principatus Apoſtolicæ Sedis, utpotè quæ eſt remotior tot indies contentionibus expediendis, & quæ ad hæc temporalia, quamvis porrigi indirectè poſsit, non tamèn debeat, niſi in arduis, & ex magna, gravi què cauſa prò directione Spiritualium, & Eccleſiæ bono*, † 43
nam quoàd merè temporalia, ſufficiens in Principe reſidet poteſtas, & illi obedientiam ex neceſsitate Sacerdotes debent; & Scriptores contrarium docentes, impoſtores vocavit D. Bernard. teſtante Curtell. *lib.* 2. *de Priſc. & recent. Eccleſ. libert. quæſt.* 36. *num.* 7. & 8. & ex Sacro Jure, & Sanctorum PP. ſententiæ probat, atquè etiàm Prælati ſub præcepto tenentur in juſtis, juxtà *eund. dict. lib.* 2. *quæſt.* 55. *num.* 18. & 22. in hunc què finem, pacis nempè tuendæ, & omnibus viis ſatagendæ, ut prælibavimus, tenetur Princeps juſtos Judices creare, àc conſtituere, *Deut.* 16. *verſ.* 18. qui in alteram non declinent partem, nèc perſonarum, nequè munerum acceptatores ſint, ex ejuſdem *Deut.* præcepto ore Dominico 1. *verſ.* 17. † 16. *verſ.* 19. *Exod.* 23. *verſ.* 8. *Levit.* 19. *verſ.* 15. *Eccli.* 20. *verſ.* 31. junctis, quæ in *Præfat.* diximus *num.* 28. Facit etiam *Deut.* 17. *verſ.* 20. *Prov.* 24. *verſ.* 23. *Sap.* 6. *verſ.* 8. *Eccli.* 20. *verſ.* 24. in *fin.* 1. *ad Timoth.* 5. *verſ.* 21. & *Jacob.* 2. *verſ.* 1. & 9. ut ſic nemini præjudicent, sèd potiùs ea proſequantur, quæ Deo placita ſunt, & concordes cum Judice Eccleſiaſtico ſint, ſicuti hoc opere intendimus.

MONITIO SALUTARIS.

SCiat autem Judex omnis, quod 44
ſi juſtè, & debitè juſtitiam miniſtraverit, & invincibiliter juriſdictionem exercuerit, inexorabilis erectus, & arduus fuerit, prout monet

net Ant. Sabel. in *Summ. diverſor. tract.* in *Diſcurſ.* àc revera tenetur ex utroque foro, & ſuaſsimus hoc noſtro opere, ſignanter *h. quæſt. à n. 39.* penè infinitos adverſarios habebit Bod. *lib. 5. Polit. cap. 1. num.* 203. Carlev. *de Judic. in poſter. tom. t. 2. diſp. 1. num. 6.* ad *med.* Villad. *cap. 5. Inſtruct.* §. 1. *à num.* 45. ad 48. ſignantèr in verſ. *La governacion*, & in verſ. *Y S. Chriſoſtomo*, Medin. ad Lelium, *Goviern. Mor. diſc. 5. pag.* 70. *Es el mandar oficio de hacer deſcontentos. No baſtan los aciertos para acallar las calumnias*, & *ſup.* probavimus in *Memb. 1. quæſt. 3. à num. 60. & quæſt. 6. num. 97.* 114. & 115. & fidem facit David Rex in *Pſalm. 68. v. 5. & ſeq. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſtè*, & Pſalm. 54. à *v. 3. cum ſeqq. Contriſtatus ſum in exercitatione mea : & conturbatus ſum à voce inimici. Quoniam declinaverunt in me iniquitates : & in ira moleſti erant mihi. Cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me. Timor, & tremor venerunt ſuper me: & contexerunt me tenebræ. Et dixi::* v. 10. *Præcipita Domine, divide linguas eorum : quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in Civitate.* Quis enim non mirabitur, ſi viderit Civitatem perſequi, & contradicere Judicem ſuum,
45 caput, & patrem ejus ! † Quid autem hujuſmodi Civitatis erit ? jam prædixit Dominus in *dict. cap.* 54. verſ. *ſeq.* qui 11. eſt, per Prophetam Regem : *Die, ac nocte circundavit eam ſuper muros ejus iniquitas : & labor in medio ejus*, 12. & *injuſtitia. Et non defecit de plateis ejus uſura, & dolus.* Vide Jer. 50. v. 29. † 51. v. 56. Bar. 7. v. 23. 24. 26. & 27. † 9. v. 9. Sed in jure noſtro Civitas tale faciens, rebellis æſtimatur, *l. Quiſquis 5. cap. Ad Leg. Jul. Majeſt.* & in Conſtit. *Quoniam*, & ibi Bart. in verb. *Rebellando.* Cuman. *conſ.* 153. & *deciſ.* 130. *dub. 6.* per *tot.* ſignantèr in *fin.* atquè horum authoritate Ludov. Carrer. in *tract. de Homic. Prax. Crim. pag.* mihi 430. *col. 2. num. 7. in fin. Quæ rebellio nedum committitur contrà Principem, sèd etiam ſi contrà ejus Vicarios, & Officiales conſpiratur, & imponitur pœna mortis, & publicationis bonorum.* Et in num. *6.* ibid. & *dixit Bald. in l. Ex teſtamento, cap. de Milit. Teſtam. Quod Civitas rebellis poteſt dari ad prædam, & ſacum, & per Bartol. in l. Hæreditarium, ff. Ad leg. Falcid. Quod Civitas rebellis æquatur ſolo, idem Bart. in l. Inter ſtipulantem, §. Sacram. ff. de V. O. Idem Bald. in tit. de Pace conſt. & per Felin. in dict. cap. Dilectus, ubi dicit Civitatem mori poſſe, ut condemnetur ad aratrum*; & idem Carrer. ibid. num. 13. *Itèm punitur, ut amittat privilegium proptèr delictum*, & cum multis DD. probat, & ſic proſequitur : *Itèm punitur, Civitas reſiſtens Officiali Imperatoris, & Regis :: Itèm punitur Univerſitas, quia amittit privilegium Civitatis*, & Jura, àc DD. producit ibi videndos. Et proſequitur amplius : *Itèm punitur, ut perdat Caſtra ei ſubdita : : ubi, etiam ſi condemnatur Civitas ad deſtructionem murorum, eos ulterius non poteſt reficere*, & Eſdræ lib. 1. cap. 4. *à verſ.* 15. uſque ad 21. † 46
Decuriones etenim, & ad ipſorum exemplum cæteri vicini, paucis demptis, Judicem reſpiciunt, tanquam exterum cum ipſis invitum ſit ab illo regi, *Pſalm. 68. verſ. 9. Extraneus factus ſum fratribus meis*, & in illum fortitèr irruunt. *Pſalm. 53. verſ. 5. Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum antè conſpectum ſuum*, cum *Pſalm. 85. verſ.* 14. ejuſdem què memoriam extinguere vellent, atquè ip-

ipſius ſubſtantiam, cùm in illum conjurantur, intèr ſe dividere, *Pſalm.* 123. *à verſ.* 2. *ad* 4. *Cum exurgerent homines in Nos.* 3. *Fortè vivos deglutiſſent nos : Cum iraſceretur furor eorum in Nos.* 4. *Forſitàn aqua abſorbuiſſet nos*, Exod. 15. *verſ.* 9. *Dixit inimicus : perſequar, & comprehendam, dividam ſpolia*, Job. 18. *verſ.* 17. *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen ejus in plateis*, tanquam ſi Judas proditor fuiſſet, cui, & cæteris malevolis eandem pœnam Chriſtus precatur, Pſalm. 108. *verſ.* 15. *Et diſpereat de terra me-*
47 *moria eorum.* † Sèd non mirabatur S. Rex, nequè nos utiquè miraremur, quòd inimici ſui etiàm maledixiſſent illi, *dict.* Pſalm. 54. verſ. 13. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſubſtinuiſſem utique, & ſi, is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet abſcondiſſem me forſitàn ab eo*, nèc quòd malè loquerentur, qui oderant illum, ut jam dictum eſt in præcitato textu, ſed conquerimur cum Propheta S. de amicis, & commenſalibus, *eod.* Pſalm. 54. verſ. 14. *Tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus.* 15. *Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos* : : : 16. *Veniat mors ſuper illos : & deſcendant in infernum viventes : Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.* Vide Lament. Jer. 1. *verſ.* 2. 17. & 19. Dan. 11. *verſ.* 26. *Et comedentes panem cum eo conterent illum.* Abd. 1. *verſ.* 7. propthereà deprecabatur Dominum, ut ab iſtis eum liberaret, cùm cæteris pejores ſint, *Pſalm.* 31. ſub *verſ.* 7. *Erue me à circumdantibus me.* Et Pſalm. 37. verſ. 12. *Amici mei, & proximi mei adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt*, cum *duob. ſeqq.* & verſ. *antepenult. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem*; quamobrem Hylar. Pictavienſis in *Pſalm.* 118. explicans illa verba *verſ.* 134. *Redime me à calumniis hominum*, ſic inquit : *Difficilè eſt cavere à talibus, qui ſub nomine amicorum hoſtes ſunt*, cujus rei exemplum habemus in nequitia *Sanaballat*, & ſociorum ejus, qui fœderis prætextu, *Nehemiæ* everſionem ſtudebat 2. *Eſdr.* 6. *verſ.* 2. ſed majus teſtimonium habemus in Domino noſtro Jeſu oſculo tradito, *Math.* 26. verſ. 48. & 49. *Marc.* 14. verſ. 44. & 45. *Luc.* 22. verſ. 48. & hoc eſt quod dicitur *Jer.* 9. verſ. 8. *In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur,*
& occultè ponit ei inſidias. † Sèd 48
quid horum erit ? Dixit Dominus per Iſaiam 66. ſub verſ. 5. *Ipſi autem confundentur.* 6. *Vox populi de Civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis*, quoniam Populus Civitas, Templum, & lapides uſquè, fortè clamabunt prò vindicta inimicorum Judicis, & ad Dominum vociferabunt. Sed quid amplius? Audi *eund.* Iſaiam, *ibid.* verſ. 24. *Et egredientur, & videbunt cadavera vivorum, qui prævaricati ſunt in me : vermis eorum non morietur, & erunt uſquè ad ſacietatem viſionis omni carni*, Et Pſalm. 139. *verſ.* 11. *Cadent ſuper eos carbones, in ingnem dejicies eos: in miſeriis non ſubſiſtent.* Judith 16. verſ. 21. *Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & ſentiant uſque in ſempiternum.* Job. 12. verſ. ult. *Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios*; & *ibid.* 13. verſ. 12. *Memoria veſtra computabitur cineri, & redigentur in lutum cervices veſtræ*; & 19. verſ. ult. *Fugite ergo à facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius eſt : & ſcitote eſſe judicium.* Pſalm. 9. verſ. 4. *Infamabuntur, & peribunt à facie tua.*

tua, Pſalm. 57. *verſ.* 7. cum *ſeqq.* Pſalm. 58. *verſ.* 7. cum *duob. ſeqq.* Pſalm. 59. verſ. ult. *Et ipſe* (id eſt, Dominus) *ad nihilum deducet tribulantes nos.* Pſalm. 93. verſ. ult. *Et reddet illis iniquitatem ipſorum: & in malitia eorum diſperdet eos: diſperdet illos Dominus Deus noſter.* Pſalm. 105. *verſ.* 11. 17. *&* 18. *àc* 41. Prov. 26. *verſ.* 27. Eccleſ. 10. *verſ.* 8. Sap. 3. *verſ.* 10. † 4. *à verſ.* 18. Eccli. 27. *à verſ.* 28. uſquè in *fin.* Iſai. 30. *verſ.* 12. cum *duob. ſeqq.* † 33. verſ. 1. † & 51. *verſ.* 13. cum *verſ.* 8. Hæc profectò merita erit merces illorum, qui iniquè, àc fœdè prævaricantes converſi ſunt ex intimis primitus amicis in capitales poſtea inimicos, ut latius diximus in *Manifeſt. Leg.* Ex Pſalm. 101. *verſ.* 9. *Et qui laudabant me, adverſum me jurabant*, quòd utiquè prævaricatio eſt odio digna, Pſalm. 100. verſ. 3. *Facientes prævaricationes odivi.* Pſalm. 118. verſ. 158. *Vidi prævaricantes, & tabeſcebam.* Eccli. 40. verſ. 14. *Sic prævaricatores in conſummatione tabeſcent.* Heù autèm eorum ſi in nequitia ſua perſeveraverint, Pſalm. 7. *verſ.* 13. *Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & paravit illum*, & tamètſi Deus illico non animadvertat, nolite adverſarii eſſe ſecuri, quia Dominus ſolet retardare vindictam, ut gravius puniat, docente Natal. Com. in *Mytholog. lib.* 3. *cap.* 10. *&* 6. facit 2. Mach. 6. *verſ.* 13. *&* 14.

49 Verùm horum nihil, prævaricationes nempè, perſecutiones, detractiones, tribulationes, inimicitiæ, invidiæ, atque omnium adverſitatum cummulus, bonum Judicem, perfectè què fortem, & conſtantis cordis terrere poterit, nàm fiducia magna credere debet, quòd Dominus fortis, & potens ſuppetias feret in ipſum, Exod. 3. *verſ.* 12. *Ego ero tecum*, dixit Dominus ad Moſen, accipere renitentem officium Ducis, & Judicis filiorum Iſraël, *ibid.* 4. *verſ.* 12. † 14. *verſ.* 14. *Dominus pugnavit pro vobis, & vos tacebitis.* † 15. *verſ.* 2. 2. Paralip. 32. *verſ.* 8. Matth. 10. *verſ.* 20. & illum præſidiis muniet. Pſalm. 4. *verſ.* 4. *Dominus, exaudiet me cum clamavero ad eum.* Pſalm. 124. *verſ.* 1. *&* 2. *Qui confidunt in Domino, ſicut Mons Sion: non commovebitur in æternum, qui habitat* 2. *in Jeruſalem. Montes in circuitu ejus*, & perſalè D. Auguſtin. *epiſt.* 194. *Quando pugnatur Deus ſpectat, & partem quam inſpicit juſtam, ibi dat palmam*, facit 2. Mach. 15. *verſ.* 21. & opportunum erit, quòd deprecetur Dominum, ut ad miſeriam, & perſecutionem quam ſuffert reſpiciat, ab ea què redimat, hoſtium nequitiam repellat, illos què corripiat, cum verbis Pſalm. 142. verſ. 1. *Domine, exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in juſtitia tua*, Et verſ. 9. *Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi.* Et verſ. 11. *Educes de tribulatione animam meam.* 12. *Et in miſericordia tua diſperdes inimicos meos. Et perdes omnes, qui tribulant animam meam.* Pſalm. 30. pèr *tot.* ubi precem inſtituit contrà pericula, & hoſtium ſtudia, Pſalm. 139. etiàm pèr *tot.* ſignantèr *verſ.* 1. *Eripe me, Domine, ab homine malo: à viro iniquo eripe me.* Moſis exemplo Exod. 15. *verſ.* 16. *Irruat ſupèr eos formido, & pavor in magnitudine brachii tui.* Et Jer. 17. verſ. 18. *Confundantur, qui me perſequuntur, & non confundar ego: paveant illi, & non paveam: induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.* Et Lament. Jer. 3. à *verſ.* 57. uſque ad ult. *Vidiſti, Domine, iniquitatem illorum adver-*

ſum

ſum me: judica judicium meum. †
50 Cæterùm quamquàm multis conteratur laboribus falsò accuſatus interim dùm apparet veritas, ex Ariſt. 2. *Recthor. cap.* 5. & in *lib. de Somn. & Vigil. cap.* 2. Simanc. *lib.* 6. *de Repub. cap.* 9. Senec. *lib.* 6. *de Beneſic. cap.* 28. Cicer. in *Orat. prò Manil.* Xenoph. *de Præd. Ciri*, Caſiod. *lib.* 3. *epiſt.* 36. Plaut. *in Moſtelar. Act.* 5. Senec. 1. *Neſcitis quàm metriculoſa res ſit ire ad judicium*, & facit Guazin. in *Defenſ. Reor.* 32. *cap.* 10. *num.* 4. & Boſius in *Rubr. de Indic. & conſid. antè tortur.* etiàm copioſius mercedem à Domino conſequetur, ut politicus eſt per Matth. 16. *verſ.* 27. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundùm opera ejus*, cum concordantibus *in gloſſ. margin.* & pèr Luc. 6. verſ. 21. *Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis*, cum *duob. ſeqq. Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm ſeparaverint vos, & exprobaverint*: : *Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo*, àc pèr Pſalmiſtam S. in Pſalm. 125. verſ. 5. & 6. *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.* 6. *Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autèm venient cum exultatione portantes manipulos ſuos*: prima Sacri *text.* pars nobis conveniebat, cùm ad Matritenſem Urbem ibamus vocati ex Civitate Alpharenſi; ſecunda autèm adæquatè reſpondet, cùm ad offi-
51 cium reſtituti fuimus, † & nunc potiùs cùm ſimus relevati à ſindicationis judicio, non obſtantibus ſtrictiſsimis Decretis N. D. Regis, ex quodam Supremi Caſtellæ Senatus Decreto prolato die 6. *Maii*, anni præſentis 1749. quod quidem ità ☞ ſe habet: *Se exonera à Don Phelipe Solèr de la Reſidencia en la conformidad que lo pide, y habilita para ſus pretenſiones, en atencion à los motivos, que expreſſa, y conſtan al Conſejo, de lo que ſe le dè la Certificacion, ò Deſpacho correſpondiente.* O fœlices labores, & angores! illa etenim eſt magis glorioſa victoria, ubi fuere laborioſa certamina, teſtante D. Ambroſ. *lib.* 1. *Offic. cap.* 15. & cùm exitus acta probent, *leg. Quidam, ff. de Reb. dub. leg. Silanianum, ff. de His quib. ut indig. leg. Rem non novam, cap. de Judic.* Conjici ex hujuſmodi Decreto, & aliis hoc opere diſperſis, non difficultèr valebit, quomodo ſindicatus ſe geſſerit in
Officio, † nàm ètſi bonus aliquan- 52
diu opprimatur, nemo diu poteſt eſſe infœlix, Natal Comit. in *Mytholog. lib.* 8. *cap.* 4. *pag.* 827. & Judex, qui ſic vicerit, canere poterit: *Tranſivimus pèr ignem, & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium*, ut dicitur in *Pſalm.* 65. *verſ.* 12. hinc noſcere debemus, quòd tempeſtatem tranquilitas ſuccedit, & fletum exultatio, *Tob.* 3. *verſ.* 22. *Prov.* 14. *verſ.* 13. & *Eccli.* 1. *verſ.* 29. & quòd veritas ad eos, qui operantur illam revertetur, *Eccli.* 27. *verſ.* 10. † Ma- 53
ximè autèm victoriam reportabit ſi continens fuerit Judex, mundas què manus habuerit, Pſalm. 23. à verſ. 3. ad 5. *Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?* 4. *Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.* 5. *Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.* Pſalm. 17. verſ. 21. *Et retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum, retribuet mihi*, idem què repetit in *verſ.* 25. cum Pſalm. 14. *verſ.* 1. & 2. & facit Jacob. 4. *verſ.* 8. & docuit Avil. in

cap. 1.

cap. 1. *Prætor. Gloſ.* verb. *Ni llevaràn*, *num.* 2. àc Caval. *centur.* 3. *caſ.* 288. *num.* 43. *& ſeqq.* junctis *infr.* dicendis *num.63.* in *fin.* ſi enim ità proceſſerit, porro poterit vocem ſuam coràm omnibus gentibus extollere, cum 1. Reg.12. *verſ.*3. *Samuelis* exemplo, qui populi judicio probatus innocens, Iſraëlem ingratitudinis arguit, à *verſ.* 1. *Dixit autem Samuel ad univerſum Iſraël : Ecce audivi vocem veſtram, juxtà omnia quæ locuti eſtis ad me*: : 3. *Loquimini de me coràm Domino, & coràm Chriſto ejus, utrum bovem cujuſquam tulerim, aut aſinum : ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus accepi : & contemnam illud hodie, reſtituam què vobis.* 4. *Et dixerunt : Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicujus quippiam.* 5. *Dixit què ad eos: Teſtis eſt Dominus adversùm vos, & teſtis Chriſtus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt : Teſtis*: : 7. *Nunc ergo ſtate, ut judicio contendam adversùm vos coràm Domino.* 4. Reg. 19. verſ. 22. *Cui exprobaſti, & quem blaſphemaſti? Contrà quem exaltaſti vocem tuam?* Iſaiæ 57. v. 4. *Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & ejeciſtis linguam?* Num.16. verſ. 15. *Iratus qui Moyſes valdè, ait ad Dominum : Ne reſpicias ſacrificia eorum : tu ſcis quòd nè aſellum quidem unquam acceperim ab eis, nèc afflixerim quempiam eorum.* Act. Apoſt.20. verſ.33. *Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupivi, ſicut* 34. *Ipſi ſcitis*, plaudere què manibus in hilaritatis ſignum poterit, Pſalm. 31. verſ. fin. *Gloriamini omnes recti corde.* Pſalm. 63. verſ. *fin. Et laudabuntur omnes recti corde*, Pſalm.72. verſ. 1. *Quàm bonus Iſraël Deus his qui recto ſunt corde!* Pſalm.93. verſ.9. Prov. 2.v.21.

54 Dum autèm honoris contentio pendet, mortis angores miſerum Judicem circumeunt, ut de ſeipſo ajebat Pœnitens Rèx Pſalm. 142. à verſ. 3. *Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam. Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos Sæculi*: 4. *Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.* Verſ. 7. *Defecit ſpiritus meus.* Pſalm. 43. verſ. 16. *Tota die, verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.* 17. *A voce exprobantis, & obloquentis à facie inimici, & perſequentis.* Verſ. 20. *Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.* Verſ. 25. *Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra : conglutinatus eſt in terra venter noſter.* Clamabat què ad Dominum cum *ſeqq.* verbis *eod.* Pſalm. verſ.23. *Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem.* 24. *Quare faciem tuam avertis, oblivifceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?* Verſ. 26. *Exurge Domine, adjuva nos : & redime nos propter nomen tuum.* Pſalm. 3. verſ. 2. *Domine, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt adverſum me.* Pſalm. 5. verſ. 11. *Sepulchrum patens eſt gutur eorum, linguis ſuis dolosè agebant, judica illos Deus.* Cum verſ. *ſeq.* Pſalm. 9. verſ. 14. *Miſerere mei Domine : vide humilitatem meam de inimicis meis.* Pſalm. 12. *pèr tot.* Lament. Jer. 1. verſ. 9. *Vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.* Et verſ. 14. *Infirmata eſt virtus mea.* Et verſ. 22. *Multi enim gemitus mei, & cor meum mærens.* † 3. verſ. 20. *Tabeſcet in me anima mea.* Pſalm. 19. per *tot.* Pſalm. 17. à verſ. 5. *Circumdederunt me dolores mortis : & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.* 6. *Dolores inferni circumdederunt me: præoccupaverunt me laquei mortis.* Pſalm. 21. à verſ. 7. *Ego au-*

autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis. 8. *Omnes videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labiis, & moverunt caput.* Et verſ. 14. cum *duob. ſeqq.* Pſalm. 24. verſ. 16. *Reſpice in me, & miſerere mei, quia unicus, & pauper ſum ego.* Pſalm. 30. per *tot.* ſignantèr verſ. 12. *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium, & vicinis meis valdè. Qui viderunt me foras, fugerunt à me.* Pſalm. 34. verſ. 15. *Et adversùm me lætati ſunt, & convenerunt.* Verſ. 19. *Non ſuper gaudeant mihi qui adverſantur mihi iniquè.* Cum *verſ.* 23. & *ſeqq.* Pſalm. 37. à *verſ.* 7. *uſque in fin.* Pſalm. 54. per *tot.* Pſalm. 56. quaſi per *tot.* Pſalm. 68. verſ. 8. *Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: Operuit confuſio faciem meam.* Pſalm. 87. verſ. 16. *Pauper ſum ego, & in laboribus à juventute mea: exaltatus autem, humiliatus ſum, & conturbatus.* Pſalm. 118. verſ. 141. *Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus.* Cum verſ. 143. *Tribulatio, &*
55 *anguſtia invenerunt me*; † quo in conflictu, ſic Dominum deprecetur, atque Divinum inploret auxilium adversùs inimicos ſuos (præter ea quæ *ſup.* ſunt dicta *num.* 49. ad *med.*) cum Pſalm. 31. verſ. 7. *Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me.* Pſalm. 6. verſ. fin. *Erubeſcant, & conturbentur vehementèr omnes inimici mei: conturbentur, & erubeſcant valdè velocitèr.* Pſalm. 42. à verſ. 1. *Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo, & doloſo erue me.* 2. *Quia tu es Deus fortitudo mea::* 3. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam,* & Genebrard. ſic interpretatur: *Defende me Deus, & diſcepta cauſam meam contrà Barbaras, & profanas gentes me ulciſcere. Emitte gratiam, favorem tuum, & auxilium; tuarum promiſsionum fidem, & effectum.* 2. Eſdr. 4. verſ. 4. *Audi Deus noſter, quia facti ſumus deſpectui: converte opprobrium ſuper caput eorum,* quippè in hujuſcemodi laboribus conclamari quaſi videbatur poſſe cum Tobia 3. verſ. 6. *Expedit enim mihi mori magis, quàm vivere*, & cum Sara *ibid.* verſ. 15. *Peto Domine, ut de vinculo improperii hujus abſolvas me, aut certè deſuper terram eripias me*, & in conſimili tribulatione, àc anguſtia ſe videns Regina Eſther, ſic deprecabatur Dominum, Eſth. 14. verſ. 11. *Converte conſilium eorum ſuper eos, & eum, qui in nos cœpit ſævire diſperde*, cum ℣℣. *ſeqq.* & Job. 10. verſ. 1. *Tædet animam meam vitæ meæ*, & quaſi pèr *tot.* ſignantèr *verſ.* 17. & in ſimili præſſura ſe videns Apoſtolus, eiſdem fuit uſus verbis 2. ad *Corinth.* 1. *verſ.* 8. in *fin.* quoniam ut dicitur Eccli. 30. *verſ.* 17. *Melior eſt mors, quàm vita amara*, & Jon. 4. *verſ.* 3. & 8. *Melior eſt mihi mors, quàm vita.* Et Jeremias videns ſe rideri, & pati opprobrium, àc perſecutionem òb verbum Domini, maledixit diem nativitatis ſuæ, Jerem. 20. à verſ. 14. *Maledicta dies, in qua natus ſum,* cum ℣℣. *ſeqq.*

Hæ igitur Judicum perſecutiones, 56
à vicinorum parcialitatibus, & ſeditionibus ſæpè oriuntur, quæ cùm exurgunt adverſum illos, multi colligantur, & conjurantur, ut quaſi totus populus cæca mente perſequi quamdurius, & perfidè videatur, Deut. 9. verſ. 13. *Cerno quod populus iſte duræ cervicis ſit*: reproductis *ſup.* dictis *Memb.* 1. *quæſt.* 6. *n.*
113. † ſubditorum tamen conjurato- 57
rum multitudo, Judicem non deterreat, tamètſi verum eſt, quòd multitudo modum non ſervat, & nemo eſt qui furentis populi rumorem non paveat, juxta Boer. in *tract.* de *Sedit. tom.* 11. in *tract.* DD. *præſup.* 1. *num.* 8. *in fin. pag.* 90. & *Eccli.* 26. *à verſ.* 5. ad 7. exemplo quoquè

què deducto ab Iſraëlitis, qui cùm *Joſaph.* regnante, adversùm illum inſurrexiſſe vidiſſent Ammonitas, Moabitas, àc Sirios, ſic Dominum deprecantes affati ſunt 2. Paralip. 20. verſ. 12. *In nobis quidem non eſt tanta fortitudo, ut poſsimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos:* tamèn illis omnibus Dominus dixit *ibid.* verſ. 13. *Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem; non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei.* Et verſ. 17. *Nolite timere, nec paveatis: cras egredimini contra eos, & Dominus erit vobiſcum.* Et 2. Eſdr. 4. verſ. 14. *Nolite timere à facie eorum,* nam Job prædicans Dei potentiam adversùs ſuorum amicorum jactantiam, 12. *verſ.* 19. ſic locutus eſt: *Ducit Sacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat.* 21. *Eos, qui oppreſsi fuerant, relevans.* Vide 1. Mach. 3. verſ. 18. & 19. & Deut. 7. à verſ. 17. *Si dixeris in corde tuo: Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo potero delere eas?* 18. *Noli metuere, ſed recordare quæ fecit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis Æygptiis.* Et verſ. 21. *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt.* Et verſ. 24. *Nullus poterit reſiſtere tibi donèc conteras eos.* Et Deut. 31. verſ. 6. *Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nèc paveatis ad conſpectum eorum.* Cum verſ. 3. & 8. Joſue 1. verſ. 9. *Ecce præcipio tibi, confortare, & eſto robuſtus. Noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumque perrexeris.* Iſaiæ 8. verſ. 12. *Omnia enim quæ loquitur populus iſte conjuratio eſt: & timorem ejus nè timeatis, neque paveatis.* Ad Hebr. 13. verſ. 6. *Ità ut confidentèr dicamus: Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo;* & præterea, Dominus dixit pèr Iſaiam 51. verſ. 7. *Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum nè metuatis;* non enim illi timendi ſunt qui poſſunt occidere corpus, ſed Deus eſt timendus, qui poteſt, & animam, & corpus perdere in gehennam. *Matth.* 10. verſ. 28. & *Luc.* 12. verſ. 4. & 5. 1. *Petr.* 3. verſ. 14. quàmobrem potius quod juſtum fuerit Judex facere te tenetur òb Dei timorem, quàm quod injuſtum eſt proptèr hominum gratiam, quia tametſi potentes, & multi ſint, timendi non ſunt ex proximè dictis, & dicendis ex Luc. 21. verſ. 9. *Cùm audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri,* & ſi adverſa venerint, aut ſufferenda, aut non quærendum Officium, ut docuit Paul. 2. ad Corinth. 6. à verſ. 4. *In multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtiis.* 5. *In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis,* & Dan. 13. verſ. 23. *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Juncta Oſſeæ doctrina 12. verſ. 6. *Et ſpera in Deo tuo ſemper.* Quippè juſtum non contriſtabit quidquid ei acciderit. Prov. 12. *verſ.* 21. non enim admittenda ſunt illicita propter vitæ amorem. 2. *Mach.* 6. *verſ.* 20. & 26. æquo enim animo quamcumque fortunam, ſivè proſperam, ſivè adverſam ferre debemus, Senec. *de Tranquilit. Anim. & conſtant. ſapient. Orat.* 3. *lib.* 3. *Carm.* Nequè temerè audeas dicere, quòd illa Domini doctrina Ducibus Iſraël data, atquè proximè relata de multitudine non timenda proptèr Deum, tempore Legis Naturalis præſtita fuit, nàm tametſi varia ſint illius, & Evangelicæ, quam hodiè profitemur præcepta, ſemper tamèn potiùs timendus eſt Deus, & poſt Chriſti Domini adventum docuit Apoſt. ad Hebr. 12. *verſ.* 8. *Jeſus Chriſtus heri, & hodiè: ipſe & in ſæcula,* & Malach. 3. verſ. 6. *Ego enim Dominus, &*

non

non mutor, juncto 2. Mach. 15. *verſ.* 4.

58 Sciant autèm Decuriones, quòd ſi populi commotio adversùs Judicem contigerit, ipſis incumbit Officialis ſui defenſio, alioquin Civitas gravitèr delinquit, ut *ſup.* abundè probavimus, & docet Carrer. *Prax. Crim.* in *Tract. de Homicid. pag.* mihi 428. *col.* 1. *num.* 8. *Ubi ſi Cives vident offendi Officialem, & vim pati, & non defendunt, tenetur Civitas, nèc requiritur convocatio populi*, & idem præcipit noſtrum Jus Regium in *leg.* 11. *t.* 13. *l.* 4. *t.* 15. *l.*6. *t.*22. *lib.* 8. *Recop.* & ſecùs faciens Civitas, ſeditionis crimen committit, & læſæ Majeſtatis; & committere poteſt, tàm in omittendo, quàm in faciendo. Conrrad.Brun. *de Sedit. tom.* 11. *tract.* DD. *præſup.* 7. *numer.* 6. *pag.* 95. *Gravius* igitur *plectendus eſt*, inquit Caſiod. *lib.*9. *Variar. cap.* 2. *ſi ille cui delegatur auxilium, probetur inferre detrimentum*: ſed proh dolor! nam primi Judicum æmuli ſæpè Decuriones ſunt, ut noſtræ Practicæ politicæ ſatis clamant, & experientia docet.

59 Si ergo crudelem, àc ſanguinolentam perſecutionem benignè ſufferas, jam fœlix numerari poteris, & beatus, ut diximus *num.* 50. ex Luc. 6. *verſ.* 21. & *duob. ſeqq. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis*; & è contrà ad confuſionem eorum qui gloriantur ex afflictione Judicis, *ibid. verſ.* 25. *Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis*; propter eà dixit Dominus per Eccli. 7. verſ. 12. *Non irrideas hominem in amaritudine animæ.* Sin autèm contra fecerint ſubditi cùm te afflictum viderint, ut jam factum legitur in *Lament. Jer.* 1. *verſ.* 21. † 2. *verſ.* 15. & 16. † 3. *verſ.* 14. & ut experti nobiſcum ſumus, ità ut de cujuſdam voto, & jubilo, cimbala plaudenda fore publicè præconio declararet adversùs verbum Domini, Pſalm. 51. verſ. 3. *Quid gloriaris it malitia, qui potens es in iniquitate?* cum Prov. 17. *verſ.* 15. *& qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus*, † & 19. verſ. *ult.* † 24. *verſ.* 17. Baruch 4. *verſ.* 31. cum *duob. ſeqq.* Ezech. 35. verſ. *ult.* † 25. à *verſ.* 3. *ad* 11. † & 26. per *tot.* † cum 13. *verſ.* 21. & 22. non conſiderans nèc iſte, nèc illi, quòd unum corpus ſumus in Chriſto. Ad *Galat.*3. *verſ.*28. ad *Epheſ.* 5. *verſ.* 30. & ad *Coloſſ.* 3. *verſ.* 15. in *fin.* & quòd ſi quid patitur unum membrum in corpore phyſico, compatiuntur omnia membra, 1. ad *Corinth.* 12. *verſ.*16. cum *ſeq.* & quòd membra ad invicen ſumus, ad *Epheſ.* 4. *verſ.* 25. in *fin.* recordare Divinæ promiſsionis ore, Lucæ 6. *verſ.* 22. *ſup. allegat. Beati eritis cùm vos oderint homines, &c.* cum *duob. ſeqq.* & Divinarum minarum etiam recordare, *dict.* Luc. 6. verſ. 26. *Væ cùm benedixerint vobis homines*; quàmobrem, memoriæ commendare te vellem, quòd ſummæ fœlicitatis diadema, perſecutiones ſunt, quæ juſtos faciunt, & ducunt ad vitam æternam, Sap. 5. à verſ. 3. *Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperii.* 4. *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſinè honore.* 5. *Ecce quomodo computati ſunt intèr filios Dei, & intèr Sanctos ſors illorum eſt.* 6. *Ergo erravimus à via veritatis.* 16. *Juſti autem in perpetuum vivent, & apùd Dominum eſt merces eorum.* 17. *Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos.* 18. *Et armabit creaturam ad ultionem inimicorum*, cum ℣℣. *ſeqq.* uſquè in *fin.* Hymn. Sanctorum meritis: *Hi ſunt, quos fatuè*

fatuè mundus abhorruit : : : ſed corde impavido mens bene conſcia conſervat patientiam; † benè enim ope-
60 rantes, & in Domino ſperantes Deus adjuvat, Pſalm. 42. à *verſ.* 4. *Confitebor tibi in cythara Deus Deus meus*: 5. *quare triſtis eſt anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.* Et Genebrard. in illius expoſitione, ſic commentatur: *Celebrabo, gratias agam lætè, & hilaritèr, ille eſt mea ſalus, meus Salvator, & Deus.* Pſalm. 2. *verſ. ult. Beati omnes qui confidunt in eo.* Pſalm. 9. *verſ.* 11. † 72. *verſ. ult.* † 90. pèr *tot.* † 117. *verſ.* 8. & 9. † 146. *verſ. ult.* Prov. 3. *verſ.* 5. † 16. *verſ.* 20. † 30. *verſ.* 5. Eccli. 2. *verſ.* 11. Iſai. 49. *verſ.* 23. Jer. 17. *verſ.* 7. Pſalm. 43. *verſ.* 6. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos*, nàm manus Dei eſt ſupèr omnes qui quærunt eum in bonitate: & fortitudo ejus, & furor ſupèr omnes qui derelinquunt eum, 1. *Eſd.* 8.
61 *verſ.* 22. *Sap.* 5. pèr *tot.* † quamobrem bonus Judex non dubitet, quò Dominus Deus pugnator prò illo erit. Exod. 23. *verſ.* 22. *Inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.* Ezech. 13. verſ. 21. & 22. *Et dirumpam cervicalia veſtra : : : pro eo quòd mærere feciſtis cor juſti mendacitèr, quèm ego non contriſtavi.* † 22. verſ. 9. *Viri detractores fuerunt in te.* Et verſ. 30. *Et quæſivi de eis virum : : : & non inveni.* Soph. 3. verſ. 19. àc Exod. 14. verſ. 14. † 15. verſ. 2. 2. Paralip. 32. verſ. 8. 2. Eſd. 4. verſ. 20. *Deus noſter pugnabit prò nobis*, nequè itèm dubitet, quòd eum liberum ab omni eripiet contradictione, Pſalm. 17. verſ. 44. *Eripies me de contradictionibus populi*, cum *verſ.* 49. † 26. quaſi pèr *tot.* † 33. verſ. 16. *Oculi Domini ſupèr juſtos, & aures ejus in preces eorum.* 17. *Vultus autem Domini ſuper facientes mala : ut perdat de terra memoriam eorum.* 18. *Clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos : & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.* Pſalm. 101. pèr *tot.* † 102. verſ. 6. Jer. 17. verſ. 18. Pſalm. 142. ſub verſ. 11. *Educes de tribulatione animam meam.* 12. *Et in miſericordia tua diſperdes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam.* † Nam juſ- 62
titia permanet victrix, imperans, & fragrans ſicut aromata, Can. *Grave*, 35. *quæſt.* 9. cum *Gloſſ.* verb. *Poſtquam*, & veritas omnia vincit, àc fortior eſt præ omnibus, 3. Eſd. 4. *verſ.* 35. Et invaleſcit in æternum, & vivit, & obtinet in ſæcula ſæculorum. *ibid. verſ.* 38. Et ut dicere cœpimus *ſup. num.* 50. & 59. adverſitates, quas patientèr ſubſtuleris, ſecuriſsimi fidejuſſores erunt ad æternam fœlicitatem, quæ vera, & ſumma fœlicitas eſt, Matth. 5. *verſ.* 10. cum *duob. ſeqq.* Act. Apoſt. 14. *verſ.* 21. in *fin.* 2. ad Corinth. 4. *verſ.* 17. & 18. 2. ad Timoth. 3. verſ. 2. *Et omnes qui piè volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur.* Jacob. 1. verſ. 12. 1. Petr. 3. verſ. 14. † 4. verſ. 14. Apocal. 7. verſ. 14. 4. Eſd. 7. quaſi pèr *tot.* cum ipſius *Rubr.* † Quoniam fortuna adverſa 63
probatio virtutis eſt, non judicium reprobationis. Tob. 2. *verſ.* 12. cum *ſeqq.* † 3. verſ. 21. † 12. verſ. 13. Jud. 8. *verſ.* 22. Gen. 22. verſ. 1. Job. 5. verſ. 17. † 23. verſ. 10. Pſalm. 33. verſ. 20. *Multæ tribulationes juſtorum.* Prov. 3. verſ. 12. *Quem enim diligit Dominus corripit : & quaſi pater in filio complacet ſibi.* † 17. verſ. 3. Eccleſ. 8. verſ. 14. † 9. verſ. 2. & facit Eccli. 2. verſ. 5. † 27. verſ. 6. *Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio* tri-

tribulationis. Ad Hebr. 12. *verſ. 6. & ſeq.* 1. Petr. 1. *verſ. 6. & ſeq.* † 2. *verſ.* 19. Apoc. 1. *verſ. 9.* † 2. *verſ.* 10. † 3. *verſ.* 19. Dan. 12. *verſ.* 10. D. Hier. in *Epiſt.* ad Heliod. *pag.*mihi 4. *Erras frater erras, ſi putas unquam Chriſtianum perſecutionem non pati*. Sap. 3. à verſ. 5. *Quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos ſe. 6. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum*. Hymnus prò *Mart.* DEUS TUORUM MILITUM: *Pœnas incurrit fortitèr, & ſuſtulit virilitèr*. Can. *Adverſitas*, 7. *quæſt.* 1. Sed è contrariò, impii vivunt, ſublevantur, & proſperantur, divitiis què confortantur, & benè eſt omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt, *Job.* 21. verſ. 7. *Jer.* 12. verſ. 1. atquè potentior fit contradictio, *Habac.* 1. *verſ.* 3. & 13. Et impius prævalet adversùs juſtum. *Ibid.*vrſ. 4. *Eccleſ.* 7. *verſ.* 16. Veruntamen, ut dicitur Job. 22. verſ. 19. *Videbunt juſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannavit eos*. Et Pſalm. 106. *verſ.* 42. Et ſalvabitur. *Job.*22. verſ. *ult.* In quo autem ſalvabitur? Reſponſum nobis offert ipſe. Job. *dict.* verſ. *ult.* *In munditia manuum ſuarum*, quod ſignatim Judicibus congruit, & Davide teſtante Pſalm. 1. *verſ.* 3. in *fin.* *Omnia quæcumque faciet, proſperabuntur. 4. Non ſic impii, non ſic: ſed tamquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ. 6. Quoniam novit Dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit*. Ideò fugit impius nemine perſequente: juſtus autem quaſi leo confidens, abſquè terrore erit, *Prov.* 28. *verſ.* 1.

64 Sin autèm hoc ſpiritu nudatum ſe probaverit, forti què paritèr animo ad malos compeſcendos, cætera què gravia miniſterii munera perfectè adimplenda, Officium renuat accipere, aut acceptum ſinè dilatione dimittat, non enim omnia omnibus expediunt, *Eccli.* 37. *verſ.* 31. nè verè reus ſit, cùm vitia coronari ſinat, ut monet Eccli. 7. *verſ.* 6. *Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, nè fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua*. Et verſ. 9. *Noli eſſe puſillanimis in animo tuo*. Et ità juſſere Impp. Valent. Theod. & Archad. in *leg. Pèr omnes, 6. cap. de Defenſor. Civit. probatiſsimi quiſque, & diſtrictiſsimi adſint diſciplinæ, & quotidianis actibus præſint, qui non ſinant crimina impunita coaleſcere, removeant patrocinia, quæ favorem reis, & auxilium ſceleroſis impartiendo, maturari ſcelera fecerunt*, ità ſe habens, ut ſi propterea ſindicatus fuerit, & à malevolis, àc potentibus, quibus diſplicuit, perſecutus fuerit, clamare ad Dominum poſsit cum verbis Prophetæ Ain Pſalm. 118. *verſ.* 121. *Feci judicium, & juſtitiam: non tradas me calumniantibus me*. In 65
hunc porrò finem creatur Judex, 3. Reg. 10. *verſ.* 9. in *fin.* *Et conſtituit te ::: ut faceres judicium, & juſtitiam* Jer. 22. *verſ.* 3. 15. & 16. † 23. *verſ.* 5. † 33. *verſ.* 15. Ezech. 33. *verſ.* 16. † 45. *verſ.* 9. Et quicumque Judex qui ità fecerit ſperet à Domino, non tantùm in hoc mundo, ſed & in Cœlo ſua ſic ſententia declarari, à qua nulla interponi valet appellatio, nèc ſupplicatio: *Judicium, & juſtitiam tu feciſti*: verba ſunt *Pſalm.* 98. ſub *verſ.* 4. ſic enim fecit David prò omni populo ſuo, 2. *Reg.* 8. *verſ.* 15. ſicut etiam præcipit Dominus in Pſalm. 57. *verſ.* 2. *Recta judicate filii hominum*. Pſalm. 105. verſ. 3. *Beati, qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore*. Prov. 16. *verſ.* 15. in *fin.* † 21. *verſ.* 21. & *cap. ult. verſ.* 9.

Eccli. 4. *verſ.* 33. *Prò juſtitia agonizare pro anima tua, & uſquè ad mortem certa prò juſtitia: & Deus expugnavit prò te inimicos tuos.* † 20. verſ. 30. *Qui operatur juſtitiam, ipſe exaltabitur.* † 27. verſ. 9. vide Iſaiam 1. *verſ.* 17. † 56. *verſ.* 1. & 2. Matth. 5. *verſ.* 6. 10. & Act. Apoſt. 10. *verſ.* 35. ad Rom. 2. *verſ.* 13. conducuntur ea quæ diximus *ſup.* in *Memb.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 215. & 216. & in *Manifeſt. Leg. part.* 2. §. 2. *num.* 17. in *fin.* cæterùm, ad hæc, fortitudo requiritur: fortis ergo debet eſſe Judex, Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 1. *num.* 42. verſ. *Debe pues*, & §. 21. *num.* 13. cavere etenim debes, ò Judex, nè contrà te ſit Iſaiæ parabola 5. *verſ.* 7. *Et bonus paſtor animam ſuam dat prò ovibus ſuis*, Joann. 10. *verſ.* 11. ad Rom. 5. *verſ.* 3. & 4. † 8. *à verſ.* 35. cave igitur nè contemnens Jeſu Chriſti doctrinam, quæ in Sacra Pagina ſplendet, ad tuam cum ſubditis conſervationem potiùs attendas, quàm ad hoc negotium, judicii videlicèt faciendi, & juſtitiæ miniſtrandæ, ſtrictiſsima enim ratio reddenda eſt Domino, ut ſpeciatim de Judicibus ipſe dixit Sap. 6. à *verſ.* 2. *Diſcite Judices finium terræ.* 3. *Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum:* 4. *Quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur:* 5. *Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè judicaſtis, nèc cuſtodiſtis legem juſtitiæ, nequè ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis.* (& ideo in *noſt. text.* dicitur: *Non ad præjudicandum, ſed potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum*) 6. *Horrendè, & citò apparebit vobis: Quoniam judicium duriſsimum his, qui præſunt, fiet.* 7. *Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autèm, potentèr tormenta patientur.* 11. *Qui enim cuſtodierint juſta juſtè, juſtificabuntur, & qui didicerint, iſta, invenient quid reſpondeant.* 23. *Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis.* 27. *Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos, & proderit vobis.* † ſolent etenim 66
juris dicendi officia appeti, quia magnus illorum ſplendor eſt, ex *lib. Offic.* S. Ambroſ. *cap.* 28. *Excelſitatem tenet, ut ſuo judicio omnia ſujecta habeat*; noli verò extolli, ut monet *Eccli.* 32. *verſ.* 1. & cave nè comprehendaris in ſententia Pſalm. 48. verſ. 13. & 21. *Et homo, cùm in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*, quoſdam enim vidimus ad officia electos, & nondùm in poſſeſsione conſtitutos, quos ignorabamus, ex quò ea facere proponebant, quæ in aliorum capite prius reprehendebant; † cave itèm ab 67
avaritia, nèc labi timere deſinas, in mente tenendo ſequentia D. Ambroſii verba, ubi proximè: *Etenim dùm augere opes, aggregare pecunias, occupare terras, poſſeſsionibus cupimus, præſtare divitiis; juſtitiæ formam exuimus, beneficentiam communem amittimus: ſi ergo in bello juſtitiā valet, quanto magis in pace ſervanda eſt*, ſed contentus eſto ſtipendiis tuis, ut monet *Luc.* 3. *verſ.* 14. in *fin.* ab omni cavens, ut diximus, avaritia, *ibid.* 12. verſ. 15. *Prov.* 15. verſ. 27. *Eccli.* 5. verſ. 10. & *Eccleſ.* 5. verſ. 9. *Iſai.* 33. verſ. 15. & 16. hoc enim præcipuè intèr cætera ad juſtitiam ſpectat, quam diligere debemus, Sap. 1. *verſ.* 1. *Diligite juſtitiam, qui judicatis terram*, & diximus in *Manifeſt. Leg. part.* 1. §. 1. *num.* 7. & *part.* 2. §. 2. *numer.* 17. in *fin.*

Numquid autèm juſtitiam ſervant 68
Eccleſiaſtici Judices cùm vim faciunt?

ciunt? cùm cenſuris abutuntur ſcandala ſeminant, & populum cum diſcordiis emergunt? Audiamus Carlev. *lib.* 1. *de Judic. t.* 1. *diſp.* 2. *num.* 1018. qui deciſſum nobis reliquit in hæc verba: *Quemadmodum res digna eſt Prætore, & alio quolibet Magiſtratu, propriam juriſdictionem tueri, ac pœnali quoque ſi opus ſit judicio defendere, leg.* 1. *ff. Si quis jus dicent. non obtemper. ità nihil indignius, quàm ſi aliquid per vim, aut injuriam faciat, præſertim ad vindicandam ſibi, & arrogandam juriſdictionem quam non habet.* Negari nemine poterit, quòd violentiæ quotidiè fiunt, & quòd Judices Sæculares coacti ſe vident, ſuam tueri juriſdictionem cum magno ſumptuum diſpendio, & etiam ſalutis, quæ impenditur in labore maximo talium defenſionum? Sed vè talia facientibus, quia, ut dicitur *Luc.* 20. *verſ.* 46. & *ult.* in *fin. Hi accipient damnationem majorem.* Quamobrem conſimilia animadvertens *Nehemias* Atherſatha, ſivè Præfectus Jeruſalem, ſic ad Dominum locutus eſt 2. Eſdr. 3. verſ. 29. *Recordare Domine Deus meus adverſum eos qui polluunt Sacerdotium, jus què Sacerdotale.*

69 † Aliud autèm pejus malum, prædictum prius inſequitur, nàm Judices Eccleſiaſtici, victi ſe videntes cum rubore in violentiæ judicio, ſivè recurſu, capitales contrahere inimicitias quidam ſolent adversùm Judices Laicos, & hos temerè perſequi, quæ omnia, (& alia quamplurima, quæ non licet homini loqui) ut ſumus experti, diſcordia producit, quam cùm odio ſemper habuerimus, hoc minimum opus ad Judicum concordiam ſcribere optati ſumus; reproductis hunc *ſup.* dictis *h. Membr. quæſt.* 2. *num.* 6. cum *duob. ſeqq. ibid. & num.* 20.

70 àc 21. † & paſsim monemus, ut quivis Judex caveat ab arrogantia, quia meritò damnatur, *Prov.* 8. *verſ.* 13. † 16. *verſ.* 5. † & 21. *verſ.* 24. *Jer.* 49. *verſ.* 16. ſed eſto ſapiens, & benè reges, àc plebi tuæ benè facies, *Eccli.* 37. *verſ.* 26. laudaberis, *ibid. verſ.* 27. ſed adhùc fieri poteſt, quòd contemptus ſis; mœrore tamèn dignum hoc erit, *Eccli.* 26. *verſ.* 25. & 26.

Quamquàm tamèn Judex proptèr ſui integritatem à pravis hominibus fuerit inſultatus, firmitèr ſuſtinere ipſum oportet, quia ſi deſperaverit laſſus in die anguſtiæ; imminuetur fortitudo ſua, *Prov.* 24. *verſ.* 10. ſed nihil horum vereatur, uti faciebat Apoſtolus, *Act. Apoſt.* 20. *verſ.* 23. & 24. & Dominum invocet ſicuti Iſraëlitæ faciebant multis contrà illos inſurgentibus, 2. Paralip. 20. *verſ.* 12. in *fin. Hoc ſolùm habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te,* & uti Sara in tribulatione ſua fecit, Tob. 3. *verſ.* 14. *Ad te Domine faciem meam converto, ad te oculos meos dirigo*, cum Pſalm. 68. *verſ.* 30. & Pſalm. 69. *verſ.* 6. àc benignè ſufferat, ut monet Villad. *cap.* 5. *Inſtruct.* §. 2. *num.* 11. & Laurent. Gracian, vulgò, *el diſcreto, Agud. y Arte de Ingen. tom.* 2. *pag.* 334. *col.* 1. circ. *fin.* & *col.* 2. verſ. *Tuve*, *pag.* 337. *col.* 1. & *pag.* 361. *col.* 2. circ. *fin.* ad Rom. 12. *verſ.* 12. *In tribulatione patientes.* Prov. 16. *verſ.* 32. *Melior eſt patiens viro forti*, 2. ad *Corinth.* 6. *verſ.* 4. 1. Petr. 2. *verſ.* 19. † 3. *verſ.* 14. & 17. Eccleſ. 7. *verſ.* 9. *Melior eſt patiens arrogante*, † 72 quia doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria ejus eſt iniqua prætergredi, *Prov.* 19. *verſ.* 11. & item quia Anima cunctis rebus, & perſonis debet anteponi, Maſcard. *de Probat. concl.* 1176. *num.* 8. & cunctis rebus eſt præferenda, ex *eod. concl.* 117. *num.* 9. atquè ex aliis probabimus *inſr.* in *tract. de Cenſur.*

ſur. num. 31. & ſolatium deſumat ex verbis exortatoriis, Ant. Sabeli in *Summ. Diverſor. tract. tom.* 1. in *Diſcurſ. num.* 134. *&* *ſeq.* Divinum què imploret auxilium cum Pœnitentis Regis verbis Pſalm. *68. verſ. 30. Ego ſum pauper , & dolens.* † *69. verſ.* 1. *Deus in adjutorium meum intende : Domine ad adjuvandum me feſtina.* Et 1. Reg. 24. *verſ.* 16. *Sit Dominus Judex , & judicet inter me , & te : & videat, & judicet cauſam meam , & eruat me de manu tua* , & cùm cauſa juſta , Dei etiam cauſa dici valeat, eò quòd Deus omne, quod juſtum eſt tuetur , clamare ad ſui potentiam poterit cum verbis Pſalm. 73. *verſ.* 22. *Exurge Deus , judica cauſam tuam.* Jer. 51. *verſ.* 36. Et mundi dilectionem parvi habeat , tamètſi pluris mundanis ſit , *Joann.* 15. verſ. 18. & *ſeq.* † 17. *verſ.* 14. cum *duob. ſeqq.*
73 † & ab æterno Judice ſalutem ſperet , quemadmodùm Dominus docuit diſcipulis ſuis , *Joann.* 16. *verſ. ult. In mundo præſſuram habebitis : ſed confidite , ego vici mundum.* Ezech. 35. verſ. 12. *Et ſcies quia ego Dominus audivi univerſa opprobria tua.* & quemadmodum ſperavit S. Rex cùm valdè perſecutus erat, Pſalm. 54. verſ. 17. *Ego autèm ad Deum clamavi : & Dominus ſalvabit me. Redimet in pace animam meam ab his , qui appropinquant mihi.* 20. *Exaudiet Deus, & humiliabit illos.* 24. *Tu verò deduces eos in puteum interitus.* † 30. verſ. 5. *Educes me de laqueo hoc , quem abſconderunt mihi : quoniam tu es protector meus.* Jer. 18. verſ. 22. *Foderunt foveam , ut caperent me , & laqueos abſconderunt pedibus meis.* Et Pſalm. 4. † 4. verſ. 6. *Sperate in Domino.* Lament. Jer. 3. verſ. 31. *Quia non repellet in ſempiternum Dominus.* Clamans cum Hymno , Placare Christe : *Auferte gentem perfidam* , & etiam ſperet , adverſarios ſuos Divinam experituros indignationem , Pſalm. 71. verſ. 4. *Et humiliabit calumniatorem.* † 62. verſ. 10. *Introhibunt in inferiora terræ.* 11. *Tradentur in manus gladii , partes vulpium erunt.* Dei juſtitiam invocans cum Davide perſecuto , Pſalm. 53. verſ. 1. *Deus in nomine tuo ſalvum me fac : & in virtute tua judica me.* & Lament. Jer. 3. verſ. 56. *Ne avertas aurem tuam à ſingultu meo , & clamoribus.* † 5. verſ. 1. *Recordare Domine quid acciderit nobis : intuere , & reſpice opprobrium noſtrum.* Cum verſ. 17. *Propterea mæſtum factum eſt cor noſtrum , ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.* Et Bar. 1. verſ. 1. & 2. *Et nunc Domine omnipotens, Deus Iſraël , anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te: Audi Domine , & miſerere , quia Deus es miſericors , & miſerere noſtri* ; àc 2. Mach. 1. *verſ.* 27.
& 28. † & poſtquàm immunis 74
fuerit ab inimicorum inſidiis, gratias agat Domino Deo noſtro, cum Pſalm. 123. à verſ. 6. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum :* 7. *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium : laqueus contritus eſt , & nos liberati ſumus.* † 53. à verſ. 8. *Voluntariè ſacrificabo tibi , & confitebor nomini tuo Domine : quoniam bonum eſt.* 9. *Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me : & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.* † 3. verſ. 8. *Quoniam tu percuſsiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa.* † 9. verſ. 5. *Quoniam feciſti judicium meum , & cauſam meam.* † 17. verſ. 18. *Eripuit me de inimicis meis fortiſsimis , & ab*

his qui oderunt me. † 33. verſ. 5. *Exquiſivi Dominum, & exaudivit me : & ex omnibus tribulationibus eripuit me.* † 137. verſ. 7. *Super iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit dextera tua* : Lament. Jer. 3. à verſ. 57. *Appropinquaſti in die, quando invocavi te : dixiſti : Nè timeas. Judicaſti Domine cauſam animæ meæ, Redemptor vitæ meæ.* Siquidem Dominus adeſt juſto in fraude convenientium, illum cuſtodit, & tutat, & forte certamen adversùs illum permittit, ut victoriæ gloriam reportet, *Sap.* 10. *verſ.* 11. & 12. ſignantèr autèm ego uterer mirabili cantico Davidis gratiarum actionis prò ſua ab omnibus inimicis liberatione, 2. *Reg.* 22. pèr *tot.* *Pſalm.* 17. pèr *tot.* † 22. *à verſ.* 21. àc † 106. pèr *tot.* &
75 *Eccli.* 51. quaſi pèr *tot.* † Dominus enim mortificat, & vivificat, 1. Reg. 2. *verſ.* 6. humiliat, & ſublevat, *ibid.* *verſ.* 7. *Pſalm.* 74. *verſ.* 8. *Sap.* 7. *verſ.* 12. flagellat, & ſalvat, & non eſt qui effugiat manum ſuam, *Tob.* 13. *verſ.* 12. *Deut.* 32. *verſ.* 39. *Sap.* 16. *verſ.* 13. ipſe vulnerat, & medetur, percutit, & ſanat, *Job.* 5. *verſ.* 18. & fieri poteſt ut retribuat Dominus facienti mala juxtà malitiam ſuam, ut imprecabantur Chriſtus Dominus, David, & Eſther. *Pſalm.* 27. *verſ.* 4. 2. *Reg.* 3. *verſ. ult.* in *fin.* *Eſther.* 16. *verſ.* 18. in *fin.* quia Dominus reddit unicuique juxtà opera ſua. *Pſalm.* 61. *verſ. ult.*

76 Cæterùm non dedigneris ſupplicitèr exhorare prò inimicis tuis, cum Cantic. Zachar. *Illuminare his, qui in tenebris ſunt, & in umbra mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Nam præceptum Domini habemus. Matth. 5. *verſ.* 44. *Orate prò perſequentibus, & calumniantibus vos.* Luc. 6. verſ. 28. *Benedicite maledicentibus vobis : & orate pro calumniantibus vos*, non ſuſcitans in memoriam, eorundem injurias, juxtà mandatum Domini, Levit. 19. verſ. 18. *Non quæras ultionem, nèc memor eris injuriæ civium tuorum*, Eccli. 10. verſ. 6. *Omnis injuriæ proximi nè memineris.* † & 28. à *verſ.* 1. *ad* 9. quoniam, ut dicitur Prov. 10. verſ. 12. *univerſa delicta operit charitas* : nèc te doleat benefeciſſe illis, tamètſi ità fueris operatus, ut gloriari poſsis, quòd defenderis, atquè ſervaveris omnia quæcumque poſſederant, & quòd quidquam non perierit, nèc ullum amiſſerint de cunctis ad ipſorum Civitatem pertinentibus, & quòd fruſtrà hæc omnia ſint facta, malum prò bono illis reddentibus, ſicut querebatur David 1. *Reg.* 25. *verſ.* 21. ſciens tu, ò Judex, quòd jucundi eſſe Judices poſſent, ſi prò beneficiis non munera eiſdem ſubditi retribuerent, quæ David à Nabal præſtolabatur, ſed honorem ſolummodo, uti Gallius *Noct. Attic. lib.* 11. *cap.* 10. ex *Orat. cap.* Grach. *Ego ipſe quia apùd vos verba facio, ut vectigalia veſtra augeatis, qui facilius veſtra commoda, & Rempublicam adminiſtrare poſitis, non gratis prodeo, verùm peto à vobis, non pecuniam, ſed bonam exiſtimationem, atquè honorem* ; Dominus autèm retribuet unicuique ſecundùm juſtitiam ſuam, & fidem, 1. *Reg.* 26. *verſ.* 23. Domini enim ultio eſt, & ipſe retribuet in tempore, *Deut.* 32. *verſ.* 35. *ad Rom.* 12. *verſ.* 19. *ad Heb.* 10. *verſ.* 30. Jer. 51. *verſ.* 11. & facit *Eccli.* 28. *verſ.* 1. & 2. *Prov.* 24. *verſ.* 12. in *fin.* & Dominum cum Nehemia deprecare, uti ſcriptum

tum eſt, 2. Eſdr. 5. verſ. ult. *Memento mei Deus meus in bonum, ſecundùm omnia quæ feci populo huic.*

77 Sin verò, quòd ſperari non poteſt, victus Judex fuerit, & tamètſi innocens diruptus, accipiat diſciplinam à Zacharia, qui cùm Joas jubente occiſſus fuerit, quin recordatus eſſet miſericordiæ, quam huic fecerat Jojada Zachariæ pater, dixit in interitu: *Videat Dominus, & requirat*, 2. *Paralip.* 24. verſ. 22. *Gen.* 4. verſ. 10. *Matth.* 23. verſ. 35. *Iſaiæ* 49. verſ. 25. in *fin. Eos verò, qui judicaverunt te, ego judicabo, & filios tuos ego ſalvabo.*

78 Penè omnia, quæ in hoc opere ſcripſimus, magis quàm librorum examen, experientia nos docuit, àc factorum contingentia, quæ inſudare nos fecit, quapropter præter juris peritiam quam Romanorum, & noſtrum Regium requirunt, *leg.* 8. *cap. de Defenſor. Civit.* in *fin. leg.* 4. *t.* 1. *lib.* 2. *leg.* 1. *t.* 9. *lib.* 3. *Recop.* (quæ quidem viribus præfertur, *Sap.* 6. *verſ.* 1. *Melior eſt ſapientia, quàm vires, & vir prudens, quàm fortis*, & *Prov.* 16. verſ. 32. àc *Eccleſ.* 9. verſ. ult.) experientia Judicibus eſt ſummè neceſſaria, *leg.* 1. *de Juſtin. Cod. Confirm.* Auth. *de Judicibus*, in *princ. Collat.* 6. *leg. Certi Juris*, *cap. de Judic. leg. Expertes*, *cap. de Decurion.* Paz in *Prax. temp.* 1. *tom.* 1. *num.* 52. & 53. Avil. in *cap. Prætor.* 4. *Gloſſ.* verb. *Que les diere*, Bobad. *lib.* 1. *Polit. cap.* 6. *num.* 28. Laurent. Gracian. *tom.* 2. *Agudez. y Art. de Ingen. pag.* 331. *El hombre experimentado en los empleos, puede hablar con magiſtral poteſtad*, & Eccli. 34. verſ. 9. *Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum*; etenim deciſsiones Tribunalium Superiorum, quas ſummo labore nacti ſumus, & hoc opere congeſsimus, non parum profuturæ ſunt ad ſimiles caſus Judicibus inferioribus, quoniam iſti ſequi debent Superiorum Judicum exempla, uti fontes rivulos aquæ, *cap. In cauſis* 19. *de Sent. & Re Judic. leg. Nam Imperator* 38. *ff. de Legg. leg.* 3. *cap. Eod.* Carlev. *de Judic. lib.* 1. *t.* 2. *diſp.* 8. *num.* 8. & 9. & *t.* 3. *diſp.* 24. *num.* 8. & diximus *ſup. h. Memb. quæſt.* 1. *num.* 4. in *fin.*

Utinàm utraque docti, ſcientia nimirum, & experientia intèr 79
bonum, & malum diſcernere intelligamus, uti cupiebat Rex Salomon 3. *Reg.* 3. *verſ.* 9. & oſtendit *Job.* 28. *verſ.* ult. *Eccleſ.* 6. *verſ.* 5. *Iſai.* 7. verſ. 15. *Malach.* 3. verſ. *ult.* Amos 5. *verſ.* 15. *Odite malum, & diligite bonum.* Et docet Apoſt. ad *Rom.* 12. *verſ.* 9. † 16. *verſ.* 19. ad *Heb.* 5. verſ. 14. 1. *Petr.* 3. verſ. 11. 4. *Eſdr.* 7. verſ. 59. *Elige tibi vitam, ut vivas*, cum *℣℣. anteced.* ut mundi fallaciam agnoſcere valeamus, *Eccleſ.* 1. *verſ.* 2. 2. *Petr.* 1. *verſ.* 4. in *fin.* & *verſ.* 8. † 3. *verſ. ult.* 1. *Joann.* 2. *verſ.* 15. & 16. ut denique ad verum Deum mentem elevare ſciamus, quod præ cæteris cunctis profuturum nobis eſt, ut canit Eccleſia Sancta in Hymn. Deus tuorum militum: *Hic nempè mundi gaudia, & blanda fraudum pabula, imbuta felle deputans pervenit ad Cæleſtia*, & docent *Eccleſ.* 3. verſ. 12. *Sap.* 15. verſ. 3. *Jer.* 9. verſ. 24. 2. *Petr.* 1. *verſ.* 2. cum *duob. ſeqq.* 1. *Joann.*
5. *verſ.* 10. † In hujus què Summi Dei honorem, & gloriam, 80
utinam itèm hæc ſint ſcripta, quia *Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atquè victoria*;

toria : *&* *tibi laus.* 1. Paralip. 29. verſ. 2. *Et laus tua in fines terræ.* Pſalm. 47. *verſ.* 11. † 49. *verſ.* 14. † 62. *verſ.* 4. † 70. *verſ.* 8. *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam.* † 95. verſ. 4. *Quoniam magnus Dominus* , *&* *laudabilis nimis.* † 144. pèr *tot.* ſignantèr *verſ.* ult. *Laudationem* , *Domini* , *loquetur os meum* : *&* *benedicat omnis caro nomini ſancto ejus in ſæculum*; *&* *in ſæculum ſæculi.* Ad Rom. *cap. ult.* verſ. *ult.* 1. ad Timoth. 1. *verſ.* 17. *Soli Deo honor* , *&* *Gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.* Apoc. 4. *verſ. ult.* † 5. *verſ.* 13. & S. R. E. verè equidem *Domine dilexi decorem domus tuæ* , *&* *locum habitationis gloriæ tuæ*, Pſalm. 25. *verſ.* 8. † 83. *verſ.* 2. *&* 5. † 128. *verſ.* 5. cujus cenſuræ, & correctioni, ſublimiori què judicio, me luculentèr ſubmitto.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMUS

RERUM, VERBORUM, ET SENTENTIARUM
notabilium, quæ tàm in primo, quàm in ſecundo hujus Operis Membro, àc Bullarum in Notis continentur.

PRIOR NUMERUS, MEMBRUM; SECUNDUS, Quæſtionem; Tertius, eum qui in Margine adjunctus eſt, denotat.

Abyſſus.

ABYſſus abyſſum invocat. Præfat. num. 32.

Ablativus.

Ablativus abſolutus conditionem importat. 1. 2. 213.

Abſurdum.

Abſurdum eſt promiſcuis actibus, rerum turbari officia. 1. 2. 50.

Abſurda ſunt vitanda, & odio habenda. Poſt med. 2. 8. 3.

Abſurdi vitandi cauſa, verba impropriari debent, & veriſimilis mens Legiſlatoris attendi. 1. 5. 3. & Bull. 1. not. *ad* §. 14. *in* fin.

Abſurdum eſt quempiam ſimùl Reum, & immunem eſſe, liberum, & ſervum, ſedere, & ambulare &c. Bull. 1. not. *ad* §. 10. *verſ.* Mas ſe califica.

Abuſus.

Abuſus nullo tempore præſcribitur. 2. 2. 24.

Abuſus gladii ſpiritualis, per temporalem moderatur. Ibid. & numer. 43. *in fin.*

Abuſus cenſurarum multa, & magna damna producit. Bull. 2. not. *ad* §. 17. & 1. 2. 69.

Acceſſorium.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. 1. 2. 94.

Accuſatio, & Accuſator.

Accuſatio maximè ſcrutanda eſt cum accuſatus odorem bonæ exiſtimationis, & famæ habet. 1. 3. 50. & num. 53.

Accuſatio per ſe ſola neminem conſtituit Reum. 1. 3. 54.

Accuſatio falſa multis laboribus conterit accuſatum dùm apparet veritas. 2. 9. 50.

Accuſatio calumnioſa expelli debet, & citò puniri ipſius Author. 1. 6. 111.

Accuſatio in majorem difficilis eſt. 2. 9. 41.

Accuſationes contrà Judices qualitèr ſint perſcrutandæ, & judicandæ? 1. 6. 66. & à num. 86. *uſq. ad fin.*

Accuſatio Rei contrà Deum delinquentis, ab omnibus proponi poteſt. 2. 2. 69.

Accuſator calumnioſus qui non probat quod intendit, puniri debet, & condemnari in duplicatis expenſis, aut etiam corporalitèr. 1. 6. 101. *cum* duob. ſeqq.

Accuſator calumnioſus ſivè falſus eſt qui probare non poteſt. 1. 6. 104.

Accuſator calumnioſus puniri debet multis pœnis. 1. 6. 101. *cum* duob. ſeqq.

Accuſator ſi deficiat, Judex ex officio procedere nequit. 1. 3. 35. *Contra.* Ibid.

Accuſator calumnioſus alienus a religione eſt, itèm à veritate, & à pietate. 1. 6. 86. & 87.

Accuſator calumnioſus, potius accuſatum perdere cupit, quam ut

hic corrigatur. 1. *6.* 87. *&* 2. 2. 11.

Accidens.

Accidentia multum diſtant à ſubſtantia, & à vero illius prætio. Præfat. num. *34.*

Acta.

Acta ab exitu probantur. 2. *9.* 51.

Acta Iudicis Eccleſiaſtici fidem non faciunt coràm Sæculari niſi in crimine hæreſis. 1. 2. *29. &* 2. 1. 5.

Acta coràm Iudice Sæculari, fidem non faciunt in Tribunali Eccleſiaſtico. 1. 2. *29.*

Acta Iudicis Eccleſiaſtici àn exhibenda ſint Laico invocato? 2. 1. 2. *&* num. 5. *cum* trib. ſeqq.

Acta àn exhibere teneatur Eccleſiaſticus Laico Iudici, ut auxilium præſtet? 1. 2. *9. & uſq. in* num. 23. *&* 2. 1. *per* tot. quæſt.

Acta Iudicis Eccleſiaſtici exhibenda ſunt Laico implorato ſi intereſſe habens in arduis petierit. 2. 1. 5. *in* fin.

Acta judicialitèr producere aliud eſt quàm extrà formam judicii exhibere prò animi informatione. 2. *9.* 27.

Actorum fides ex Iudicis arbitrio pendet, & ex animi ſui ſententia æſtimare poteſt quid aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur. 1. *6. 36.*

Acta judicialia Sæculari prohibita ſunt adversùs Eccleſiaſticas perſonas. 2. *9.* 11.

Actio.

Actio ordinaria facit ceſſare extraordinariam. 1. 2. 51. *&* 52.

Actio realis intentari àn poſsit adversùs Clericum coràm Iudice Laico? 1. 2. 144. *& in* Præfat. num. *36.*

Actio omnis Domini, noſtra inſtructio eſt. 1. *6. 63.*

Actus.

Actus fruſtratorii vitandi ſunt, & lex illos odio habet. Bull. 1. not. *ad* §. 10. *verſ.* Mas ſe califica.

Actus aliquis validus eſſe non poteſt ſine potentia agendi. 1. 2. *79.*

Actus Iudicis non omnes judiciales ſunt. 2. *9.* 26.

Actus extrajudiciales non tranſeunt in rem judicatam. 2. *9.* 27.

Actus voluntariæ juriſdictionis extrajudiciales ſunt. Ibid.

Actus qui fieri poteſt ex duplici poteſtate, ſi ſimplicitèr fiat, cenſetur factus ex ea ex qua ſubſtineri poteſt. 1. 2. 221.

Actus validitas ab agentis poteſtate provenit. 2. 3. 4.

Actus omnes Ordinis validè exercet quamvis ilicitè, ordinatus à non ſuo Epiſcopo. 1. 1. *6.*

Actus internus ſub humano præcepto non cadit. 1. 3. 48. *circ.* fin.

Actus nunquam præſumitur factus cum delicto. 1. 2. 221.

Actus quicumque vitiatur ex omiſſione ordinis ſubſtantialis in quacumque minima parte. 1. 3. 15.

Actus quilibet præſumitur validus, verus, licitus, & legitimè factus. 1. 3. 56.

Actus factus in executionem alterius ſuam ipſius induit naturam, & conditionem, nequè diverſus, ſed idemmet eſt. Bull. 2. not. *ad* §. 8. *verſ.* Y ſi la preſente.

Derogatio.

Ad derogationem requiritur expreſſa mentio, & derogatio. Bull. 1. not. *ad* §. 14. *poſt* med.

De Illatione.

A diverſis non fit illatio. 1. 2. 187. *&* 1. *6. 56. in* fin.

De admiſsione cognitionis.

Admiſſa cognitione, fruſtrà movetur quæſtio de executione. 1. 2. 150. *in* fin.

De Adverſariis Iudicis.

Adverſarios Iudicis Dominus Deus con-

conteret, & in inferos proiciet. 2. 9. 49.

Adverſantium multitudo Judicem terrere non debet. 2. 9. 57. & *in* Præfat. num. 28.

Adverſitates.

Adverſitates, & contradictiones, quandoquè proficuæ ſunt. Præfat. num. 20. *in* fin.

Adverſitates patientèr ſufferens, viam æternæ fœlicitatis graditur. 2. 9. 59.

Adulterium.

Adulterium, mixti fori crimen eſt; de conſuetudine tamèn ad Laicum Judicem ſpectat. *In* Init. num. 8. & 2. 4. 2.

Adulterii delatio certis quibuſdam perſonis Jure Communi competebat; hodiè verò ſolus maritus accuſare poteſt. 1. 3. 13.

Adulteros occidens maritus àn peccet? 1. 3. 45. 47. & 49.

Advocatio.

Advocatio cauſarum, de jure prohibita eſt, niſi cum juſta cauſa. 1. 6. 105.

Advocatio Cauſarum eſt odioſa, ideoquè reſtringenda. Ibid.

Advocatio Cauſarum cedit in contumeliam Judicis inferioris. Ibid.

Advocatus.

Advocatus implorans contrà legis diſpoſitionem expreſſam, adverſùs legem facit. 1. 2. 85.

Advocatus implorans adversùs expreſſam legis diſpoſitionem, privari ab officio poteſt prudenti Judicis arbitrio, aut etiam mulctari etiamſi ſit Clericus, in bonis temporalibus, & profanis. Ibid.

Advocatus peritus eſſe debet, nèc òb ignorantiam excuſatur. Præfat. num. 13. *in* fin.

Advocatus expertus prolixè examinare debet Eccleſiaſtici proceſſum ad introductionem recurſus violentiæ. 1. 2. 215.

Advocatis improprium eſt nulla præfatione facta, Judici rem exponere. Præfat. num. 74.

Advocare prohibentur Clerici, tàm Jure Canonico, quàm Regio. 1. 2. 81.

Advocare Clerici nequeunt niſi indultum à Pontifice Summo, & à Rege obtineant. 1. 2. 83.

Advocare prohibentur Monachi. 1. 2. 84.

Affectus.

Affectus Scriptoris attitulare librum ſolet. Præfat. num. 9.

Affectus animi fallere homines ſolet, illum prò zelo juſtitiæ malè accipientes. Præfat. num. 65.

Affectus animi facit, ut bonum in malum convertatur, & quòd iſtud facilè credatur. Præf. num. 69.

Affirmatio.

Affirmantes teſtes, negantibus præferuntur. 1. 6. 110.

Affirmatio unius eſt negatio alterius. 1. 3. 12.

De opinione probabili, &c.

Agens cum probabiliori ſententia, benè agit, etiam in conſulendo, & judicando. Præfat. num. 46.

Agens juxtà opinionem probabilem, non poteſt dici temerarius, nèc imprudens. Præf. num. 50.

Agens contrà communem cùm oppoſita prò ſe habet rationem evidentem, vèl magni alicujus viri, præcipuè antiquorum ævorum non peccat. Præf. num. 55.

Agens contrà propriam opinionem, & contrà communem amplectendo aliam doctorum virorum, àn agat contrà propriam conſcientiam? Ibid.

Agens contrà propriæ conſcientiæ dictamen, mortalitèr peccat. 1. 6. 51.

Agens primùm probare ſuam debet in-

intentionem, deindè contrarias elidere exceptiones. 1. 6. 21.

Agens ſine poteſtate, actum nullum facit. 2. 3. 4.

Aggreſſus, ſivè inſultatus.

Aggreſſus àn fugere teneatur cum perſonæ periculo, vèl honoris jactura, potiùs quàm inſultantem occidere? Præfat. num. 62. *contra in* Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Aggreſſus inſultantem occidens in continenti, ſivè in ipſo actu offenſionis, pœnam non meretur ex Jure Regio. Præfat. num. 62. & Bull. 1. not. *ad* §. 5. & *ad* §. 8. & 1. 3. 44. *cum* ſeqq. *uſquè ad* 48.

Aggreſſus expectare non debet quòd percutiatur, ſed inſultantem prævenire poteſt moderamine ſervato, etiam Clericum abſquè metu excommunicationis. Præfat. num. 62.

Aggreſsiones, & ſeditionem in populo facere, enorme delictum eſt in Clerico. 2. 2. 51.

Agrorum depopulator.

Agrorum nocturnus depopulator, immunitate non gaudet. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Alevoſus.

Alevoſus multas pœnas ſubire tenetur; & quot modis perpetretur hujuſmodi delictum? Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Alguazelus.

Alguazeli Juſtitiæ, aut cujuſcumque fori quantumvis privilegiati deferre hodiè non poſſunt arma alba parva ex Jure Regio. 2. 5. 24.

Alguazelus cùm poteſt capere Clericum, poteſt etiam manibus tenere, reprimere, & ligare. 1. 2. 219.

Alguazelo àn credatur ſinè teſtibus? 1. 6. 25. *in* fin.

Quibus naſcatur homo?

Aliis quoquè nati ſumus. Præfat. num. 1. *in* princ.

De litium fine.

Aliquis debet eſſe litium finis. 1. 6. 76.

Aliud.

Aliud eſt judicialitèr acta producere, aliud extrà formam judicii exhibere prò animi informatione. 2. 9. 27.

De bona conſequentia.

A majori ad minus tenet conſequentia. 2. 8. 6. & ſeq.

Amici, & Commenſales.

Amici, & commenſales Judicis, perfido corde ipſum odio habere ſolent cùm in illum conjurantur. 2. 9. 47.

Amici ſunt ſecundùm tempus ſuum, & non permanebunt in die tribulationis, nèc in die neceſsitatis. Præfat. num. 27.

Amicus eſt ſolatium vitæ. Ibid.

Anima.

Anima præfertur corpori. 2. 1. 11.

Anima cunctis rebus, & perſonis anteponi debet. 2. 9. 72.

Anima Civitatis juſtitia eſt. 2. 9. 40.

Anima repræſentat Eccleſiaſticam poteſtatem. 2. 1. 11.

Animalia.

Animalia Clericorum àn capi poſſint à Judice Laico prò damnis datis. 1. 2. 135. & num. 175.

Animalia Clericorum damnum dantia quicumque privatus retinere poteſt. 1. 2. 175.

Animus.

Animus fortis, & conſtans eſſe debet in quacumque fortuna proſpera, aut adverſa. 2. 9. 57.

Ani-

Animus noſter ſoli Deo patet. 1. 2. 34.

Animus directò probari non poteſt. Ibid.

Animus, & voluntas diſtingunt delicta. 1. 3. 49.

Antecedens.

Antecedens cùm ponitur, conſequens neceſſarius eſt. 1. 2. 158. *in* fin.

Antecedens cùm deſtruitur, omnia quæ ex illo ſequuntur proſternuntur. 1. 2. 45.

Authores qui ſequendi?

Antiquis Doctoribus cum modernis pugnantibus, illi ſequendi ſunt niſi ex novis rationibus aliud ſentiatur, aut prò iſtis ſit textus expreſſus. Præfat. num. 49.

Apoſtata.

Apoſtata, qui relicto Ordine Clericali, & habitu tanquam Laicus converſatur, ex quò talis declaratus ſit poteſt abſque alia ſententia etiàm criminalitèr puniri per Judicem Laicum. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Appellatio.

Appellatio ſi interponatur ab intereſſe non habente, aut finem non declarante ad quem litteras appetit, denegari ipſæ valebunt. 1. 2. 80.

Appellatio rectè interponitur ad competentem Judicem nullo expreſſo. Ibid.

Appellatio legitimè introducitur, tàm à ſententia interlocutoria, quàm à revocatione ejus cùm ubique adeſt eadem ratio. 1. 2. 41.

Appellatio, aut nullitas non impediunt rei judicatæ executionem in executivis. 1. 2. 12.

Appellationis omiſsio ſententiæ turpitudinem purgat. 1. 6. 76.

Appellatio interpoſita à ſententia lata ab Epiſcopo tanquam Loci Domino, non ad Superiorem Eccleſiaſticum, ſed ad Chancellarias deferenda eſt, ibiquè proſequenda. 2. 1. 14.

Appellatio non datur ab inferiori Eccleſiaſtico temporalem juriſdictionem exercente ad Superiorem Eccleſiaſticum, ſed ad Superiorem Laicum. Ibid.

Alia plura de Appellatione vide in *Tract.* de *Cenſur.* in verb. *Appellatio.* tom. 2.

Arbiter.

Arbiter eſſe nequit Laicus in Spiritualibus Eccleſiæ. Præfat. num. 43. *in* fin.

Arbiter eſſe valet Laicus in Temporalibus Eccleſiæ. Præfat. numer. 44.

De difficultate ſcribendi.

Ardua eſt Scriptori judicandi ratio, & difficilis electio. Præfat. num. 15. & 19.

Argumentum.

Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſsimum in jure. 1. 6. 60.

Argumentum de facto ad diſtractum, legitimum eſt. 1. 2. 41.

Argumentum à ſimilibus, laudabile eſt. 2. 2. 38.

Argumentum ab abſurdo vitando eſt efficax in Jure. Bull. 1. not. *ad* §. 10. *verſ.* Mas ſe califica, *in* fin.

Arma.

Arma Clericis prohibita ſunt à Sacris Canonibus, & à Jure Regio, & cujuſcumque generis perſonis. 1. 2. 151. *cum* trib. ſeqq.

Arma Regni, & arma Sacerdotii à Deo diſcreta ſunt. 1. 2. 3. *in* fin.

Arma temporalia, propria, & privativa ſunt Judicum Laicorum. Ibid.

Arma àn auferri Clericis poſsint à Judice Laico? 1. 2. 134. & numer. 151. & 2. 5. 2.

Arma Clericis apprehenſa à Laico Judice, retineri ab illo poſſunt. 1. 2. 151. & 156.

Armorum Clerici facta retentio, nullum juris effectum, ſed facti tantùm habet. 1. 2. 156. & *melius* 2. 5. 2. *in* fin.

Arma deferre ſi Clericus non deſiſtat cùm fuerit tertiò monitus à Prælato, amittit omne privilegium Clericale. 1. 2. 154.

Arma ſi detulerint Equites Ordinum Militarium, àn forum amittant, & Ordinarii Judicis judicio ſubjaceant? 2. 5. 4. & num. 5. & Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1.

Arma in Milite deprehenſa à Judice Ordinario, àn ab eo judicandus veniat? & àn competentia formari poſsit, alius vè recurſus introduci? 2. 5. 7. & num. 8.

Armorum apprehenſio in Scholaribus facta, àn iſti foro gaudeant? 2. 5. 22. & Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1.

Arma àn deferre poſsint Milites militiani, & àn forum amittant? & alia plura. 2. 5. 14.

Arma ſi portaverint Matriculati ad nauticum exercitium, àn foro priventur, & Regiæ ſubſint juriſdictioni? 2. 5. 16.

Arma àn deferre queant Familiares Sanctæ Inquiſitionis? 2. 5. 18. & num. 19.

Armorum uſus cujuſcumque generis omnibus prohibetur ex Jure Regio. 1. 2. 152. *àc* 153. & 2. 5. 20. & 24.

Arma vetita deferentes nullo indulto gaudent. 2. 5. 24. *circ.* fin.

Culpa tantò major eſt, quantò ſublimior fuerit illius Author. 1. 2. 59. *in* fin.

Cultus Divinus.

Cultum Divinum turbantes, capitis pœna plectebantur de Jure Communi. 2. 2. 68.

Cultum Divinum turbantes ejici de Eccleſia poſſunt cum violenta manuum injectione abſquè metu excommunicationis. Ibid.

Cultum Divinum turbantes à Laico Judice plecti poſſunt. 2. 2. 67. & 68.

De Antecedenti, & Conſequenti.

Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo. 1. 3. 38.

Cura.

Cura Reipublicæ Principi incumbit. 1. 2. 20. & 99.

Cura adhibenda eſt à Judice, nè quæ Fiſci propria ſunt minuantur. Præfat. num. 61.

Cura quanta adhibenda ſit in Judicum electione? 1. 2. 217. & 218.

De Immunitate.

Curiæ Eccleſiaſticæ Miniſtri àn gaudeant immunitate? 2. 2. 62.

Cuſtodes.

Cuſtodibus adhibitis Reo ad Eccleſiam confugato ſolvi merces à Judice poteſt ex hære pœnarum etiàm Cameralium, & ipſis deficientibus, ex Civitatis bonis, dummodo illis careat Reus. 1. 2. 193.

Cuſtodibus adhibitis ad remiſſionem Clerici, ſatisfieri debet ex bonis ejuſdem, & ſi pauper ille ſit ex bonis ſui Judicis. 1. 2. 227.

D

Damnum.

Damnum dans, ad reſtitutionem, & reparationem damni dati tenetur etiamſi eo non dante alii nihilominus dediſſent. 1. 6. 80.

Damnum magnum emanavit ex coadjutoriarum inſtitutione. Bull. 2. not. *ad* §. 24.

Damna reſarcire tenetur Judex, ſi quæ dederit ſivè in committendo, ſivè in omittendo. 2. 8. 10.

Damna caveri debent antequam eveniant. 1. 2. 34.

Damna multa profluunt ex cenſurarum abuſu. Bull. 2. not. *ad* §. 17.

Damna Eccleſiæ , Clericis tribuuntur à Legatis S. Concilii Trid. 1. 2. 71.

Deciſsiones.

Deciſsiones Supremi Senatus vim legum habent , & jus faciunt ad alias ſimiles cauſas. Bull. 1. not. *ad* §. 10. *verſ.* Que aſsi deba, *in* fin.

De Lege , àn fallere poſsit?

Decipi ſub lege nemo debet. Præfat. num. 61. *in* fin.

Decreta.

Decreta Conſtitutionis Generalis egent expreſſa derogatione , ut ſuam virtutem amittant. 1. 4. 5.

Decuriones.

Decuriones defendere debent Regis Officialem ſi vim patiatur , aliàs tenetur Civitas. 2. 9. 45. & 58.

Decuriones non poſſunt liberationes pœnarum emittere accummulativè cum Judice , ſed ad ipſum ſolum privativè ſpectat , ſicut & illarum rationem reddere in ſindicatu. 1. 2. 199. & ſeq.

Decuriones non poſſunt per ſe ſoli abſquè Judicis concurſu expendere Civitatis bona , & liberationes contra illorum Depoſitarium expedire. 1. 2. 207.

Decuriones liberare dumtaxàt poſſunt modicam quantitatem ; & quæ iſta intelligatur ? Ibid.

Decuriones quantumvis magna polleant dignitate , ſi deliquerint capi poſſunt , & Carcerem detrudi. 1. 2. 208.

Decuriones àn capere poſsint , & àn capere teneantur quemcumque Reum? Ibid. *in* fin. & *num.* 209.

Defectus.

Defectus poteſtatis eſt major omnibus. Præfat. num. 43.

Defectus integritatis in Judice multa damna Reipublicæ affert ; & quæ ſint ? 1. 2. 71.

Defectus Ordinis ſubſtantialis , ſivè ſolemnitatis , reddit proceſſum nullum , tamètſi ſit in minima parte illius omiſsio. 1. 3. 15. *antè* med.

Alia plura vide in Indice *tract.* de *Cenſur.* in hoc eodem verbo.

Defenſio.

Defenſio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ à Laicis , ſi opus ſit , fieri debet. Præfat. num. 41.

Defenſio Eccleſiæ plurimis premiis honorata eſt. Præfat. num. 42.

Defenſio omni jure permiſſa eſt. Præfat. num. 62.

Defenſio adversùs invaſſorem , non modò juſta , ſed neceſſaria eſt. Ibid.

Degradatio.

Degradatio multis in caſibus fieri poteſt in Clerico , & Laico Judici tradi. 2. 2. 28. & Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin.

Degradatio àn facienda in Clerico proditorium , & qualificatum homicidium committente ? Bull. 1. not. *ad* §. 6. remiſſ.

Degradatio àn præcedere debeat in Clerico homicida notorio , àn abſquè ea puniri poſsit à Laico Judice ? Ibid. & Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Degradatio àn præcedere debeat in Clerico aſſaſino ad hoc ut per Laicum puniri poſsit ? 2. 2. 51. *in* fin.

Degradatio àn præcedere debeat in Clerico etiam in Sacris conſtituto , ſi enormibus ſe immiſcuerit? 2. 2. 49. & 50.

Degradatio àn præcedere debeat in Clerico ſævis ſe immiſcente dimiſſo habitu? Ibid. num. 50.

Delationes.

Delationes contra Judices , quomodo

do ſint examinandæ, & judicandæ? 1. 6. 66. & *à* num. 84. *uſquè ad* fin.

Delegatus.

Delegatus Judex exequi non tenetur ſententiam nullam. 1. 6. 77.

Delegatus ſententiam dumtaxàt injuſtam exequi tenetur, ſi excuſari non poſſit. 1. 6. 78.

Delegatus cui mandatur executio ſententiæ cognoſcere nequit de exceptionibus, quæ reſpiciunt merita cauſæ principalis; benè verò de his quæ dumtaxàt tangunt executionem ipſam. 1. 2. 16.

Delegatus remittere debet ad delegantem exceptiones reſpicientes merita Cauſæ principalis. Ibid.

Delegatus pronuntiare poteſt de exceptionibus tangentibus executionem. Ibid.

Delegatus pronuntiare nequit in exceptionibus ſententiam impugnantibus; benè verò illas audire poteſt. Ibid.

Delegatus, ſi veras eſſe repererit exceptiones ſententiam impugnantes, remittere debet ad delegantem cauſam demandatam. Ibid.

Delegatus, ſi falſas eſſe repererit exceptiones ſententiam impugnantes, procedere debet ad executionem. Ibid.

Delegatus ad auxilium ſi detrimentum inferat, gravius plectendus eſt. 2. 9. 58.

Delegatus ſi in comiſſionis tenore exceſſerit, aut alitèr deliquerit, puniri ab Ordinario poteſt. 1. 2. 21. & 22.

Delictum.

Delictum tantò gravius eſt, quantò ſublimior perſona illud committit. 1. 2. 59. *in* fin.

Delictum potius excluditur, quàm præſumitur quando actus fieri poteſt cum illo, & ſine illo. 1. 2. 222.

Delictum nullibi præſumitur niſi probetur. 1. 3. 50.

Delictum nefandum Eccleſiaſticas perſonas foro privat. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin.

Delictum quodcumque in Eccleſia commiſſum adeo grave ſit quòd ab Eccleſia ejici violentèr poteſt Reus abſquè excommunicationis metu, ſi Divina perturbaverit Officia. 2. 4. 4. & 5.

Delicta ratione loci fiunt graviora. Ibid. num. 5.

Delicta ex quibus cauſis attrociora fiant? 1. 6. 87. *in* fin.

Delicta voluntate conſtituuntur, & diſtinguntur. 1. 3. 49.

Delictorum genera tria ſunt. Init. num. 9.

Delicta alia ſunt publica, alia privata, merè Eccleſiaſtica, merè Sæcularia, & Communia. 1. 3. 27.

Delicta publica quædam ſunt publicitate Juris, & quædam publicitate facti. 1. 3. 30. & 31. *àc* 32. *cum* duob. ſeqq.

Delictum quoties publicum eſt, probabile etiam eſt quòd Author ſciatur, detegatur, & probetur. 1. 3. 40. *in* fin.

Delicta quædam ſunt quæ vergunt in perniciem Reipublicæ; & quæ iſta ſint? 1. 3. 17.

Delicta mixti fori quæ ſint? 2. 4. 2.

Delictorum mixti fori cognitio, & punitio præventiva eſt inter Judicem Eccleſiaſticum, & Laicum. 1. 2. 3.

Delicta puniuntur ad tollendum ſcandalum, & nè audatiores alii reddantur. 1. 3. 29.

Delicta enormia dicuntur, quæ infamiam facti inducunt. 2. 2. 54.

Delicta non punire etiam levia, & venialia, magna culpa eſt in quocumque inferiori Judice, ſed major in Magiſtratu. 1. 6. 40. & 1. 2. 215.

Delicta puniri Reipublicæ intereſt. 2. 3. 10.

Delicta ubi frequentius admittuntur, ibi potius mederi oportet. 2. 2. 18.

Delicta quædam dolo perpetrantur, quædam culpa ſolùm. 1. 2. 167.

Delicta infamiam irrogantia, quæ ſint? 2. 2. 20.

Delicti notorietate ceſſante, ceſſat infamia. Ibid. *circ.* fin.

Delicta ut irregularitatem ipſo facto inducant, notoria debent eſſe. Ibid.

Delicta omnia, quæ infamiam ex jure inducunt, enormia in Clericis ſunt. 2. 2. 54.

Delicta occulta publicè vindicanda non ſunt. 1. 3. 36.

Delictum non deſinit eſſe occultum ex quò duobus, vèl tribus teſtibus probari poſsit, aut Judici ſecretò nuntietur. Ibid. *in* fin.

Delictum occultum committens, ab Ordinibus Eccleſiaſticis non removetur, niſi ſit homicida, aut ſimoniacus. Ibid.

Delictum ceſſat cùm abeſt dolus. 1. 3. 44.

Delicta quædam ſunt in quibus plus decet Laicum Judicem, quàm Eccleſiaſticum procedere. 1. 2. 57.

Delicta citius inquiruntur, & puniuntur à Judicibus Ordinariis, quàm à cæteris aliis. Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7. *in* fin.

Delicta punire præcipuum eſt Judicis Officium; & quare? 2. 3. 11.

Delicta remittere, & pœnas, aut illas minuere, commutare, Solius Principis eſt. 1. 5. 7.

Delinquens.

Delinquens in Eccleſia, regularitèr immunitate non gaudet, & extrahi à Laico poteſt propria authoritate. 2. 4. 3. *cum* ſeqq. & Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin. remiſſ.

Delinquentis conſenſum ad coercitionem lex finxit. 2. 9. 40. *poſt* med.

Denunciatores.

Denunciatores inimici, & qui cum hoſtibus denunciati converſantur, audiri non debent. Præf. num. 69.

Depoſitarius.

Depoſitarius pœnarum, à ſolo Judice eligi poteſt abſquè Decurionum concurſu. 1. 2. 203.

Depoſitarius pœnarum, ſoli Judici rationem reddere tenetur. Ibid.

Depoſitio.

Depoſitio non exigitur in Clerico nefario, ut à Laico Judice puniri poſsit. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Depoſitio non requiritur ut Clericus aſſaſinus à Laico puniri poſsit, quando notorium crimen admiſſit. Ibid.

Depoſitio non requiritur ut Clericus à Laico puniri poſsit quando notorium homicidium commiſsit, aut ſi Viarum graſſator ſit. Ibid.

Depoſitio imponi debet Eccleſiaſtico Judici cenſuris abutenti. 1. 2. 70.

Depopulator.

Depopulator nocturnus Agrorum, aut Inſidiator Itinerum, immunitate non gaudent. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 71. *circ.* fin.

Derogatio.

Derogatio non fit, ubi expreſſa mentio, & derogatio deficit. Bull. 1. not. *ad* §. 14. *in* fin.

Derogatio cujuſcumque diſpoſitionis generalis facta intelligitur per poſteriorem ſpecialem etiam nulla facta illius mentione. Ibid.

Derogatio mandati generalis per ſpeciale fit. Ibid.

De Quota Clericorum.

Deſignatio quotæ ad congruam ſuſtentationem Miniſtrorum Altaris, & illius fructus non ſunt Juris Divini, nèc Naturalis. 1. 2. 91.

De

De virtute argumenti à ſimilitudine.

De ſimilibus argumentum laudabile eſt. 2. 2. 38.

De fallibilitate ejus quod Praxis recipere ſolet, & prælatione rationis, & veritatis.

Deteſtabile eſt, & odio haberi dignum quòd Doctoris intellectus à praxi quâ tali devincatur abſquè alio examine. Præf. num. 57.

De diverſitate rationis, quæ diverſificat jus, & ideo ſeparatorum, ratio ſeparata.

Determinatio Cauſarum variari debet variatis circunſtantiis. 2. 2. 56.

Deus.

Deus ſolus eſt Omnipotens. 1. 3. 46.
Deus iniqua non poteſt. Ibid.
Deus timendus eſt. 1. 2. 215.
Deus ſecretorum Iudex eſt, & cognitor. 1. 3. 36.
Deus cordium ſcrutator eſt. 1. 2. 26.
Deus plus proſpicit ad intentionem agentis, quàm ad opus, & illam ponderat. Præfat. num. 65. *in* fin.
Deus univerſa conſpicit. Ibid.
Deus expugnabit pro juſto Iudice inimicos ſuos. 1. 2. 215. & 2. 9. 49. *ac* 61. *cum* 65.
Deus cogitationes Iudicis ſcrutabitur. 2. 9. 65. *circ.* fin.
Deus quibus pœnis minetur homines protervos? 2. 9. 48.
Deus odit prævaricatores, & ſeverè illos puniet niſi emendam fecerint. Ibid. *circ.* fin.
Deus ſolet retardare vindictam ut gravius puniat. Ibid. *in* fin.
Deus cum ſpeciali providentia auxilitatur Iudices, cum illis eſt, & in ipſorum ore, atquè prò illis pugnat. 2. 9. 49.
Deus favet his quibus juſta cauſa eſt, & victoriam concedit in pugna. Ibid.
Deus Iudicis clamores exaudiet, & illius juſtam cauſam proteget. Ibid.
Deus copioſam mercedem concedet calumniis oppreſſo. 2. 9. 50.
Deus acceptum ſibi facit Iudicem, rectum cor, & mundas manus habentem. 2. 9. 53.
Deus audiuvat benè operantes, & in Domino ſperantes. 2. 9. 60.
Deus porrigit manum ſuam ſuper omnes, qui quærunt eum in bonitate. Ibid. *in* fin.
Deus pugnat pro juſto, inimicus eſt inimicis ejus, & affligit affligentes illum. 2. 9. 61.
Deus eripit bonum Iudicem à contradictionibus populi, tegit bonos, & diſperdit malos. Ibid.
Deus quem diligit, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi. 2. 9. 63.
Deus humiliat præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes. Præfat. num. 32.
Deus invocandus eſt à Iudice perſecutionem patiente; & quomodo? 2. 9. 55. & 71. *cum* duob. ſeqq.
Deus bonum Iudicem ſalvabit, & à calumniis redimet. Ibid. num. 73.
Deus vindictam ſumet ab inimicis Iudicis, & multis pœnis illos afficiet. Ibid. num. 73. & 74.
Deus Iudici certamen fieri fortè permittit, ut victoriæ gloriam reportet. Ibid. num. 74. *in* fin.
Deus mortificat, & vivificat, flagellat, & ſalvat, & non eſt qui effugiat manum ſuam. Ibid. num. 75.
Deus vulnerat, & ſanat, percutit, & medetur, & retribuit facienti mala juxtà malitiam ſuam. Ibid.

Deus reddit unicuique juxtà opera ſua. Ibid. *in* fin.
Deus retribuet unicuique ſecundum juſtitiam, & fidem ſuam. Ibid. num. 76. *in* fin.
Deus ultionem faciet, & ipſe retribuet in tempore. Ibid.
Deus quomodo deprecandus ſit à Judice qui populo benefecit? Ibid.
Deus videbit, & requiret ſi fortè bonus Judex in judicio fuerit damnatus, quos illum judicarunt judicabit. Ibid. num. 77.
Deus fecit unum ovile, & Paſtorem unum. 1. 1. 9.
Deus ipſius què ſumma bonitas ſummè diligenda eſt, & ad hoc juvant ſcientia, & experientia. 2. 9. 79.
Deus, & Sancta Mater Eccleſia continuò laudari debent, & ad utriuſque honorem dirigi cuncta hominis opera. Ibid. num. 80.
Deus occulta providentia infidelium Regna, & Principatus permittit. 1. 1. 4.
Deus poteſtatem dedit Pontifici, & Regi, àc cuicumque Prælato. Ibid. & 1. 2. 74.
Deus in unamquamque gentem præpoſuit Rectorem. 1. 1. 4. *in* fin.
Deus ſcutum apprehendet ad protectionem boni Judicis, & arma ad ultionem inimicorum. Præfat. num. 28. *in* fin.
Deus præferendus eſt, ipſius què mandatis potius obediendum, quàm omino præcipienti, quæ ſunt Deo contraria. 1. 6. 74.
Deus Mundum tradidit hominum diſputationi. Præfat. num. 14. *in* fin.
Alia quædam vide in Litt. S. verb. *Solus Deus.*

Diabolus.

Diabolus veritatis colore, mendacia deſiderat ſeminare. Præfat. num. 6.

Dictamen.

Dictamen etiam proprium Judex qui ſequitur cum recta intentione, juſtitiam facit. 1. 6. 49.

Dictum.

Dictum Principis prò lege habendum. 2. 9. 5.
Dictum unius, dictum nullius. 1. 6. 25. & 80. *in* fin.
Dicto unius non creditur, etiamſi ſit proprius Epiſcopus, Cardinalis, aut Religioſus. 1. 6. 25. & *in* Tract. *de* Cenſur. num. 27.
Dictum unius fortè multitudo ſequi etiam ſolet. 1. 6. 110. *in* fin.

Diffamatio.

Diffamatio diſsimulari non debet, ſed ſtatim de innocentia nuntiari, aliàs qui ſecùs fecerit, crudelis ſecum erit, & peccabit. 1. 6. 112.
Diffamatio àn præcedere debeat inquiſitionem? 1. 3. 8. & *uſq.* ad num. 12.
Diffamatio malorum hominum, vèl invidia, vèl quavis fraude proximum necare conatur falſis delationibus. 1. 3. 10.

Difficilis, & Difficile.

Difficilis eſt via veritatis. Præfat. num. 12.
Difficilis caſus, quis ſit? 1. 2. 172.
Difficile eſt ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt incohata principio. Præfat. num. 69. *in* fin.
Difficile eſt caveri ab his, qui ſub nomine amicorum hoſtes ſunt. 2. 9. 47. *in* fin.
Difficile eſt ad complementum, & conſummationem intelligentiæ ſcientiarum pervenire. Præfat. num. 70.

Dignior, & Dignitas.

Dignior quis ſit ut eligatur, quomodo cognoſcatur? 1. 2. 217.
Dignitas, & Officium àn digniori conferri debeat? Ibid. *in* fin. remiſſ.

Dignitas Officii illæſſa ſervari debet à Judice. Præfat. num. 60. 61. & 63.

Dignitas vituperata conſpicitur, ſi ſpoliari permittitur fulgoribus ſibi competentibus. Ibid. num. 63.

Dignitas extranea neutiquam attenditur in puncto juriſdictionis in alia linea quantumvis inferiori. 2. 1. 13.

Dignitatum, & juriſdictionum confuſio deteſtabilis eſt, & Juri Naturali contraria, & revocari meretur. 2. 1. 17.

Diligentia.

Diligentia neceſſaria eſt in Judice. 1. 3. 60.

Diligentia ſupervacua an ſit ſententiolis omnibus reſpondere, & multa objicere, ac cavere. Præfat. num. 75.

De diſcendi cupiditate.

Diſcendi cupiditas eſt optima vitæ ratio. Præfat. num. 16.

Diſcordia.

Diſcordia eſt diſſentio cordium, seu voluntatum. 2. 2. 19.

Diſcordia multum caveri debet; & quare? 2. 2. 10. & 13. & *quomodo?* Ibid. num. 12. & 17.

Diſcordia tanta mala trahit, quæ bonum ſubſequi non permittunt. 2. 2. 10. & 15.

Diſcordia malum quodcumque includit, bonum omne excludit, & ad obedientiam compellit. Ibid. num. 12. *in* fin.

Diſcordia res maximæ dilabuntur. 2. 2. 13.

Diſcordia generatur in Civitatibus per proprii commodi inordinatam procurationem. 2. 2. 17.

Diſcordia generatur à ſeditioſis, & partialibus. Ibid.

Diſcordia quos effectus producat, & quas pœnas habeat? 2. 2. 5. 10. & 15.

Diſcordiam qui ſeminant, charitatem extingunt. Ibid. num. 5. *ad* med.

Diſcordiæ authores, & Rei quomodo ſoliti ſint puniri à Domino? 2. 2. 9.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio poſterior addita primæ diſpenſationi non valet niſi in ea fiat mentio de prima. Bull. 1. not. *ad* §. 14. *paulò ante* fin.

Diſpenſatio, indulgentia, remiſsio, ſive commutatio pœnarum à nullo Judice fieri valet, ſed ad ſolum Principem ſpectat. 1. 5. 7.

Diſpenſatio in lege tametſi duriori, Judici interdicitur, ſed ſicuti ipſa præcipit exequenda eſt. 1. 5. 8. & Præfat. num. 61. *circ.* fin.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio quælibet benè intelligi nequit niſi tota legatur. Præfat. num. 30. *in* fin.

Diſpoſitio ſubſiſtere nequit ſuppoſito deſtructo. 1. 2. 45.

Diſpoſitio Juris habet vim devincendi omnes. Præfat. num. 59.

Diſpoſitio legis ceſſat ejuſdem ratione correcta. Bull. 1. not. *ad* §. 14. *in* fin.

Diſpoſitio unius influit remotionem alterius. 2. 2. 57.

Diſpoſitio noviſsima antiquam ſpecialem non derogat. Bull. 2. not. *ad* §. 8. *verſ.* Y ſi la preſente.

Diſpoſitio ſubſequens per præcedentem intelligitur. Ibid.

Diſpoſitio præcedens ſubſequentem obſcuram declarat, limitat, & extendit. Ibid.

Diſpoſitio ſpecialis derogat generali quantùm ad ea quæ ſpecialitèr ſunt expreſſa, tametſi generalis mentionem non faciat. Bull. 1. not. *ad* §. 14. *in* fin.

Diſpoſitio magis ſpecialis attenditur cùm duæ ſunt contrariæ. Ibid. & Bull. 2. not. *ad* §. 8. *verſ.* Y ſi la preſente.

Diſ-

Diſputatio.

Diſputatio ab evidentèr veris ad evidentèr falſa pèr breviſsimas mutationes, cavillatio eſt. Præfat. num. 59.

Diſputatio viam aperit ad inveniendam veritatem. Præfat. num. 29. & 41.

Diſsimulatio.

Diſsimulatio nimia Prælatorum in cauſa eſt, nè Clericorum privilegia ſervari poſsint in Reipublicæ detrimentum. 1. 2. 71.

Diſsimulatio Prælatorum maxima damna Reipublicæ affert. Ibid. *in* fin. & 2. 2. 53.

Diſtinctio.

Diſtinctio intèr poteſtatem Contentioſam, & Politicam, chymerica vocata fuit à P. Diana; & ideo reprehenſus. Præfat. num. 38.

Diſtinctio facienda eſt inter animi affectum, & zelum juſtitiæ, nè confuſione facta fallatur homo. Præfat. num. 65.

Diſtinctio fieri debet ut contrarietas vitetur. Bull. 1. not. *ad* §. 14. *in* fin.

Diverſitas.

Diverſitas rationis jus quoquè diverſificat. 2. 2. 56.

Diverſitas opinionum reddit jus dubium, & obſcurum. Præfat. num. 14.

Diverſitas reſpectuum unius perſonæ operationem diverſificat. 1. 6. 19.

Diverſitatem corporum, diverſitas ſequitur animorum. 1. 6. 44.

Diverticula.

Diverticula multa, & aſſultus hoc opere inveniuntur; & quare? Præfat. num. 76.

Divinum, & Divinitas.

Divinum Jus in Scripturis Divinis habetur Humanum in Legibus humanis. 1. 2. 106.

Divinitatis potius quàm mortalitatis eſt omnium memoriam habere, & in nullo penitus errare. Præfat. num. 22.

Doctor, & Docti.

Doctor eſt intelligendus ſecundùm jura quæ allegat. 1. 2. 41. *in* fin.

Doctor atteſtans de conſuetudine, fidem facit. Præfat. num. 37.

Doctores meliores abs verecundia ſequi debent. 1. 1. 16. *in* fin.

Doctores antiqui, ſi cum modernis pugnent, illi ſequendi ſunt niſi ex novis rationibus aliud ſentiatur. Præfat. num. 49.

Doctores moderni ſequendi ſunt, ſi prò iſtis ſit textus expreſſus. Ibid.

Doctores in Opere iſto ſequuti, ſæpiùs de conſuetudine teſtantur. Præfat. num. 56.

Doctores in Opere iſto allegati, plus quàm ſeptem DD. producunt prò ſuis ſententiis. Ibid.

Doctores plerumque non perſcrutantur rationes in ſententiis, & imitantur aves, & pecudes. Præfat. num. 57.

Doctorum Virorum opinio àn amplecti poſsit, & communis dimitti, àc propria quin contrà propriam conſcientiam agatur. Præfat. num. 55.

Doctores ſcribentes contrà Juriſdictionem Eccleſiæ ſuſpectos eſſe aſſeruit Marta, ideo à Curtelli reprehenſus. Præfat. num. 36.

Docti unius recentioris aſſertio àn faciat opinionem probabilem? Præfat. num. 54.

Docti non tàm moventur ex Doctorum authoritate, quàm à rationis invicta potentia. Præfat. num. 3.

Doctrina.

Doctrina vera nequè hominibus, nequè temporibus cedere tenetur. Præfat. num. 66. *in* fin.

Doctrina, & exemplum ſunt finis Epiſcopalis adminiſtrationis. 1. 2. 65.

Doctrina illorum DD. *qui conſultò quæſtionem tractarunt, præferri meretur illis, qui perfunctoriè tetigerunt.* Præfat. num. 56.

Dolor.

Dolor juſtus difficultèr temperari poteſt. 1. 3. 44. circ. *fin.*

Dolor vehemens ſenſu privat hominem. Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Dominium.

Dominia rerum non debent eſſe ſub incerto. 1. 6. 44. *in* fin.

Dominium bonorum patrimonialium competit Clericis, non ut talibus, ſed ut civibus. 1. 2. 88.

Dominus.

Dominus Deus exaudiet preces juſtorum, & liberat eos ab inſidiis hominum. 2. 9. 59. *cum* duob. ſeqq.

Dominus Deus conteret adverſarios Judicis, & in inferos projiciet illos. Ibid.

Dominus temporalis, ſi præceperit quæ ſunt Deo contraria obediendus non eſt. 1. 6. 74.

Dominus Supremus unus eſt, àt tot ſunt Reges quot Regna. 1. 6. 106.

Alia plura videri poſſunt in verb. *Deus.*

Dubitans, & dubius, àc dubitatio.

Dubitans, tutiorem opinionem ſequi debet. Præfat. num. 46.

Dubius eſſe non debet qui probabilibus rationibus tutus eſt. Ibid.

Dubius eſſe non debet Judex in his, quæ legi ſunt indubitata. 2. 2. 37.

Dubius de jure cùm fuerit Magiſtratus, poteſt, & debet Principem conſulere. 1. 2. 172.

Dubitatio que ex uno verbo ſuboriri ſolet vix ſolvi ſine plurimis poteſt. Præfat. num. 2. *in* fin.

Dubitatio vix deeſt in rebus humanis quantumvis etiam juſtæ, atquè indubitatæ ſint. Præfat. num. 14.

Dubitatio legis à ſolo Rege declarari poteſt. 1. 5. 8.

Duellum.

Duellum inientes foro privantur, & Laicæ poteſtati ſubiiciuntur tamètſi aliàs ſint ab ea exempti. Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7. & *inquiſitio fieri poteſt ſuper crimine iſto.* Ibid.

Durities.

Durities cordis quorumdam, ſimilis ſilici videtur. Præfat. num. 5.

E

Ebrius.

Ebrius, pèr accidens, & quià uſu rationis caret excuſatur à lege, & per conſequens à peccato formali. 1. 3. 49. *in* fin.

Eccleſia.

Eccleſia gladio temporali non utitur. 1. 2. 56.

Eccleſia non ferro, ſed verbo ſcorpiones occidit. 2. 2. 53.

Eccleſia gladium non habet niſi ſpiritualem. 1. 2. 75.

Eccleſia Dei tàm regitur, & defenditur gladio Spirituali, quàm Temporali. 1. 2. 74.

Eccleſia eſt in Republica quoàd temporlia, non Reſpublica in Eccleſia. 1. 2. 110.

Eccleſia, Judicis Eccleſiaſtici territorium eſt. 1. 2. 109.

Eccleſia non dedignatur certos agnoſcere reſpectus ergà Principem. 2. 2. 68.

Eccleſiarum favore laqueus apponi non debet. 2. 2. 46.

Eccleſia exempta omninò eſt à juriſdictione Laicorum. Præfat. num. 43.

Eccleſiam evertere intentant Scriptores, qui Eccleſiaſticis contrà Principum aſſentantur privilegia, qui-

quibus revera non gaudent. Præf. num. 44. *in* fin.

Eccleſiam qui perſequuntur, maximis ſupliciis affecti ſunt, & qui eam defendunt, plurimis premiis honorati. Præfat. num. 42.

Eccleſia non judicat de occultis. 1. 3. 15.

Eccleſia Majòr gaudet immunitate intrà quadraginta paſſus in circuitu. 2. 3. 2.

Eccleſia Minor, & Capella, immunitate gaudet intrà triginta paſſus in circuitu. Ibid.

Eccleſia tuetur Reos in illa conſtitutos nè abſtrahi regularitèr poſſint. Ibid.

Eccleſia dumtaxàt tuetur Reos, qui pèr humanam fragilitatem delicta non excepta commiſſerint. 2. 3. 7.

Eccleſia ſpolium non patitur per extractionem Rei Immunitate non gaudentis, nèc ulla injuria illi irrogatur. 2. 3. 3. 7. & 16. & Bull. 1. not. *ad* §. 7.

Eccleſia non vult, nec poteſt eſſe antemurale, & ſtatio iniquitatum conſultò admiſſarum. Bull. 1. not. *ad* §. 5. & *in* Litt. Nunt. Apoſt. *ad* reſtrict. immunit. loc. *in* princ.

Eccleſia non patrocinatur illis, qui ſervitio perſonali adſtricti ſunt. 2. 3. 9.

Eccleſiæ cura òb commune bonum etiam apùd Judicem Laicum eſſe debet. 2. 2. 67.

Eccleſiæ januas àn frangere Judex Laicus poſsit ad extrahendum Reum cùm notoriè immunitate non gaudet, ſi alitèr fieri non poteſt? 2. 3. 4.

Eccleſiæ jurisdictio à Laicis defendi debet. Præfat. num. 42.

Eccleſia ruralis immunitate non gaudet, niſi certis conditionibus. Bull. 2. §. 9. *cum* not.

Eccleſia ruralis in proprio ſignificatu quæ ſit? Ibid.

Eccleſia àn aliqua onera præſtare teneatur? Bull. 2. not. *ad* §. 15. remiſſ.

Eccleſiæ inopes penſionibus hodiè gravari nequeunt. Bull. 2. §. 21.

Eccleſiaſticus, & Eccleſiaſtici.

Eccleſiaſticus quis non præſumitur, ſed Laicus. 2. 2. 36.

Eccleſiaſtici omnes legibus Civilibus utuntur, tàm in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus. 1. 2. 106. *in* fin.

Eccleſiaſtici omnes, tàm Sæculares, quàm Regulares cujuſvis ſtatus, aut ſexus, fictas alienationes, aut donationes celebrantes, vèl quovis modo cooperantes, in multas pœnas Canonicas incurrunt. Bull. 2. §. 12. & art. 5. Concord. *cum* not. & *in* Decret. Nunt. Apoſt. *in* ejuſd. execut. *circ.* fin.

Eccleſiaſtici omnes tàm Sæculares, quàm Regulares immobilia bona adquirere nequeunt in Valentino Regno niſi certis conditionibus ex ordinatione D. Jacobi I. 1. 2. 147.

Eccleſiaſtici Superiores inferiorum exceſſus diſsimulare non debent. 1. 2. 71.

Eccleſiaſtici judicari, vèl condemnari à Laicis nequeunt. 1. 2. 166.

Eccleſiaſtici immunitate fruuntur ex Dei ordinatione. Ibid.

Edictum.

Edictum prohibitivum delationis armorum comprehendit Clericos, & alios quoſcumque privilegiatos. 1. 2. 152.

Edicta, ſtatuta, & pœnæ, ut quid conſtituantur? 1. 2. 122.

Interpretare quis poſsit?

Ejus eſt interpretare, cujus eſt condere. 1. 5. 8.

Electio.

Electio Scriptori difficilis eſt, &

& ardua judicandi ratio. Præfat. num. 15.

Electio ad Beneficia, & munera publica, quomodo fieri debeat? 1. 2. 217.

Electio ſi malè fiat, quibus pœnis electores afficiantur? Ibid. *in* fin. remiſſ.

Electio ad Officia ſæcularia, nobiliorum fieri debet. Ibid.

Eleëmoſynæ.

Eleëmoſynæ etiam à Clericis fieri debent. 2. 2. 41.

Eleëmoſynæ àn à quoquam, aut unquam peti poſsint cum indulgentiarum publicatione. 2. 2. 39.

Eleëmoſynæ à pauperibus quâ cum ſolemnitate peti debeant ex Jure Regio? 2. 2. 41.

Eleëmoſynæ elargiri magnanimitèr ab omnibus debent, & Dominus multò pluris dat. Ibid.

Enormia delicta.

Enormia delicta in Clericis quæ dicantur? 2. 2. 54.

Enormia delicta ſi notoria ſint, irregularitatem ipſo facto inducunt. Ibid.

Enorme delictum, ſi Clericus committat, poteſt abſque degradatione puniri per Judicem Sæcularem. 2. 2. 49. *cum* ſeqq.

Enormia delicta in Clerico ſunt prælia inire, ſeditionem, & aggreſsiones in populo facere. 2. 2. 51.

Epicheia.

Epicheiam contra legis rigorem ſolùs Princeps, atquè ejus Supremum Conſilium arbitrare poſſunt. 1. 5. 8.

Epiſcopus.

Epiſcopus debet eſſe benignus, & non ſui ſenſus plus ſatis tenax. 1. 2. 54.

Epiſcopus, quæ poſsit, & quæ non poſsit? 1. 3. 28. *in* fin. remiſſ.

Epiſcopus eſt Judex Ordinarius totius Diæceſsis. Init. num. 10.

Epiſcopus àn poſsit per ſe ſolus cognoſcere de cauſis Canonicorum, àn accummulativè ſimùl cum Capitulo, & Conjudicibus ab eo quolibet anno deputandis? 1. 4. 1. & *per* tot. *q.*

Epiſcopus corrigere Canonicos non poterat de Jure Decretalium, niſi jure devoluto òb negligentiam Capituli. 1. 4. 1.

Epiſcopus hodiè de jure novo Concilii Trid. corrigere Canonicos poteſt authoritate Apoſtolica in viſitatione, & extrà viſitationem cum Conjunctis. 1. 4. 2. & ſeqq.

Epiſcopus compellere nequit Canonicos per modum actionis, viſitationis, & correctionis ſinè adjunctis, ut Majores recipiant Ordines. Bull. 2. not. *ad* §. 16.

Epiſcopus, vèl alius Prælatus regularitèr tenetur graviora, & magis ardua negotia tractare, & expedire cum conſenſu Capituli. 1. 4. 1. *in* fin.

Epiſcopus, & Capitulum conſtituunt unum corpus morale, & unam Eccleſiam. 1. 4. 2.

Epiſcopus viſitare, & corrigere poteſt Capitula Eccleſiarum Cathedralium, illorumquè perſonas. Ibid.

Epiſcopus illos privativè ſubjectos habet in Cauſis criminalibus, qui non obtinent Dignitates, nèc ſunt de Capitulo, ex Concilio Trid. 1. 4. 3.

Epiſcopus nequaquam procedere poteſt contrà Capitula Cathedralium, & Collegiatarum, nèc adverſus eorundem perſonas, niſi cum Conjudicibus uſquè ad finem Cauſæ incluſivè. Ibid. & *num.* ſeq.

Epiſcopus non tenetur Capituli conſenſum expectare cum procedit Apoſtolica authoritate. 1. 4. 4.

Epiſcopus àn poſsit habere familiam armatam, & Laicos carcerare? 1. 2. 1. *cum* ſeqq.

Epiſcopus aliquem contrà Canonica præcepta excommunicans, ligandi poteſtate privatur. 1. 2. 68. *in* fin.

Epiſcopus ex antiquis Eccleſiæ Canonibus, nèc Clericos capere poterat, niſi Laicæ poteſtatis manu uſquè ad Conſtitutionem Bonifacii VIII. 1. 2. 108.

Epiſcopus ex quantacumque ſit cauſa concedere nequit indultum Clericis ad Advocationis Officium exercendum. 1. 2. 83.

Epiſcopus diſpenſare nequit in ulla Conſtitutione Conciliari. 1. 4. 5.

Epiſcopus nihil poteſt in Jure communi Pontificio niſi in caſibus ſibi permiſſis. Ibid.

Epiſcopus etiam proprius ſi unicus teſtis ſit fidem non facit. 1. 6. 25.

Epiſcopi habent liberam poteſtatem in ſuis Diœceſibus inquirendi crimina, & puniendi criminoſos. Init. num. 1. & 8.

Epiſcopos habere liberam poteſtatem, prout in hujus operis textu, quomodo ſit intelligendum? Init. num. 5.

Epiſcoporum libertas eſt legibus ſubnixa. Ibid. & num. 6.

Epiſcoporum poteſtas, cujus juris ſit, Divini, àn Humani? 1. 1. 1. & *per* tot. *q.*

Epiſcopi, & Clerici Regi inobedientes expelli poſſunt à Regno. 2. 2. 23.

Epiſcopi quoad temporalia vaſſalli ſunt Regis. 1. 2. 130. *in* fin.

Epiſcopi àn incitentur ad inquirendum propter diſpoſitionem noſ. text. *in verbis illis*: Secundùm quod Canones cenſent, *àn potiùs ad obſervandum in inquiſitionibus Canonum præcepta, àc præſcriptam formam?* 1. 5. 1. uſq. *ad* num. 3.

Epiſcopi non poſſunt executionem facere in perſonis, nèc bonis Laicorum. 1. 2. 2. & num. 7. *àc à* num. 42. *ad* 50.

Epiſcopi non poſſunt merum imperium exercere per proprios Miniſtros irrequiſito brachio Sæculari. 1. 2. 7.

Epiſcopi præcipuè inſtituti ſunt ad pacem inter Chriſtianos conciliandam. 1. 2. 65. *in* fin.

Epiſcopi antiquitus in Eccleſia de Spiritualibus, àt de Curialibus in Curia conveniebantur. 1. 2. 108.

Epiſcopi antiquitus territorio caruerunt. Ibid.

Epiſcoporum Familiares àn immunitate gaudeant? 2. 2. 62. & 63. & Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1.

Epiſcopum inſultans àn læſſæ Majeſtatis crimen committat? 1. 3. 24. *in* fin.

Epiſtola.

Epiſtolæ, ſeù mandata Regia, quandò à Judicibus exequendæ non ſint? & quomodo reſpondendum? 1. 2. 33.

Egeſtas.

Egeſtas contremiſcenda non eſt, nèc injuriæ, nèc vulnera. 1. 2. 65. & 2. 9. 57. *àc in* Præfat. num. 72. *in* fin.

Æquitas.

Æquitas quid ſit? 1. 5. 8. *in* fin. remiſſ.

Æquitas ut ſequi poſsit debet eſſe ſcripta. 2. 9. 40. *circ.* fin.

Æquitas cerebrina, juris rigorem non temperat, ſed vulnerat, & credulitas eſt. Ibid.

Æquitas ſimulata, eſt iniquitas duplex. Ibid.

Æquitas ex affectione animi deſcendens non eſt ſequenda. Præfat. num. 69. *in* fin.

Equites.

Equites Ordinum Militarium arma prohibita deferentium, fori privilegio non gaudent, & ab Ordina-

rio

rio Judice puniri poſſunt, ſicut & in aliis caſibus. 2. 5. 4. *cum* duob. ſeqq.

Equites Ordinum Militarium, multis in caſibus, fori privilegio non fruuntur. Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1. & Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7.

Error.

Error minimus in principio, in fine apparet maximus. 2. 2. 12.

Errores committere proprium eſt humanæ naturæ. Præfat. num. 22.

Error eſt exiſtimare placidum eſſe, atque jucundum juris dicendi curſum. Præfat. num. 12.

Error eſt arbitrare Prædeceſſorum ſententias in captivitatem redigere Succeſſorum mentes. Præfat. num. 52.

Æs.

Æs cujuſque dicitur, quod ſupereſt deducto ære alieno. Bull. 2. not. 2. *ad* §. 28.

Exactio.

Exactio pœnæ à legis vinculo non ſeparatur. 1. 2. 158. & 168.

Exactio mulctæ à Judice Laico ex œconomica poteſtate Clericis impoſitæ, fieri quibuſdam caſibus poteſt ab eorum bonis. 1. 2. 5.

Exceptio.

Exceptio firmat regulam in contrarium. 4. 3. 12.

Exceptio nullitatis falſorum inſtrumentorum, & aliæ conſimiles reſpiciunt merita cauſæ principalis. 1. 2. 16.

Exceptiones reſpicientes merita cauſæ principalis, & ſententiam in rem judicatam jam tranſactam impugnantes, in quo diſtinguantur ab his, quæ executionem ipſius ſententiæ dumtaxat tangunt; & quomodo in utriſque ſe gerere debeat Delegatus? Ibid. & *vide in* verb. *Delegatus.*

Excommunicans, & Excommunicatio.

Excommunicans contrà præcepta Canonica, & non obſtantibus legitimis appellationibus, potius ligatur quàm ligat, & incurrit ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, *imò in Bullam In Cœna Domini.* 1. 2. 55.

Excommunicatio eſt mors Canonica. 1. 2. 53.

Excommunicatio eſt major omnium pœna in Eccleſia *Dei.* Ibid.

Excommunicatio nulla eſt juris ordine prætermiſſo. 1. 2. 55.

Excommunicatio inferenda non eſt niſi magna cum conſideratione. 1. 2. 53.

Excommunicationis à comminatione incipere non licet. Ibid.

Excommunicatio inferri nequit niſi in defectum remedii ordinarii. 1. 2. 51.

Excommunicationem incurrunt clàm porrigentes famoſum libellum, aut ſchædulam. Præfat. num. *69.*

Excommunicationem incurrit Clericus arma deferens. 1. 2. 162.

Excommunicationem non incurrit qui tonſuratum percutit cùm habitum Clericalem, & tonſuram dimiſit, atquè enormibus ſe immiſcuit, etiamſi ſciat eſſe Clericum. 2. 2. 50.

Excommunicationem incurrit quicumque actum in criminalibus fecerit contrà Eccleſiaſticas *perſonas.* 2. 9. 12.

Excommunicationem non incurrit occidens, vèl percutiens òb neceſſariam defenſionem ſui, vèl ſuorum, nè vè injuria inferatur. Præfat. num. *62.* & Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Excommunicationem incurrunt Incendiarii ſegetum, aut domorum, immunitate, & foro privantur, & capite puniuntur. Bull. 2. not. 1. in fin. *ad* §. 7. & not. 2. in princ.

Exe-

Executio.

Executio non debet retardari, nèc moras pati re ſemèl intellecta. 1. 3. 60.

Executio ultimarum voluntatum àn ad Judicem Eccleſiaſticum pertineat, àn ad Laicum? 2. 8. 2. & *per* tot. *q.*

Executio teſtamenti, mixti fori eſt, & datur locus præventioni. 2. 8. 3. *in* fin.

Executio ſententiæ nullæ non tenet. 2. 1. 5.

Executio pœnæ corporalis fieri non debet ab Executore cognoſcente injuſtam fuiſſe ſententiam, ſed referre debet Superiori. 2. 1. 6.

Executio ſententiæ in executivo judicio non ſuſpenditur per appellationem. 1. 2. 12.

Executio cujuſcumque ſententiæ differtur oppoſita notoria nullitate. Ibid.

Exemptio.

Exemptio Clericorum in profanis, eſt Juris Poſitivi. 1. 2. 90.

Exemptio Clericorum in profanis, Juris Humani eſt. Præfat. num. 44.

Exemptio Clericorum in Spiritualibus, Juris Divini eſt. 1. 2. 90. *in* fin.

Exemptio in bonis temporalibus etiam reſpectu perſonarum Eccleſiaſticarum, Juris Humani eſt. Ibid.

Exemptio Clericorum in profanis, ex benignitate Imperatorum dimanavit in honorem S. Eccleſiæ. 1. 2. 93.

Exemptio jura ſubjectionis, & reverentiæ non ſubſtulit. 1. 2. 120.

Exemptio Reorum *à Juriſdictione Ordinaria Rempublicam turbat.* Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7.

Exemptio quælibet odioſa eſt, & propterea reſtringi debet, non ampliari, nèc ad ſimiles caſus non expreſſos extendi. Ibid.

Exempla.

Exempla Superiorum, eorumquè deciſiones Inferior Judex ſequi debet. 2. 1. 4. & 2. 9. 78.

Exempla non reſtringunt regulam ad caſus expreſſos in Lege, vèl Canone; & quando? 1. 2. 183.

Exempli loco cenſetur ſpecies expreſſa, ut correctio vitetur. 1. 2. 186. *in* fin.

Exhumatio.

Exhumatio Cadaveris àn liceat Judici Laico propria authoritate ad probationem corporis delicti? 2. 6. 2. & 3.

De Correlatione finis cum principio.

Ex malo principio, malus finis, & pejor conſequentia; ideò qui malè principiat, malè finit. Præfat. num. 69. *in* fin.

Experientia.

Experientia in Judicibus eſt ſummè neceſſaria, pratèr juris peritiam quam Jus Romanorum, & Regium appetit. 2. 9. 78.

Experientia docet valdè proficuam Reipublicæ fuiſſe rerum in melius mutationem. Præfat. num. 53. *in* fin.

Expreſſa.

Expreſſa nocent, tacita non. Bull. 1. not. *ad* §. 10.

Expreſſa ſatis dicuntur quæ ex expreſſis colliguntur. Ibid. not. *ad* §. 11. *in* fin.

Externum.

Externum forum dumtaxàt judicat de his, quæ foris ſunt, & à parte rei exiſtunt, non de his, quæ in animo conſiſtunt. 1. 3. 48. *poſt* med.

Extractio.

Extractio Rei ab Eccleſia, regularitèr prohibita eſt. 2. 3. 2.
Extractio Rei ab Eccleſia, eſt violentia notoria. Ibid.
Extractio Rei ab Eccleſia, quibuſdam caſibus fieri poteſt à Laico Judice cum opinione minus probabili. Præfat. num. 50.
Extractio Rei ab Eccleſia in caſibus exceptis, abſquè licentia Judicis Eccleſiaſtici in praxi recepta eſt, ferè in cunctis Hiſpaniæ Regnis, & apud exteros, ex generali conſuetudine. 2. 3. 2. *circ.* fin. *cum* trib. ſeqq.
Extractio Rei, quem Eccleſia non tuetur, non inducit Eccleſiæ violationem. 2. 3. 3. *&* 7. *in* fin.
Extractio Reorum, qui immunitate gaudent, & eadem abutuntur permiſſa eſt, ſicut & ipſorum translatio ad Præſidiorum Eccleſias, præſtita cautione de immunitate ſervanda, interveniente authoritate, & licentia D. Nunt. Apoſt. aut Diœceſani, & non aliter in Litt. Nunt. Apoſt. ad reſtrict. immunit. loc. *poſt* Bull. 2.
Extractio fieri poteſt à Laico Judice quorumcumque Ægyptiorum ſervatis quibuſdam requiſitis. Ibid.
Extractio Rei immunitate gaudentis, non violentèr facta, dolosè tamèn, aut blanditiis, facit perdere immunitatem, ità ut ſuper hujuſmodi exceptione audiri non poſsit. Bull. 2. not. *ad* §. 8.
Extractio Rei ab Eccleſia fieri poteſt prò teſtimonio ferendo, cum interventu Judicis Eccleſiaſtici, & cautione præſtita. 2. 4. 10.

Extrajudiciales.

Extrajudiciales ſunt quidam actus Judicis. 2. 9. 26. *&* 27.
Extrajudiciales actus non tranſeunt in rem judicatam. Ibid. num. 27.
Extrajudiciales ſunt omnes actus voluntariæ jurisdictionis. Ibid.
Extrajudicialitèr quando procedi dicatur à Laico adversùs Clericum? 2. 9. 12. *cùm duob.* ſeqq.

F

De hominum fallibilitate, & voluptatibus.

Facilè evenit ut fallantur homines animi affectum prò zelo juſtitiæ habentes, atque unum prò alio falsò exiſtimantes. Præf. num. 65.

Factum, & Facta.

Factum ſponſalium, & matrimonii non reſpuit cognitionem Judicis Laici. Bull. 1. not. *ad* §. 10.
Facta quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem ſunt interpretanda. 1. 3. 48.
Facta ipſa non tàm ſpectanda ſunt, quàm illorum ratio perſcrutanda, & quo conſilio ſint geſta. Præfat. num. 45. *in* fin.

Factiones.

Factiones clam, àc ſecretò fiunt. Præfat. num. 69.
Factionarii odio invicem ſe habent, & alter alterius notat actiones. 2. 2. 10.
Factione vigente, Judicum vires deficiunt, ità ut Rei puniri non poſsint prout meruerint. 2. 2. 12. *circ.* fin.
Factiones feſtinantèr vitari debent. Ibid. *in* princ.
Factionum remedium eſſet Reos cum ſeveritate punire. Ibid.
Factiones cùm in populis exiſtunt, Judices nihil in ſumma poſſunt, ſi ex aliqua earum non ſint. Ibid. *circ.* fin.

De Falſa moneta, & opinione.

Falſa moneta extrahi ab Eccleſia à Laico Judice poteſt, & inſtrumenta illam cudendi, etiam à Reis ad illam confugatis. 2. 4. 7.
Fal-

Falſificationis monetæ fœdus, multa jura corripiunt. 1. 3. 20.
Falſitas opinionis, hæreſim non inducit, dùm manifeſtè contraria non eſt Catholicæ fidei, nec diffinitioni S. M. E. Præf. num. 39.

Fama.

Fama obtinet vicem accuſatoris. 1. 3. 14.
Fama deficiente peccatum eſt ſecretum, & occultum. 1. 3. 15. & 16. *ac* 50.
Fama præcedere debet inquiſitionem. Ibid. num. 14. & 15.
Fama multum mentiri ſolet. 1. 6. 89.
Fama Judicis læſſa æſtimari non debet ex quò multi teſtes adverſus eum inſurgant. 1. 6. 107.

Familia, Familiares, & Famuli.

Familia armata Epiſcopis non convenit. 1. 2. 2. *in* fin.
Familiares Epiſcoporum, aliorumquè Prælatorum immunitate non gaudent. 2. 2. 63. & Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1.
Familiares S. Inquiſitionis quibuſdam caſibus fori privilegio privantur. 2. 5. 18. *ac* 21. & Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1. *ac* Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7.
Familiares Inquiſitorum hæreticæ pravitatis arma deferre non poſſunt, niſi in actuali fuerint miniſterio, & in actu miniſtrando. 2. 5. 19.
Familiares Inquiſitorum, & alii quicumque, jure noviſsimo, uti non poſſunt armis albis parvis ullo unquam caſu ſub gravibus pœnis. 2. 5. 20. & 24.
Familiares Inquiſitorum, aut alii quicumque arma alba parva deferentes, forum amittunt, & contentio ſuper hoc formari nequit. Ibid. num. 24. *ad* med.
Famuli, tàm Cardinalium, quàm Epiſcoporum puniuntur hodiè in Curia Romana à Judicibus Ordinariis. 2. 2. 63. *in* fin.

An grave ſit DD. rimare?

Faſtidioſum eſt DD. rimare, & cummulare ad cujuſque ſententiæ probationem. Præfat. num. 3.

Fatuitas.

Fatuitas eſt omnibus contradicere, & ad quodcumque verbum in oppoſitum inſurgere. Præfat. num. 8.
Fatuitas eſt prius reſpondere, quàm audire. Præfat. num. 30.
Fatuitas magna, & credulitas nimia ex ſeditione, & partialitate oritur. Præfat. num. 69.
Fatuitas eſt omnis vanitas. Præfat. num. 17.

Fœlicitas.

Fœlicitas ſumma, & æterna cum perſecutionibus, quæ juſtos faciunt adipiſcitur. 2. 9. 59. *ad* med.
Fœlicitas æterna, vera, & ſumma fœlicitas eſt. Ibid. & num. 62. *in* fin.
Fœlicitas magna eſt libertatem judicii poſsidere. Præfat. num. 72.

Feſta.

Feſta collenda incorruptè ſervari, ad Judicem Laicum etiam ſpectat, ex Jure Regio. 2. 2. 69.

De Feſtina reparatione.

Feſtinantèr reparandum eſt quod paulàtim labitur. 2. 2. 12.

Fidejuſor.

Fidejuſor datus per Clericum, coràm Sæculari Judice conveniri poteſt. 1. 2. 147. *in* fin.
Fidejuſores ad æternam fœlicitatem ſunt adverſitates patientèr ſublatæ. 2. 9. 59. *ad* med. & 62.

Fides.

Fides eſt judicium quo credimus aliquid. 1. 6. 47. *in* fin.

Fides Actorum an ex Judicis arbitrio pendeat? 1. 6. 36.
Fides probationum arbitrio Judicis commiſſa eſt. Ibid. *& quomodo?* 1. 6. 37.
Fides etiam jurata frangi poteſt fidem fragenti. 2. 4. 8.
Fides Actorum Judicis Sæcularis pendet ex arbitrio Judicis Eccleſiaſtici in ſuo Tribunali. 1. 2. 29. *in* fin.
Fides Actorum Eccleſiaſtici Judicis pendet ex arbitrio Judicis Sæcularis in iſtius Tribunali. Ibid. *in* princ. *&* 2. 1. 5.
Fides mala eſſe non poteſt ubi legis authoritas intervenit. Præfat. num. 61. *in* fin.
Fides nulli teſti quantumcumque religioſo, niſi jurato adhibetur. 2. 9. 31.

Finis.

Finis legum eſt, ut aliquis ſit litium finis. 1. 6. 76. *in* fin.
Finis cui conceditur, & ea per quæ devenitur ad finem conceſſa cenſentur. 1. 2. 158.
Finis in quacumque diſpoſitione attendi debet, & diſponentis propoſitum, ut ille præferatur intellectus qui magis intereſt ut finis conſequatur. Bull. 2. not. *ad* §. 8. *verſ.* Y ſi la preſente.
Finis malus ſequitur ex malò principio, & mala conſequentia ex malo antecedenti. Præfat. num. 69. *in* fin.
Finem præcedunt neceſſariò media in ſublunaribus. 1. 2. 158.
Fines Juriſdictionum confuſi ſunt. Præfat. num. 18. *in* fin.

Fiſcus.

Fiſcus minui non debet òb Judicis incuriam. Præfat. num. 61.

Fontes.

Fontes ſequuntur Rivulos aquæ. 2. 9. 78.
Fons idem non poteſt ſimùl, & eodem tempore aquam dulcem, & amaram manare. Bull. 1. not. *ad* §. 10. *verſ.* Mas ſe califica.

Fortis.

Fortis debet eſſe Judex, & conſtanti animo præditus. 2. 9. 57. & 59. *Nequè in die anguſtiæ deſperare debet, nèc tribulationes vereri.* Ibid. num. 71.
Fortes eſſe debemus adverſus fortuita. Præfat. num. 72.

Fortuna.

Fortuna quæcumque, ſivè proſpera, ſivè adverſa æquo animo ferenda eſt. 2. 9. 57. *circ.* fin.
Fortuna adverſa probatio virtutis eſt, non judicium reprobationis. 2. 9. 63.

Forus.

Forus nomen tamquam magis extenſum, prò genere habetur reſpectu nominis Statutum. 1. 2. 128.
Forus judicialis eſt poteſtas publica, quæ requirit notitiam publicam. 1. 3. 15.
Foro competenti parere neceſſe eſt. 1. 2. 127. *in* fin.
Foro nullo gaudent confœderationem facientes. Præfat. num. 69.
Foro non gaudet Clericus viarum graſſator. Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7.
Foro non gaudet Clericus nefarius. Ibid.
Foro non gaudet Clericus etiam Sacerdos enormibus ſe immiſcens, & àn abſquè monitione? 2. 2. 49.
Foro àn deſtituatur Clericus ſævis ſe immiſcens dimiſſo habitu? Ibid.
Foro non gaudet Clericus aſſaſinus. 2. 2. 48.
Foro àn gaudeat Clericus, notorius homicida? Bull. 1. not. *ad* §. 6. & Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin.
Foro àn deſtituatur Clericus Minorum Ordinum ex acceptatione Sæcularis officii? 1. 2. 81.
Foro non gaudet Clericus Minorum

Ordinum duo perpetrans homicidia, ſi Beneficium Eccleſiaſticum non habet. Bull. 1. §. 1.

Foro non gaudet Clericus negotiator. 1. 2. 101.

Foro non gaudet Clericus carens requiſitis S. Concilii Trid. Bull. 1. not. *ad* §. 2. & Bull. 2. not. *ad* §. 10.

Foro utroque privatus eſt Clericus Minorum Ordinum non deferens habitum, & tonſuram. Ibid.

Foro non gaudet Clericus Minorum Ordinum, poſt delictum ordinatus. Bull. 1. not. *ad* §. 3.

Foro àn gaudeat Clericus committens proditorium homicidium? Bull. 1. not. *ad* §. 6. remiſſ.

Foro non gaudet Clericus Minorum Ordinum ſævis ſe immiſcens. 2. 2. 50. & 51.

Foro non gaudet Clericus in caſu cap. 1. de Vit. & Honeſt. Clerico. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *circ.* fin.

Foro non gaudet Clericus multis in caſibus. 2. 2. 28. & Bull. 2. not. 1. *in* fin. *ad* §. 7.

Foro non gaudent exempti quicumque duellum inientes. Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7.

Foro non gaudent hodiè quicumque privilegiati arma alba parva deferentes. 2. 5. 24.

Foro non gaudent teſtes requiſiti ut in cauſa delationis armorum alborum parvorum deponant. Ibid.

Foro non gaudent multis in caſibus Equites Ordinum Militarium. Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1. & Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7. àc 2. 5. 3.

Foro non gaudent in multis caſibus Milites. Ibid. *in* Bull. & not.

Alia plura videri poſſunt in lit. M. verb. *Milites.*

Frequentèr.

Frequenter adverbium, quam habeat ſignificationem? Bull. 2. not. *ad* §. 9.

Frequentèr accidentibus jura adaptantur. Præfat. num. 23.

Frequentèr contingit homines variè cenſere, & diverſimodè judicare. Præfat. num. 50. & *66.*

Fructus.

Fructus, & cætera ad vitam neceſſaria vendere tenetur Clericus in conſcientia neceſſitatis tempore, & compelli poteſt. 2. 2. 31.

Fructus juſtitiæ in pace ſeminantur facientibus pacem. Præf. num. 4.

Fructus Beneficiorum, & Præbendarum, Conſiſtorialibus exceptis, taxandi ſunt; & à quibus, & ut quid? Bull. 2. §. 23.

Frumenta.

Frumenta qui abſcondit maledicetur in populis, ſed ſuper vendentium caput Benedictio erit. 2. 2. 31.

Fuga.

Fuga àn potius ab inſultato eligenda, quàm invaſori vita adimenda? Præfat. num. *62.* & Bull. 1. not. *ad* §. 8.

Fuga reddit quem viliorem, & eſt quædam injuria. Præfat. num. *62.*

Fuga cùm vitare potuit occiſionem, ſi hæc ſequatur, & illa omittatur, irregularitas incurritur. Bull. 1. not. *ad* §. 8.

Fur.

Fur àn occidi poſſit abſquè pœna, & abſquè excommunicationis, & irregularitatis metu, ſivè nocturnus ſit, ſivè diurnus. Ibid.

G

Gabella.

Gabella debetur à Clerico negotiatore, & à Laico Judice exigi poteſt. 1. 2. 100.

Gabella debetur à Clericis conjugatis, ſicut & cæteræ indictiones. 2. 2. *62.* & Bull. 1. not. *ad* §. 3.

Gabella debetur, ſicut & cætera Regalia obſequia à Clericis tonſuratis tamètſi non conjugatis dummodo Eccleſiaſticum Beneficium non obtineant. Ibid. num. 62.

Generale, & Generalia.

Generale verbum omnia comprehendit. Bull. 1. not. *ad* §. 14.

Generale verbum reſtrictum ad certas perſonas, & loca, illa non egreditur. Ibid.

Generale mandatum derogatur per ſpeciale. Ibid. *in* fin.

Generalia duo quando concurrunt, illud eſt quod minus generale habetur loco ſpeciei. 1. 2. 128.

Gladius.

Gladius Spiritualis, & Temporalis ſunt diſtincti. 1. 2. 37. & 74.

Gladius uterque perdetur à Judice, qui utroque uti voluerit. 1. 2. 75.

Gladii Spiritualis abuſus, per Temporalem moderatur. 2. 2. 24. & 43.

Gladium Spiritualem, & non Temporalem habet Eccleſia. 1. 2. 75.

Gladium ſuum vibrabit Dominus contrà iniquos niſi converſi fuerint. 2. 9. 48. *in* fin.

Gloria.

Gloria Solis alia eſt, & alia Lunæ. 1. 2. 73.

Gloria inimici nulla major eſt quàm inventio occaſionis perdendi ſuum inimicum. 2. 2. 11.

Graſſator.

Graſſator publicus viarum etiamſi ſit Clericus, foro, & immunitate non gaudet. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin.

Gubernatio.

Gubernatio Reipublicæ difficilis eſt. Præfat. num. 12.

Gubernatio Reipublicæ conſiſtit in integra juſtitiæ adminiſtratione. 2. 9. 40.

H

Habitus.

Habitus vulgò diſtinguit perſonas Eccleſiaſticas à Laicis. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Habitus, ſivè veſtis Clericalis debet eſſe juxtà Provinciæ morem. Ibid.

Habitus Clericalis conſiſtit in Tonſura, aut Corona, & talari veſte. Ibid.

Habitus Clericalis, & Tonſura, de eſſentia ſunt ad hoc ut Clericus Minorum Ordinum immunitate gaudeat. 2. 2. 36. *in* fin. & Bull. 1. not. *ad* §. 2.

Hæreſis.

Hæreſis cauſa ſpiritualis eſt. 1. 2. 7. & 44. *ac* Præfat. num. 43.

Hæreſis aliud eſt, & aliud opinionis falſitas, nèc iſta inducit illam dùm manifeſtè contraria non ſit Catholicæ Fidei, nèc definitioni S. M. E. Præf. num. 39.

Homicida, & Homicidium.

Homicida tamètſi occultus ſit, ab Ordinibus Eccleſiaſticis removetur etiam poſt peractam pœnitentiam. 1. 3. 36.

Homicida prò ſui defenſione, cum Jure occidit, & pœnam non meretur, ex Jure Regio. Præfat. num. 62. & Bull. 1. not. *ad* §. 8.

Homicida voluntarius refugio carebat tempore Legis Naturalis. Bull. 2. not. *ad* §. 6.

Homicida Clerici prò defenſione propria, vèl proximi cum moderamine inculpatæ tutelæ, excommunicationem non incurrit, nèc aliam pœnam meretur. Præfat. num. 62. & 1. 3. 48. *ac* Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Homicida in caſibus à Jure permiſſis favetur dolo excluſo. 1. 3. 48. *ad*

ad med. *ſecùs ſi de dolo conſtaret.* 1. 3. 49.

Homicida furis nocturni, & etiam diurni, & Raptoris, àn excuſetur in animæ Judicio, & àn ſit irregularis? Bull. 1. not *ad* §. 8.

Homicida deliberatus immunitate privatur. Bull. 1. §. 5. *cum* not.

Homicida proditorius qui per Eccleſiam ducitur, àn immunitate gaudeat? Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin. remiſſ.

Homicida proditorius adhuc antè Bullam Gregorianam Immunitate non fruebatur. Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Homicidam parcere, miſericordia non eſt in Judice. 1. 6. 112.

Homicidium defenſionis neceſſariæ cauſa commiſſum non inducit irregularitatem. Præfat. num. 62. *ad* med.

Homicidium àn quodam caſu jure permiſſum ſit abſquè ulla pœna? 1. 3. 44. *cum* ſeq.

Homicidium admittens, etiàm in rixa, immunitate non gaudet, niſi ſit caſuale, aut prò ſui defenſione. Bull. 1. not. *ad* §. 8.

Homicidium qualificatum committentes, & quoquo modo cooperantes majores viginti annorum, comprehenſi ſunt in Conſtitutione D. Benedicti XIII. & in Bull. Alias Nos 1. *D. Clementis XII. & extrahi debent ab Eccleſia.* Bull. 1. §. 7.

Homicidium committens, tamètſi Clericus ſit, aſſecurandus, & cuſtodiendus eſt in carceribus Judicis Laici interim quod Eccleſiaſticus declarat, ſi requiſita S. Concilii ſervavit, aut non, quin per hoc differatur traditio. Bull. 1. §. 4.

Homicidium proditorium, & qualificatum, ſi Clericus committat, àn ſit degradandus, & tradendus Judici Laico? Bull. 1. not. *ad* §. 6. remiſſ.

Homicidium proditorium quid ſit? Ibid. remiſſ.

Homicidium quomodo definiatur, & quod ſit voluntarium, àc de reliquis homicidii ſpeciebus. Bull. 1. not. *ad* §. 8. *in* fin. remiſſ.

Homicidium voluntarium committens, etiam antè Bullam immunitate non fruebatur. Ibid.

Homicidium caſuale committens, ſi culpa factum præceſſerit, aut rei illicitæ operam dederit, pœnam mitiorem de Jure Civili meretur, ſed de Jure Canonico irregularitate innodatur. Ibid.

Homicidium notorium enorme delictum eſt in Clerico, etiam in Sacris. 2. 2. 54.

Homicidium notorium, ſi Clericus committat, àn foro gaudeat; àn verò à Laico Judice puniri poſſit abſquè præcedenti degradatione? Bull. 1. not. *ad* §. 6. & Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin.

Homicidium duplicatum committens Clericus Minorum Ordinum, à Laico puniri poteſt, ſi non obtinet Beneficium Eccleſiaſticum. Bull. 1. §. 1.

Homicidium deliberatè committens immunitate non gaudet. Bull. 1. §. 5. *cum* not. *etiamſi Clericus ſit.* Ibid. §. 6. *cum* not.

Homicidium committentes hodiè, ad immunitatis judicium, & ipſius moras recurrere jam non poſſunt. Bull. 1. not. *ad* §. 9. 10. & 11.

Homicidium committens cum qualitate aſſaſinii, etiàm propter unicum crimen, immunitate juvari nequit. Bull. 2. §. 7.

Homicidium cum qualitate aſſaſinii, ſi Clericus committat, puniri poteſt à Laico Judice abſquè præcedenti degradatione. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Homicidii Rei, paucis exceptis, nullus quantumcumquè privilegiatus, foro exemptione gaudet. Bull.

Bull. 1. §. 1. & 3.

Homicidii Reus in loco Sacro conſtitutus tradi debet ab Eccleſiaſtico Laico Judici ſubminiſtratis ab iſto indiciis ad capturam ſufficientibus. Bull. 1. §. 9.

Homicidii Reus bannitus, nondùm verò damnatus tradi ab Eccleſiaſtico debet Laico Judici ſubminiſtratis indiciis ad torturam ſufficientibus. Bull. 1. §. 10.

Homicidii Reus bannitus, & in contumaciam damnatus, tradi ab Eccleſiaſtico debet Laico Judici exhibita ab iſto ſententia, & cognito quòd juſta ſit. Bull. 1. §. 11. 12. & 13.

Homicidii Reus dùm in loco Sacro conſtitutus eſt, nihil aliud ad Eccleſiaſticum Judicem ſpectat, quàm inſpectio indiciorum, àn ſufficientia ſint ad capturam, ut in caſu §. 9. Bull. 1. *vèl ad torturam, ut in caſu* §. 10. *dict.* Bull. *aut deniquè ſententiæ, ut in caſu* §. 11. & duor. ſeqq. ejuſd. Bull. 1.

Homicidii Reus, aut cujuſvis alterius delicti ad Eccleſiam ruralem confugatus, immunitate non gaudet, niſi certis conditionibus illa prædita ſit. Bull. 2. §. 9. *cùm* not.

Homo.

Homo animi affectu poſſeſſus, de bono malum facit, & iſtud facilè credit. Præfat. num. 69.

Homo optimum eſt cunctorum animalium, peſimus autèm ſi alienus à lege fiat. 1. 6. 46.

Homo cùm ſui ſenſus tenax non fuerit, verè ſapiens dici poteſt. Præfat. num. 17.

Homo in Officiis expertus poteſt magiſtralitèr loqui. 2. 9. 78.

Homo legi ſubditus eſt, non è contra. Præfat. num. 66. *in* fin.

Homo indiciis judicare non debet, cùm ſæpè per ea innocentes fuerint damnati. Bull. 1. not. 2? *ad* §. 9.

Homo aliena à ſe putare non debet omnia, quæ humana ſunt. Præfat. num. 22.

Homo qui cupiditatibus non deſervierit, eminens eſt. Præf. num. 70.

Homo mendax abominari meretur. 1. 6. 82.

Homo qui cum nihil ſit, aliquid eſſe exiſtimat, ipſe ſe ſeducit. Præfat. num. 73.

Homo quilibet erroris capax eſt. Præfat. num. 35.

Homo cedere debet veræ doctrinæ, & illi ſubmitti. Præfat. num. 66. *in* fin.

Homo non tantummodò ſibi, ſed & aliis naſcitur. Præfat. num. 1.

Homo qui nihil valet ad lucem proferre in communem utilitatem, vereri debet. Ibid.

Homo imperitus pauca loquens, venia dignus eſt. Ibid.

Homo non fit repente maturus. Præf. num. 4.

Homo adhuc ea, quæ ſibi coadoleſcentia ſunt non poteſt cognoſcere. Præfat. num. 17. *in* fin.

Homo capere non poteſt Altiſsimi viam. Ibid.

Homo naſcitur ad laborem. Præfat. num. 26.

Homo quantumcumque doctus fuerit, magis quàm ſcit ignorat. Præf. num. 35.

Homo ſæpè in ſuo ſenſu fallitur. Ibid.

Homo in his quæ à S. Eccleſia definita non ſunt liberum habet intellectum ad inquirendum id quod magis verum ſit. Præfat. num. 52. *circ.* fin.

Homo qui veram libertatem poſsideat, vix invenitur. Præfat. num. 70.

Homo conſumatus non poſsidetur animi affectibus. Ibid.

Homo adverſus fortuita fortis eſſe debet, non contremiſcens injurias, nèc vulnera, nec egeſtatem. Præf. p. 72.

Homo cuncta quæ poſſidet à Deo habet. Præfat. num. 73.

Homo qui noluerit ab aliis judicari, ſe ipſum judicet. Præfat. num. 74. *in* fin.

Homo providus in contingentibus ſuſpicatur, & cavet. Præfat. numer. 75. *circ.* fin.

Homo occidi poteſt vèl in vita, vèl in honore. 2. 9. 40.

Homo potens à multis colitur, & cum illo excuſandum litigium. Præfat. num. 41.

Homo calumniis oppreſſus, copioſius à Domino mercedem accipiet. 2. 9. 50.

Homo bonus tametſi aliquandiu opprimatur, non poteſt diu eſſe infelix. 2. 9. 52.

Homo in amaritudine conſtitutus irrideri non debet, & væ illis qui ſecùs fecerint. 2. 9. 59.

Homo quem oderint homines, beatus eſt, & væ illis qui ab hominibus benedicuntur. Ibid.

Homo ſub præcepto charitatis orare debet prò perſequentibus, & calumniantibus illum. 2. 9. 76.

Homo in multis expertus, cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. 2. 9. 78.

Homo ad Dei honorem, & gloriam, ipſiusquè Eccleſiæ S. dirigere debet omnia quæcumque fecerit. 2. 9. 79. & 80.

Homines iniqui, cum malo bonum confundunt. 1. 2. 122. *in* fin.

Homines iniqui, & ſanguinolenti in Sacrorum locorum immunitate confidunt. Bull. 2. §. 6.

Homines hodie non timent, ſed audent. 1. 6. 87.

Homo peccator ſanguini inſidiatur. 1. 6. 113.

Homines quidam, contradictionis ſpiritu poſſidentur. Præfat. numer. 8.

Homines quidam digito conantur oſtendere tanquam verum quod nuſquam eſt. Præfat. num. 9.

Homines non æſtimant res prout in ſe ſunt, ſed quatenus apparent. Præf. num. 34.

Homines omnes infirmi ſunt. Præf. num. 35.

Homines quidam hujuſmodi ſunt conditionis, quòd vellent jura ad ſuum trahere ſenſum, perverſo eorumdem intellectu. Ibid. numer. 59.

Homines cavilloſi dignoſcendi ſunt, nè alios ſeducant. Ibid.

Homines ſolent variè cenſere juxtà varios temporum decurſus. Præfat. num. 66.

Homines moriuntur, immortalis autèm eſt doctrinæ veritas. Ibid.

Homines inconſtantes eſſe ſolent. Ibid. *in* fin.

Homines quidam ſibimetipſis contradicunt. Præfat. num. 8.

Homines quidam allucinantur, & videre ſe fingunt, aut ſomniant quod non vident. Præfat. num. 9.

Homines omnes utinam in eodem eſſent veritatis ſenſu, & in eadem ſententia. Præfat. num. 11.

Homines qui populo præſunt, onera plurima ſubeunt. Præfat. num. 12.

Homines quidam intelligere nolunt, ut benè agant. Præfat. num. 13.

Homines multum fulgentes vix ab invidia, aut odio immunes ſunt. Præfat. num. 21.

Homines alitèr jura interpretari ſolent, quam legislator ea intellexerit. Ibid. num. 26.

Homines plerique non judicant de aliorum ſcriptis prout in revera ſunt, ſed ex quibuſdam accidentibus. Præfat. num. 34.

Homines naturalitèr faciles ſunt ad diſſentiendum. Præfat. num. 50. *in* fin.

Homines perfecti non citò credunt quæ eis narrantur. Præfat. numer. 67.

Homines protervos, quibus pœnis minetur Dominus? 2. 9. 48.

Homines prævaricatores odit Domi-

minus. Ibid. *circ.* fin.

Homines juſtos tentatio tribulationis probat. 2. 9. 63.

Hominum judicia prudentiſsimos contremiſcere faciunt. Præfat. numer. 71.

Hominum voluntates variæ ſunt. 1. 6. 44.

Hominum judicium ſæpè falax eſt. Præfat. ntm. 35.

Hominum ſpeculatio obſcuritate quadam non caret. Ibid.

Hominum opprobrium, & blaſphemiæ timendæ à judicibus non ſunt. 2. 9. 57.

Hominum machinationes veritatem deſtru ere nullæ poſſunt. Præfat. num. 6. *in* fin.

Hominum vigor in diſciplinis creſcit. Præfat. num. 53.

Hominum naturalis ratio indiès illuſtrior, & induſtrior facta, quoſdam majorum errores agnoſcens, ad perfectum de imperfecto devenit. Ibid.

Honor.

Honor, vitæ, & rebus omnibus præfertur. 1. 6. 111.

Honor defendi debet, & negligentia in hoc poteſt eſſe mortale, vèl veniale crimen. 1. 6. 112.

Honor Judicum attendendus, & reſervandus eſt in ſuperiorum judicio. 1. 6. 105. *in* fin.

J

Jacula.

Jacula quæ prævidentur minus feriunt. 1. 2. 34. *in* fin.

Jactantia.

Jactantia intollerabilis eſt. Præfat. num. 17.

De quibuſdam, à Judicibus maximè cavendis.

Ignominioſum eſt, Judicem pati ab alio ſuam uſurpari, vituperari, aut quoquo modo lædi juriſdictionem. Præfat. num. 60.

Ignorantia.

Ignorantia craſſa, ſivè ſupina, ſivè affectata ſit, Judicem non excuſat, nèc Advocatum. Præfat. num. 13.

Ignorantia communiſsima eſt, & plebis errare proprium. Præfat. num. 20.

Illatio.

Illatio non fit ex diverſis. 1. 2. 187.

Illicitum.

Illicitum in uno capite, non vitiat licitum in alio. 2. 2. 56.

Immunitas.

Immunitas Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum, Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtituta eſt. 1. 2. 166.

Immunitas Eccleſiæ Majoris non extenditur ultrà quadraginta paſſus in circuitu. 2. 3. 2.

Immunitas Eccleſiæ Minoris, & Capellæ non extenditur ultrà triginta paſſus in circuitu. Ibid.

Immunitas Eccleſiæ ruralis, vulgò, fiia, *tunc locum obtinet, cum frequens, ſeu ſæpiſsimè celebratio Miſſarum in ea fit, & contigua eſt domus Sacerdotis curam ejuſdem habentis.* Bull. 2. §. 9. *cum* not.

Immunitas non aſsiſtit loco celebrationi, & orationi deſtinato, cæteris aliis requiſitis deſtituto. Ibid.

Immunitas localis Reis reſtricta fuit à D. P. Benedicto XIII. ut illa non gauderent niſi per trium dierum ſpatium. Bull. 2. not. ad §. 6.

Immunitatis localis reſtrictio convenientiſsima foret. Ibid.

Immunitas localis in Civitate Valentina reſtricta eſt valdè. Ibid.

Immunitas antè Chriſti Domini adventum ità reſtricta erat in Iſraël, quòd dumtaxàt ſex erant Civitates refugii; & quomodo? Ibid.

Immunitas localis in concreto ſumpta, eſt Juris poſitivi, & reſtringi propterea poteſt, nèc eadem ubiquè eſt. Ibid.

Immunitas non favet Reo homicidii voluntarii. Bull. 1. §. 8. *cum* not. *in* fin.

Immunitas, ut denegetur Reo delicti qualificati ſufficit ſemiplena probatio. Bull. 1. not. 2. *ad* §. 9.

Immunitas non infringitur, nèc injuria Eccleſiæ irrogatur per extractionem Rei illa non gaudentis. 2. 3. 2. & num. 3. *ac* 7. *in* fin. *cum* num. 12. *in* fin.

Immunitatis judicium hodiè abiit in homicidii cauſis. Bull. 1. not. 1. *ad* §. 9. & not. *ad duos* §§. ſeqq.

Immunitas àn faveat Clerico negotiatori? 1. 2. 101.

Immunitas àn concedatur Familiaribus Epiſcoporum? 2. 2. 63. & Bull. 1. not. 2. *ad* §. 1.

Immunitas àn concedatur Miniſtris Curiæ Eccleſiaſticæ? 2. 2. 62.

Immunitas àn faveat Clerico conjugato? Ibid. & Bull. 1. not. *ad* §. 3.

Immunitas favet Clerico tonſurato in Criminalibus, non in Civilibus, ſi Eccleſiaſticum non obtinet Beneficium. Ibid.

Immunitas non favet publico latroni, viarum graſſatori, nèc nocturno Agrorum depopulatori, etiamſi Clericus ſit. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Immunitas regularitèr non favet delinquenti in Eccleſia. 2. 4. 4. & ſeqq.

Immunitas non favet blaſphemanti. 2. 4. 3.

Immunitas non favet aſſaſinii in crimine Mandatario, Mandanti, nèc Complicibus. Bull. 2. not. 1 *ad* §. 7.

Immunitas non favet Reis læſſæ Majeſtatis Divinæ, vèl Humanæ. Bull. 2. §. 7. *cum* not. 2.

Immunitas non favet Militi, obligato ad ratiocinia, Servo, Carnifici, nec aliis ad ſervitium perſonale adſtrictis, præſtita ſecuritate. 2. 3. 9.

Immunitas àn faveat Reo homicidii proditorii qui pèr Eccleſiam ducitur? Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. remiſſ.

Immunitas non favet conſpirantibus in Principem. Bull. 2. not. 2. *ad* §. 7.

Immunitas non favet non revelantibus crimen læſſæ Majeſtatis. Ibid. *in* fin.

Immunitas non favet Reis, qui à Sacro loco receſſerunt, tamètſi aſſerant doloſè, aut blanditiis extractos fuiſſe. Bull. 2. not. *ad* §. 8.

Immunitas non favet confœderationem facientibus. Præfat. num. 69.

Immunitas non favet Clerico nefario. Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7.

Immunitas non favet Clerico etiàm in Sacris, enormibus ſe immiſcenti dimiſſo habitu; & àn abſquè monitione? 2. 2. 49.

Immunitas non favet Clerico etiam in Sacris, ſævis ſe immiſcenti dimiſſo habitu. Ibid.

Immunitas àn faveat Clerico, notorii homicidii Reo? Bull. 1. not. *ad* §. 6. & Bull. 2. not. 1. *ad* §. 7. *in* fin.

Immunitas àn faveat Clerico minorum Ordinum Sæculare officium acceptanti? 1. 2. 81.

Immunitas non favet Clerico minorum Ordinum perpetranti duo homicidia, ſi Eccleſiaſticum non habet Beneficium. Bull. 1. §. 1.

Immunitas non favet Clerico minorum Ordinum deſtituto requiſitis S. Concilii Trid. Bull. 1. not. *ad* §. 2.

Im-

Immunitas in neutro foro favet Clerico Minorum Ordinum non deferenti habitum, & tonſuram Clericalem. Ibid.
Immunitas non favet Clerico Minorum Ordinum poſt delictum ordinato. Bull. 1. not. *ad* §. 3.
Immunitas non favet Clericis, multis in caſibus. 2. 2. 28. & Bull. 2. not. 1. *in* fin. *ad* §. 7.
Immunitas competit bonis temporalibus Clericorum, duntaxàt acceſſoriè òb perſonam. 1. 2. 111.
Immunitas non favet committenti homicidium deliberatè. Bull. 1. §. 5. *cum* not. & §. 6.
Immunitas non favet Reo homicidii, etiàm in rixa commiſsi, niſi caſuale ſit, aut in propriam defenſionem. Bull. 1. §. 8.
Immunitas non favet Reo homicidii qualificati, nèc quoquo modo cooperantibus, dummodo viginti annis majores ſint. Bull. 1. §. 7.
Immunitas paucis privilegiatis favet in delicto homicidii. Bull. 1. §. 1. & 3.
Immunitas àn faveat confugienti ad Eccleſiam cum armis? 2. 4. 8. & 9.
Immunitas non favet abutentibus illa, & transferri ad Præſidiorum Eccleſias poſſunt certis conditionibus ex Pontificia Ordinatione. Bull. 2. not. *ad* §. 6. *in* fin. & *in* Lit. Nunt. Apoſt. *ad* reſtrict. immunit. loc. *poſt* Bull. 2.
Immunitatis cognitio in Aragoniæ Regnis non pertinet Ordinario Eccleſiaſtico, ſed contentio formatur, & declaratio incumbit Chancellario Regio, & Arbitris. Bull. 1. not. *ad* §. 4.
Alia multa vide in verb. *Degradatio*, in verb. *Forus*, & in verb. *Homicidium*.

Imparitas.
Imparitas inter æquales eſt odioſa, & regulis juris contraria. 2. 1. 10.

Impenſæ.
Impenſæ funerales debent deduci antè omne debitum hæreditarium. Bull. 2. not. 2. *ad* §. 28.

Imperator.
Imperator Jura Pontificatus uſurpare non debet, nèc Pontifex nomen Imperatorum. 2. 1. 12.
Imperator in Eccleſia antè Sacrarii cancellos ſedere debet. 2. 1. 16.
Imperator velle non creditur quæ omiſsit; cùm ſi voluiſſet, exprimere potuiſſet. 2. 2. 57. & *pariter Pontifex.* Bull. 1. not. *ad* §. 10.

Impropriatio.
Impropriatio verborum fieri debet, ſi oporteat, & veroſimilior mens legislatoris attendi. Bull. 1. not. *ad* §. 14.
Impropriatio verborum facienda eſt, ſi aliàs ex rigoroſo, & proprio ſignificatu ſequatur abſurdum, aut aliud inconveniens. Ibid.
Impropriatio verborum fieri non debet, quoties ex propria ſignificatione ſubſtineri poſſunt. Ibid.

Incendiarius.
Incendiarius ſegetum, aut domorum àn immunitate, & foro priventur, & quas pœnas incurrant? Bull. 2. not. 1. *in* fin. *ad* §. 7. & not. 2. *in* princ.

Incertitudo, & incertum.
Incertitudo rerum humanarum tanta eſt in his, quæ vèl ſenſibus non percipiuntur, vèl ad fidem non expectant, ſed ratiocinatione indigent, ut vix ſit ulla quæ diſputari non poſsit. Præfat. numer. 50.
Incertum dimittendum eſt, & certum tenendum. Ibid. num. 46.
In certis non eſt locus conjecturæ, nèc

nèc interpretationi. Bull. 1. not. *ad* §. 10.

Incluſio.

Incluſio unius, eſt excluſio alterius. 2. 2. 57.

Incluſio in quavis diſpoſitione non creditur ejus quod expreſsè non declaratur. Bull. 1. not. *ad* §. 10.

Incolorata.

Incolorata, & levis opinio, probabilis non eſt. Præfat. num. 47.

Quis ſit coràm Domino juſtus?

In conſpectu Domini, nemo juſtificabitur. Præfat. num. 22. *in* fin.

Inconſtans.

Inconſtans homo eſt. Præfat. num. 66.

Indicia.

Indicia delicti excepti ſufficientia ad capturam, ſufficiunt etiam ut Eccleſiaſticus Judex traditionem Rei decernat Sæculari brachio faciendam. Bull. 1. §. 9. *cum* not.

Indicia ad torturam ſufficientia, ſufficiunt etiam, ut Eccleſiaſticus Judex tradi faciat Laico Reum homicidii bannitum, nondum damnatum. Bull. 1. §. 10.

Indiciaria probatio ſufficit ad torturam, & etiam ſemiplena. Bull. 1. not. 2. *ad* §. 9. *in* fin.

Indicia ſufficientia, & veriſimilia, torturæ quæſtionem præcedere debent. Ibid.

Indicia qualia ad torturam requirantur, Jure definitum non eſt, ſed Judicis arbitrio commiſſum. Ibid.

Indicia indubitata ſufficientia ſunt, non ſolùm ad torturam, ſed & ad condemnationem, tamètſi de liquido delicto probari non potuerit. Ibid.

Indicia indubitata quæ ſint? Ibid. remiſſ.

Indicia àn ſufficiant ad condemnationem? Ibid.

Indicia quæ requirantur, & præcedere debeant inquiſitionem? 1. 3. 11.

Indubitata.

Indubitata legi, debent eſſe indubitata Judici. 2. 2. 37.

Indulgentiæ.

Indulgentiæ publicari non poſſunt omiſſa Regii Juris forma, & ſi ſecùs fiat, impedire tenetur Laicus Judex. 2. 2. 39. & 40.

Indulgentiarum publicandarum forma in uſu eſt. Ibid. num. 39. *in* fin.

Indultum.

Indultum, ut Clerici in foro advocare poſsint, ſolus Papa concedere valet. 1. 2. 83.

Indultum Apoſtolicum, omnem tollit incapacitatem Laicalem. 2. 2. 40. & Bull. 1. not. *ad* §. 10.

Indultum ſæpè petere ſolent homines timoratæ conſcientiæ, ut ea facere queant, quæ ſinè indulto poſſent. Bull. 2. not. *ad* §. 15.

De delinquente in Eccleſia; & àn Reus ad ipſam confugatus, poſsit in illa ligari?

In Eccleſia delinquens, reputatur indignus, ut ejus immunitate gaudeat. 2. 4. 4.

In Eccleſia poteſt Reus vinculis ligari de utriuſque Judicis conſenſu adhibitis etiam compedibus, cùm ambiguum eſt àn immunitate gaudeat. 2. 3. 12.

De opinione.

Infallibilis nulla humana opinio eſt, nèc perpetuò ab erroribus immunis. Præfat. num. 52.

Infamia, & infames.

Infamia alia eſt juris, alia facti; & quæ unaquæque? 2. 2. 54. remiſſ.

Infamia ſivè facti , ſivè juris , irregularitatem inducit. Ibid.
Infamia ceſſat ceſſante notorietate delicti. Ibid.
Infamia pèr quæ delicta incurratur? Ibid.
Infamiæ , ſivè famæ defectus àn ſuppleri poſsit pèr duos , aut tres teſtes , aut pèr indicia urgentiſsima , ut ſpecialis inquiſitionis via procedi poſsit , aut de generali ad ſpecialem deſcendi? 1. 3. 15. *ad* med. & 16.
Infamari non debet non diffamatus. 1. 3. 3.
Infamia habetur loco accuſatoris in judicio inquiſitionis. 1. 3. 12. *circ.* fin.
Infamia non præcedente , nulla eſt ſpecialis inquiſitio. 1. 3. 8. *uſque ad* num. 12. & num. 14. *àc* 43.
Infamia qualis eſſe debeat , ut ſit ſufficiens? 1. 3. 10.
Infamia deficiente Iudex ad inquiſitionem procedens , aut abſquè clamoſa inſinuatione , potius canis , quàm Iudex eſt. 1. 3. 14.
Infamia deficiente Iudex in conſciencia procedere nequit ad punitionem Clerici quamvis ſit de maleficio convictus. 1. 3. 15.
Infamia ſi cauſetur à Iudice , tenetur ipſe ad reſtitutionem famæ, & damnorum. 1. 3. 37. & 39.
Infamia irrogari in cauſa à Iudice nequit proximo bonæ famæ, niſi delictum ſit ex attrocioribus, aut publicum , aut ipſe committi viderit. 1. 3. 50.
Infamia quibuſdam caſibus non requiritur in ſpeciali inquiſitione. 1. 3. 8. *ante* med.
Infamia regularitèr non requiritur in inquiſitione facta de mandato Principis. Ibid.
Infames à Iure ſunt qui vitioſis, ſeù aſtutis interpretationibus utuntur. Præfat. num. 59. *in* fin.

Inferior.

Inferior non poteſt excedere tenorem commiſsionis , nèc à Superioris mandato reſilire. 1. 2. 16.
Inferior à Superioribus honorari debet. 1. 6. 105. *in* fin.
Inferior Superioris deciſsiones , & exempla ſequi debet. 2. 1. 4. *in* fin. & 2. 9. 78.
Inferior diſpenſare , aut æquitatis prætextu arbitrare nequit in lege tamètſi duriori , ſed exequi tenetur ſicut ipſa præcipit. 1. 5. 8. & Præfat. num. 61.

Infideles.

Infideles àn poſsint à Chriſtianis bello impeti eò quòd infideles ſint? 1. 1. 4.
Infideles occulta Dei providentia tolerantur , àc Regna , & Principatus Iure Humano poſsident. Ibid.

De onere Scriptorum.

Infiniti propè operis eſt librum ſcribere; & quare? Præfat. num. 15. & 19.
Infinitum , & ſupervacuum eſt ſententiolis omnibus reſpondere. Præfat. num. 75.

Infirmi.

Infirmi omnes homines ſunt. Præfat. num. 35.

Informativum.

Informativum recipi poteſt à Laico Iudice ſuper exceſsibus Clericorum , Iudicum vè Eccleſiaſticorum quibuſdam caſibus , & ſub certa forma. 2. 9. 3. *uſq. ad* numer. 38.
Informativum quibus caſibus recipi à Laico queat contrà Eccleſiaſticas perſonas? 2. 9. 3. & *quomodo?* Ibid. num. 21.
Informativum ut liceat , quæ ſint obſervanda à Laico Iudice? 2. 9. 11. *uſq. ad* num. 22.
Informativum ad inſtruendum Superioris animum, judiciale non eſt. 2. 9. 12.

Informativum, & *quicumque alius actus extrajudicialitèr fieri dicitur, ubi ceſſant citationes, termini judiciales*, & *probationes*, & *authoritativè non fit.* 2. 9. 14.

Informativum contrà Eccleſiaſticas perſonas fieri licet, cùm Prælatus Clerici adiri non poteſt, aut remedium adhibere non vult. 2. 9. 15.

Informativum prædictum, quibus ſit præſentandum? Ibid.

Informativum judiciale, ſeù quævis alia judicialis cognitio contrà Eccleſiaſticas perſonas, Laico Judici interdicta eſt, ſed non extrajudicialis. 2. 9. 11. & 21.

Informativum hujuſmodi, hodiè non eſt diſputandum quoàd Laici Judicis poteſtatem ad illius receptionem ſervatis ſervandis, ſed quoàd caſus in quibus recipi liceat. 2. 9. 38.

Informativum adversùs Eccleſiaſticas perſonas debet eſſe de nudo facto, quod non reſpuit cognitionem, immò nèc judicium Judicis Laici, etiamſi ſit rei Spiritualis. Ibid.

Informativum recipi extrajudicialitèr poteſt ad juſtificandum exilium Clerici à Regnis expulſi. 2. 9. 11. *uſq. ad* num. 15.

Informativum adversùs Eccleſiaſticas perſonas à Laico factum cum debitis requiſitis, non eſt judiciale, nèc in judicio, nèc in contentione, nèc à judiciali poteſtate deſcendens. 2. 9. 25. *cum* ſeqq.

De furore conjuratorum contrà Judicem.

In Judicem tanquam exterum, ſubditi abſquè Dei timore inſurgere ſolent. 2. 9. 46.

Injurians, & Injuria.

Injurians Officialem publicum, horrendum delictum committit, & *multis juribus coercetur.* 1. 3. 26.

Injurians gravitèr, & *deliberatè Nobilem, alevoſus eſt*, & *immunitate non gaudet.* Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Injuria nè irrogetur cuicumque, aut etiam patri, agnato, conſanguineo, proximo, vicino, aut extraneo, àn aggreſſor occidi poſsit; & *an Clericum ea ratione interficiens excommunicatus, aut irregularis ſit?* Præfat. num. 62.

Injuria facta Clerico eſt mixti fori delictum. 1. 2. 80.

Injuria àn attrox ſit, in Judicis arbitrio poſitum eſt; & *quomodo?* 1. 3. 26.

Injuria, levis, aut attrox judicatur ex circunſtantiis. Ibid.

Injuria Eccleſiæ non irrogatur pèr Rei extractionem cùm ipſa òb delicti qualitatem non tuetur illum. 2. 3. 3. & num. 7. *circ.* fin. àc num. 12. *in* fin.

Injuriæ contremiſcendæ non ſunt, nèc vulnera, nèc egeſtas, nèc opprobrium, nèc blaſphemiæ. Præfat. *num.* 72. & 1. 2. 65.

Injuriæ in memoriam revocandæ non ſunt. 2. 9. 76.

De Legis ratione àn curandum ſit?

In Lege non ratio quærenda, ſed authoritas. 1. 6. 6.

Quomodo expediendæ ſint pœnarum liberationes?

In liberationibus pænarum à Judice emittendis, quædam proteſtatio interponi debet. 1. 2. 189.

Inimici.

Inimici Denunciatores, & *qui cum hoſtibus denunciati converſantur, audiri non debent.* Præfat. numer. 69.

Inimici Prædeſſoris à Succeſſore

ad

ad colloquia admitti non debent. 1. 6. 104.

Inimici deeſſe non poſſunt bonis Judicibus. 1. 6. 97.

Inimicus ſemper cogitat mala de inimico. 2. 2. 11.

Inimicus ſemper contrà inimicum machinatur, & occaſionem quærit, ut illum perdat. Ibid.

Inimicus odium exercere mavult, quàm ut inimicus corrigatur. 1. 6. 87.

Inimici Judicis Divinam experientur ultionem, & multis afficientur pœnis. 2. 9. 73. & 76. *in* fin.

Iniquitas.

Iniquitas duplex eſt æquitas ſimulata. 2. 9. 40.

De gravitate componendi librum.

Immenſa ſunt ſcribendi onera. Præfat. num. 19.

Innocens, & Innocentia.

Innocens nèc in aliquo caſu ſpeciali occidi poteſt. 1. 6 28. & 2. 9. 39.

Innocens de facto quis ſit? & quis innocens de Jure? 1. 6. 17.

Innocens Suſana, adulterii tamèn legitimè convicta damnata fuit. 1. 6. 23.

Innocentes ſæpè indiciis damnati fuerunt. Bull. 1. not. 2. *ad* §. 9.

Innocentia duplex eſt, juris, & facti. 1. 6. 17.

Innocentia inter improbos tuta eſſe nequit, niſi pœnarum metu. 1. 2. 122. & *niſi delicta puniantur.* 2. 3. 11.

Innocentia Judicis, quomodo ſit ſcrutanda? 1. 6. 66. & *à* num. 84. uſq. *ad* fin.

De innovandi ratione.

Innovare, & aliorum ſcripta cum ratione improbare proprium eſt libertatis intellectualis. Præfat. num. 52.

De veritatis probatione, quot dicta requirat?

In ore duorum, vèl trium ſtat omne verum. 1. 6. 27.

Inquiſitio.

Inquiſitio fieri non debet, nèc poteſt ad preces eorum qui ſchædulam, ſeù libellum famoſum clàm prorrigunt. Præfat. num. 69.

Inquiſitio fieri non debet in levibus criminibus, ſed in gravioribus, & publicis, necnon, & contrà infamatum. 1. 3. 57.

Inquiſitio cautè fieri debet, nè Judex inquirens infamet non diffamatum. 1. 3. 3.

Inquiſitionis proceſſus quomodo fulminandus ſit? Ibid. remiſſ.

Inquiſitio dividitur in generalem, & ſpecialem, variè què ſubdividitur. 1. 3. 2.

Inquiſitio generalis eſt præparatoria inquiſitionis ſpecialis. 1. 3. 5. & 6.

Inquiſitionem præcedere debent gravia, legitima, & urgentia indicia. 1. 3. 10. & 11.

Inquiſitionis in proceſſu, fama, & ſcandalum ex ea reſultans ſubrogatur loco accuſatoris. 1. 3. 12.

Inquiſitio ſpecialis contrà certam determinatam perſonam formari non poteſt diffamatione non præcedente. 1. 3. 8. uſq. *ad* num. 12. *ità ut alias nulla ſit.* dict. num. 8. & 14. *àc* 43.

Inquiſitio ſpecialis quibuſdam caſibus ſinè præcedente diffamatione fieri poteſt. 1. 3. 8. *antè* med.

Inquiſitio facta de mandato Principis, regularitèr non requirit diffamationem. Ibid.

Inquiſitionem, quæ diffamatio præcedere debeat, & ſit ſufficiens? 1. 3. 10.

Inquiſitionem Judices facientes abſquè diffamatione, aut clamoſa in-

ſinuatione ; Canes potiùs quàm Iudices nuncupari merentur. 1. 3. 14.

Inquiſitio ſi fiat præter juris ordinem, Iudex tenetur ad damni reſtitutionem. 1. 3. 4.

Inquiſitio criminis adulterii fieri non valet niſi ſit publicum, & trina præceſſerit monitio. 1.3.13.

Inquiſitio àn fieri poſsit ſupèr delicto ſecreto, & occulto? 1. 3. 15. & 36. quale eſt illud de quo non eſt rumor, nequè ſcandalum. Ibid.

Inquiſitio de nudo facto contrà Eccleſiaſticam perſonam indirectè qualitèr à Iudice Laico fieri poſſit, & debeat? 1. 3. 6.

Inquiſitionis via procedere nequit Eccleſiaſticus Iudex in conſcientia ad punitionem Clerici quamvis de maleficio convicti, niſi ſit infamatus apùd majorem partem Conventus, vèl viciniæ. 1. 3. 15. circ. fin.

Inquiſitio ſpecialis àn fieri poſsit, aut de generali ad ſpecialem deſcendi, & infamiæ defectus ſuppleri pèr duos, aut tres teſtes, aut pèr indicia urgentiſsima? Ibid. ad med. & num. 16.

Inquiſitio fieri poteſt ſuper armorum delatione. 1. 2. 155.

Inquiſitio fieri poteſt ſuper duello. Bull. 2. not. 2. ad §. 7.

Inquiſitio permiſſa eſt ſupèr juriſdictionis cauſa. 1. 3. 61.

Inquiſitio fieri poteſt à Laico Iudice ſupèr omni delicto publico publicitate Iuris, vèl facti etiàm contrà certam perſonam. 1.3.30.

Inquiſitio fieri ex officio debet à Laico Iudice in omni delicto ad inquirendum Reum, ſtante delicti notorietate. 1. 3. 35.

Inquiſitio fieri poteſt, ſi Iudex viderit, delictum patrari. Ibid. in fin.

Inquiſitio fieri abſquè peccato nequit ſuper delicto ſecreto, & prætereà tenetur Iudex ad reſtitutionem famæ, & damnorum. 1. 3. 36. 37. & 39.

Inquiſitio generalis fieri debet generalitèr interrogando, neminemquè nominando. 1. 3. 40.

Inquiſitionis via interrogati teſtes à Iudice in genere, tenentur ipſi manifeſtare delinquentem occultum. 1. 3. 42.

Inquiſitus in generali inquiſitione reſultans ex illa indiciatus, capi poteſt abſquè alia ſpeciali inquiſitione. 1. 3. 40. ad med.

Inquiſitio generalis regularitèr eſt prohibita. 1. 3. 58.

Inquiſitio generalis de delictis fieri poteſt à Præſidibus Provinciarum, & à quocumque publico Officiali in Officii ingreſſu. Ibid.

Inquiſitionis via diffamare non debet, nèc poteſt Iudex proximum bonæ famæ, cùm delictum non ſit ex attrocioribus, aut publicum, aut ipſe committi viderit. 1.3.50.

Inquiſitionis ſpecialis proceſſus requirit ſuſpitionem perſonæ contrà quam inſtituitur, & ut querella, vèl denunciatio contrà ipſam proponatur. 1.3. 57.

Inquiſitionem ſpecialem faciens ex ſola ſuſpitione perſonæ, pœnam meretur. Ibid.

Inquiſitio fieri poteſt, etiàm nemine petente, ubicumquè præjudicium juriſdictioni paratur. 1. 3. 60.

Inquiſitio interdum plus loquitur quàm inventio. Præfat. num. 15.

De peſſimo ſeditionum effectu.

In ſeditionibus, & bellis, omnia pretèr rationem eveniunt. 2. 2. 16. in fin.

Inſidiæ.

Inſidiæ cùm parantur alicui perſonæ eminenti, horrendum crimen committitur, & multis juribus coercetur. 1. 3. 24.

Inſidiæ factæ certis quibuſdam perſo-

ſonis, quæ enarrantur, àn læſſæ Majeſtatis crimen conſtituant? Ibid. *in* fin. & num. 25.

Integritas.

Integritas conſcientiæ, cæteris omnibus antecellit, & jucundior eſt. Præfat. num. 72.

Integritas Præſidentium, ſalus populorum eſt. 1. 2. 59. *in* fin.

Intellectus.

Intellectus liber eſt in ſcientiis humanis, nèc ſubjici tenetur exemplo, aut authoritati etiam recomendatiori. Præfat. num. 52.

Intellectus non eſt cum Dignitate neceſſariò connexus. Præfat. numer. 35.

Intellectus junioris aliquando eſt perſpicatior. Ibid. num. 49.

Intellectus materialis verborum non eſt ità tenendus, ut ſequatur abſurdum. Bull. 1. not. *ad* §. 14.

Intellectus erroneus verborum ſemper vitandus. In Init. num. 4.

Intentio.

Intentio Scriptoris qualis eſt, tale opus. Præfat. num. 9. *circ.* fin.

Intentio Legislatoris non debet verbis deſervire, ſed verba intentioni. 1. 2. 184.

Intentio Judicis talis eſſe præſumitur, qualis de Jure eſſe debet. 1. 2. 25.

Intentionem, & voluntatem plus reſpicit Deus, quàm actus. 1. 2. 34. & Præfat. num. 65.

De Litteris requiſitorialibus, quomodo emitti debeant?

Intèr æquales Judices auxilium non impertitur ad executionem ſententiæ niſi cum juſtificatione requiſitoriæ; & quare? 1. 2. 17. & 34.

Intèr Judicem Eccleſiaſticum, & Laicum emitti reciprocè debent requiſitoriales Litteræ ad invicem verbis deprecatoriis, & urbanis, non præceptoriis, & cui contrà fecerit auxilium denegari poterit. 2. 2. 3.

Intèr Judicem Eccleſiaſticum, & Laicum reciprocè auxilium præſtandum. 2. 2. *per* tot. q.

Intèr Apoſtolos diſcretio fuit poteſtatis. 1. 1. 13. *in* fin.

Interiora.

Interiora ſæpiùs cognoſcuntur ex exterioribus. 1. 2. 27.

Interpretatio.

Interpretatio locum non obtinet in certis, nequè in apertis. Bull. 1. not. *ad* §. 10.

Interpretatio à præfatione inchoanda eſt. Præfat. num. 74.

Interpretatio quævis ſic fieri debet, ut non contineat repugnantiam, & à veriſimili mente petentis, & concedentis. Bull. 2. not. *ad* §. 8. *in* fin.

Interpretatio ſemper ità facienda eſt, ut non tàm verba ſpectentur, quàm mens, & intentio Legislatoris. 1. 2. 184.

Interpretatio juri conformior prævalere debet. Bull. 1. not. *ad* §. 10.

Interpretatio in dubio eſt quæ verbis inhæret. Bull. 1. not. *ad* §. 14. *in* fin.

Interpretatio illorum qui Reſcripta Pontificia, eorumquè ſenſum ad diverſa retorquent, reprehenſa eſt à Summo Pontifice. Ibid.

Interpretationes juridicæ, quæ ex Bullarum verbis deducuntur non cenſentur excluſæ virtute clauſulæ = Sublata = &c. Ibid.

Interpretationes eaſdem Pontificum Bullæ admittunt quæ Jus Commune, & S. Concilium Trid. & reliqua. Ibid.

Interpretatio, & declaratio legis dubiæ ſoli Regi competit. 1. 5. 8.

Interpretationibus aſtutis, & vitio-

ſis

ſis utentes, infames à jure ſunt. Præfat. num. 59. *in* fin.

Interpretationes factorum quæ dubia ſunt, in meliorem partem fieri debent. 1. 3. 48.

Inventarium.

Inventarium bonorum Clerici teſtato decedentis facere poteſt Judex Laicus, cum hæres ejus Laicus eſt. 2. 7. 3. & 4.

Inventarium eſt ſequela, & pars teſtamenti, & illius naturam ſequitur. 2. 7. 5.

Inventarium quibuſdam caſibus non pertinet ad Ordinarium Judicem. 2. 7. 7. *in* fin.

Inventarium Clerici inteſtato defuncti, ad Laicum, non ad Eccleſiaſticum Judicem ſpectat. 2. 7. 2.

Inventarium per mortem Epiſcopi, ad Laicum Judicem ſpectat. 2. 7. 3.

Inventarium cum fecerit Laicus Judex, citare poteſt Clericum hæredem defuncti. 2. 7. 7.

Inveriſimilitudo.

Inveriſimilitudo imaginem habet falſitatis. 1. 2. 198.

Ira.

Ira, nimius què dolor, ſenſus ebrietatem producunt. 1. 3. 49.

Ira Domini ſupèr multos populos propter ſeditionis peccatum irruit. 2. 2. 6. & 15.

Irregularitas.

Irregularitas per quæ delicta incurratur? & quid ſit? 2. 2. 54.

Irregularitas incurritur pèr infamiam ſivè facti, ſivè juris. Ibid.

Irregularitas incurritur ipſo facto pèr enorme delictum, ſi notorium ſit. Ibid.

Irregularitas incurritur òb homicidium, quod pèr fugam vitari potuit. Bull. 1. not. *ad* §. 5.

Irregularitas incurritur pèr caſualè homicidium, ſi factum culpa præceſſerit, aut rei illicitæ opera fuerit data. Bull. 1. not. *ad* §. 8.

Irregularitas àn incurratur pèr occiſionem furis nocturni, aut diurni? Ibid.

Irregularitas non incurritur òb homicidium in neceſſaria defenſione factum. Præfat. num. 62.

Alia plura videri poſſunt in Indice *Tract. de Cenſur.* in hoc eod. verbo.

Iter.

Iter longum eſt per præcepta, breve, & efficax per exempla. 1. 2. 193. *in* fin.

Iter facilè proſequitur dùm bonum reperitur. 1. 2. 62. *circ.* fin.

Judæi.

Judæi iniquiſsimam ſeditionem fecerunt adversùs Dominum Jeſum Chriſtum, & illam concitaverunt digniores, & provectiores populi. 2. 2. 9. *in* fin.

De quocumque Judice in generali.

Judex.

Judex potiùs miſericordia, quam juſtitia, & ſeveritate uti debet ex Jur. Reg. 1. 2. 54.

Judex puniendo aliquem miſericordiam facit. 2. 9. 40. *ad* med.

Judex, qui homicidam parcit, miſericors non eſt. 1. 6. 112.

Judex debet eſſe promptus ad puniendum, nèc ideo dici valet crudelis. 1. 2. 215.

Judicis præcipuum munus eſt delicta punire. 2. 3. 11.

Judex non debet eſſe clementior lege ſecundùm æquitatem ſibi benè viſam. 1. 5. 8.

Judex non poteſt eſſe ſeverior, nèc miſericordior lege. 1.6.42. *in* fin.

Judex à verbis legis recedens æquitatis prætextu, facit contrà legis ſententiam. Ibid.

Judex à verbis legis quamvis duriſsimis recedere nequit cùm lex, & Legislatoris mens perſpicua ſunt. Ibid. *ad* med.

Judex pugnare debet prò juſtitia ſinè timore humano, & ſinè jactantia. 1.2.215. & 216. & Præfat. num. 28.

Judex injuriæ alienæ, & injuſtitiæ impatiens eſſe debet. 1. 2. 216.

Judices ſervare leges, hodiè gravis culpa eſt. 1. 5. 8. *in* fin.

Judex adſtrictus eſt ad legum obſervationem. Præfat. num. 61.

Judex diſputare de legibus non queit. Ibid. & 1. 5. 7. *ac* 1. 6. 5.

Judex, qui legis authoritatem ſequitur, non peccat. Præfat. num. 61. *in* fin.

Judex ille melior eſt qui melius legibus obedit. 1. 5. 7. *in* fin.

Judex qui ea facit quæ lex præcipit, juxta, & quæ decent facit. Ibid.

Judex ſervus eſt legum, non dominus. Ibid. *ad* med.

Judexità legum tenorem ſervare debet, quòd nèc à legis mente recedat, nèc illius verba ad ſummum trahat intellectum, prædurum, ſtrictum què Jus. 1.6. 41.

Judex ètſi duriora legis verba videantur, ſi ex æquitate flectat, Legislatoris voluntatem ſervare tenetur. 1. 5.7. *àc* 8. & 1. 6. 42.

Judex bonus juxtà leges, & jura pronuntiat, & ſtatutis juris obtemperat, ſuo què ſenſu non judicat. 1. 6. 45. & 71.

Judex ad leges potiùs atttendere debet, & Conſtitutiones, quàm ad expoſitiones Sanctorum, & Doctorum. 1. 6. 45.

Judex qui præponit Decretis Patrum, Conſtitutionibus, & Legibus quæ ſibi videntur agenda, vèl dicenda, prudentiæ ſuæ innititur. Ibid.

Judex prudentiæ ſuæ inniti non debet. Ibid.

Judex poteſt interpretare legem, ſeù Canonem quoad cauſam vertentem coràm eo. Præfat. num. 46.

Judex ſecundùm leges ſignantèr juxtà recopilatas judicare debet. 1.2. 214. & Præfat. num. 18.

Judex eſt Miniſter, & Executor ſuarum reſpectivè legum, & eas moderare nequit, nequè ipſarum pœnas temperare. 1. 5. 4. & 7.

Judex ex cerebrina æquitate judicans, falsò manſuetus eſt. 2. 9. 40. *circ.* fin.

Judex tàm Superior, quàm inferior judicare debet ex Jur. Reg. veritate potiùs inſpecta, quàm juris ſubtilitatibus; & quomodo hæc veritas æſtimetur? 1.6.84.&85.

Judex punire debet non tantùm graviora delicta, ſed etiam levia, & venialia. 1.2.215. *àc* 1.6.40.

Judex nèc cum potentioribus diſsimulare debet, nèc illis ſubmitti. Præfat. num. 28.

Judex publicè, & privatim terribilis eſſe debet delinquentibus, & indevotis. Ibid.

Judex, quæ ſint ejus Officia? Ibid. *circ.* fin.

Judex ſeverus quis ſit: quis juſtus, & pius; & quis in omnibus Judex? Ibid.

Judex ità judicare debet magnum, ſicut parvum. 2. 9. 40. *antè* med.

Judex abſolvere non debet noxios, & innoxios, aut miſeros condemnare proptèr potentis preces, aut pecuniæ quæſtum. Ibid.

Judex iniquè faceret, ſi attrocitatem delicti ſimularet in uno, & levitatem in alio, ſed unicuique quod meretur reddere tenetur. Ibid.

Judex abſolvens ex æquitate ficta, crudelis, àc nimis injuſtus eſt. Ibid.

Judex in re omni, æquitatis potius, quàm ſtricti juris rationem habere debet. 1. 6. 41. & 42. *àc* 1. 5. 7. *cum* num.8.

Judex debet eſſe inexorabilis, erectus, etarduus, tamètſi multos propterea inimicos habebit. 2. 9. 44. & 1. 6. 97. *ac* 114.
Judex regulare debet arbitrium ſuum juxta leges, & jura. 1. 6. 32. *in* fin. & 37.
Judex ſervare tenetur ordinem judicialem. 1. 2. 55.
Judex abſque retardatione quandoque providere debet. 1. 3. 60.
Judex in negotiis magni momenti inſolitam ſolicitudinem, & curam adhibere debet. Ibid.
Judex abſque retardatione exequi debet quod provide decreverit. Ibid.
Judex intelligens non prodeſt, niſi etiam diligens fuerit. Ibid.
Judex debet viriliter agere, & uſquè ad mortem certare prò juſtitia. 1. 2. 215. 2. 9. 65. & numer. 40.
Judex terreri non debet quantumcumque multos adverſarios habeat. 2. 9. 57. & Præfat. numer. 28.
Judex fieri non poteſt quominus inimicos habeat. 1. 6. 69. *cum* 73. & 2. 9. 44.
Judex inferior punire poteſt Officiales ſui Superioris in illius territorio delinquentes, & notum illi facere debet. 1. 2. 22.
Judex reſiſti non debet à Civitate, alias rebellis eſt. 2. 9. 45. & 58.
Judex vim patiens defendi debet à Civibus, alioquin tenetur Civitas. Ibid. num. 58.
Judex, & omnis homo debet eſſe multùm patiens, & publica contemnere convitia. 1. 2. 65. 2. 9. 57. & 72. *in* fin.
Judex patiens eſſe debet, ſed cum ingenio nè contemptibilis videatur. Præfat. num. 61.
Judex contumeliam repellere debet, ut calumniantis audacia reprimatur. Præfat. num. 60. *in* fin.
Judex tueri ſuam dignitatem debet. Præfat. numer. 61.
Judex ingenio ſuo augere debet dignitatis authoritatem. Præfat. num. 63.
Judex habet juris præſumptionem prò ſe. 1. 3. 51. *ac* 52. & 1. 6. 107.
Judex debet eſſe modeſtus in locutione, & ubi maximè, & quæ pericula illum circumeant? Bull. 1. not. *ad* §. 5.
Judex cavere debet nè Reſpublica turbetur. 1. 4. 5. *in* fin.
Judex tenetur facere judicium, & juſtitiam. 1. 2. 216. & 2. 9. 65.
Judex contentus eſſe debet ſtipendiis ſuis, & ab omni cavere avaritia. 2. 9. 67.
Judex caute animadvertere debet, nè animi affectum, prò zelo juſtitiæ accipiat, & unum cum alio confundat. Præfat. numer. 65.
Judex ſummo ſtudio curare debet quò magis lites dirimat. Præfat. num. 24.
Judex ex Jur. Reg. debet eſſe peritus in Jure. 2. 9. 78.
Judex debet ſapientiam habere. Præfat. num. 13.
Judex non excuſatur òb ignorantiam. Ibid.
Judex debet eſſe experientia præditus. 2. 9. 78.
Judex ſalva ſervare debet Fiſco quæ ſua ſunt. Præfat. num. 61.
Judex excedens ſuæ juriſdictionis terminos læthaliter peccat. Præfat. num. 43. *in* fin.
Judex in ſententia ferenda præcipitari non debet. 1. 6. 63.
Judex òb res minimas, ſindicari non debet. 1. 6. 92. *alias irreparabilia flentur damna; & quæ iſta ſint?* Ibid. remiſſ.
Judex eſt valdè privilegiatus. 1. 6. 93.
Judex officio durante non poteſt accuſari, & ſindicari, ſuſpendi, nèc puniri, niſi delicta eſſent ta-

talia quibus poſſet tali officio privari. Ibid.

Judex ſivè bonus, ſivè malus ſolet prò juſtitiæ adminiſtratione multos habere inimicos. 1. 6. 97. *&* 113. *&* 2. 9. 44.

Judicis innocentiam qualitèr ſcrutari oporteat, & delationes adversùs illum factas? 1. 6. 52. *& à* num. 66. uſq. *ad* fin. 66. *& à* num. 84.

Judicis fama læſſa æſtimari non debet ex quò multi teſtes adversùs eum inſurgant. 1. 6. 107.

Judex clariſsimis, àc evidentiſsimis probationibus convincendus eſt, & teſtibus omni exceptione majoribus, non conjuratis, nequè ſingularibus. 1. 6. 98. *&* 106.

Judicis æſtimatio minuitur quando ab officio removetur. 1. 6. 100.

Judex, ſi abſque gravi cauſa deponatur, de jure reſtitutionem petere poteſt, & poſſeſſorium remedium illi competit. 1. 6. 93. uſq. *ad* 97.

Judex impeditus ſervire aliquo tempore, reintegrari debet in expenſis, & damnis paſsis. 1. 6. 96.

Judex manutenendus eſt in officio donec re judicata expelli mereatur. Ibid. *in* fin. *&* 99. *etiamſi à Vaſſallorum Domino creatus ſit.* 1. 6. 94.

Judex perſequi ſolet à potentibus, & perfidis hominibus. 1. 6. 113.

Judicum magnus labor eſt proptèr quorundam malitiam. Præfat. num. 27. *&* 1. 6. 114.

Judex, ſi delinquentibus indulget, precibus ad miſsis, delicta augentur; ſi rogantibus diſplicet, nullibi favor invenitur. Ibid.

Judex temerè calumniari à vulgò ſolet. Ibid. *&* num. 115.

Judex malus meliorem quàm bonus cauſam habebit. Ibid. num. 115.

Judex in perſecutionis tempore ſolus erit; àt dum felix fuerit, multi illum committabuntur. Præfat. num. 27.

Judex dicitur à juſtè judicando. 2. 9. 26.

Judex dicitur qui de re aliqua, vèl jure ſuo cognoſcit, & judicat, & etiam dicitur quaſi jus dicens. Ibid.

Judex non dicitur is in quo juſtitia non eſt. Ibid. *circ.* fin.

Judicis præcipuus finis debet eſſe pax. 2. 9. 38.

Judex, qui magnanimo ſpiritu nudatum ſe probaverit, Officium renuat accipere, aut acceptum dimittat ſinè mora. 2. 9. 64.

Judex verè reus eſt cùm vitia coronari ſinit. Ibid.

Judex ſtrictiſsimam rationem Deo reddet, & illius cogitationes ipſe ſcrutabitur. 2. 9. 65.

Judex ſuo judicio omnia ſubjecta habet. 2. 9. 66.

Judex bonus multa conſequetur premia, & multas malus patietur pænas. 1. 2. 216.

Judex quædam facit non in forma judiciali. 2. 9. 25.

Judex primæ inſtantiæ inhiberi non poteſt à Superiori quouſquè viſum fuerit àn appellationi locus ſit. 1. 6. 105.

Judex inferior ſequi debet Superiorum exempla, & deciſiones. 2. 9. 78.

Judex ex Reg. Jure facere tenetur, ut Advocati ſervent Leges noſtri Regni, nè què adversùs eas patrocinentur, & contra facientes punire. 1. 2. 85.

Judex de facto conſulere non debet, aliàs conſilium non præbetur, ſed ut juxtà jus operetur illi juberi ſolet. 1. 6. 38.

Judici ſinè cauſa conſulenti prò animi imbecillitate, reſponderi poteſt: ſufficit tibi lex, & Imperii favor. Ibid.

Judex inferior conſulere Superiorem non

non debet niſi in caſu admodum dubio. 1. 6. 39.

Judici ſufficit ad perfectam fortitudinem lex , & Imperii ſavor. 1. 6. 38.

Judex inferior cùm ſufficientes non habet vires ad potentes , aut ſuperbos continendos , mittere ſolet Supremum Conſilium Milites armatos, ex Jur. Reg. 1. 6. 39.

Judices frequentèr ſolent gravare partes in audiendo malitioſas allegationes adversùs Regium Reſcriptum , aut dubii prætextu Superiorem conſulendo differendi cauſa ; & quam mereantur pœnam? 2. 2. 8.

Judex poſtquam ſententiam dixit, Judex eſſe deſinit. Bull. 1. not. *ad* §. 10. *verſ.* Mas ſe califica.

Judex regularitèr abſtrahere non poteſt ab Eccleſia Reum in illa conſtitutum. 2. 3. 2.

Judex quibuſdam caſibus poteſt extrahere Reum ab Eccleſia cum opinione minus probabili. Præfat. num. 50.

Judex non poteſt in delictis privatis ex officio procedere , accuſatore , aut denuntiatore deficiente. 1. 3. 35. *Contra.* Ibid. *in* fin.

Judex multoties inſidias parare ſuo libitu ſolet officii , aut neceſsitudinis ſimulatione. 2. 2. 8.

Judex arma alba parva deferre hodiè non poteſt ſub gravibus pœnis. 2. 5. 24.

Judex procedere nequit ad punitionem Rei probatione corporis delicti deficiente. 2. 6. 1.

Judex non omnis qui habet cauſæ definitionem , habet & executionem. 1. 2. 8.

Judex integer , ſalus populi eſt. 1. 2. 59. *in* fin.

Judex qui promptè , & rectè juſtitiam miniſtrat , ſalutem Reipublicæ maximè ſatagit. Bull. 1. §. 1.

Judex cauſæ principalis , eſt etiam Judex expenſarum. 1. 2. 176.

